Maii-Junii 1922

Collationes Brugenses

OPUS PERIODICUM

auctoritate Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis

ET OPERA

RR. DD. Professorum Maj. Sem. Brugen.

EDITUM

Labia sacerdotis custodient scientiam

MAL., II, 7

TOMUS XXII

ALMA COLLEGE LIBRARY Alma, California

BRUGIS FLANDRORUM

SEMINARIUM EPISCOPALE

MCMXXII

Summarium

Pag.

I. **Analecta ascetica et mystica :** De recta ratione et indole propria divinæ contemplationis 177

II. **Responsa** ad quæstiones in conferentiis mensis januarii propositas :

1/ Partes Silvani in scribenda Iª Petri. 183
2/ Gratia sanctificans est qualitas. 187
3-4/ De materia valida sacramenti Eucharistiæ 188
5/ De H. Amandus, apostel van Vlaanderen 194
6/ La régularité des mandats de paiement 202

III. **Responsa** ad quæstiones in conferentiis mensis februarii propositas :

1/ Locus compositionis Iæ Petri 207
2/ De habitu gratiæ sanctificantis. 210
3-4/ De materia licita sacramenti Eucharistiæ 214
5/ De examine conscientiæ particulari. 219
6/ De cantu et precibus coram SSmo exposito 226

IV. **Acta SS. Congregationum :**

1/ *E Congr. S. Officii :* Libri damnantur 230
2/ *E Secretaria Status :* Facultés spéciales accordées aux prêtres et aux nationaux Belges dans les territoires occupés de l'Allemagne (5 Avril 1922) 230
3/ *E. S. Congr. Rituum : a/* De additione Litaniis Sanctorum (22 martii 1922) 232
b/ Missa votiva pro fidei propagatione (22 martii 1922) . . . 232
c/ De imperata pro defunctis (11 martii 1922). 233
d/ De evangeliis stricte propriis in fine missæ legendis (29 april. 1922). 233

V. **Législation civile.**

Document de Jurisprudence administrative. Circulaire ministérielle. Tarif des services fondés 235

VI. **Consultationes :**

1/ De subjectione operariorum heris suis 239
2/ De casu reservato onanismi : quid « recidivus » ? 245
3/ De monitione requisita in eodem casu 247

VII. **Notæ bibliographicæ :**

Th. Pègues, O. P. — Chr. Pesch, S. J. — A. D. Sertillanges. — D. Bernard Maréchaux. — R. P. Matheo Crawley, SS. CC. — Card. D. J. Mercier. — Mgr. J. Tissier. — J. Millot. — R. P. Quadrupani. — J. N. Grou, S. J. — Kan. J. Mahieu. — H. Morice. — Jean Vaudon. — P. V. Jeauroy. — J. Lacau, S. C. J. — Kan. J. Van der Meersch. 249

Tomus XXII



Collationes Brugenses

Analecta ascetica et mystica

Manuductio ad contemplationem ss. Trinitatis, et Verbi incarnati.

Nuper exposuimus exercitium quoddam contemplationis ss. Trinitatis (1), procedendo per triplicem gradum : scilicet, credere ut intelligamus, intelligere ut gustemus, gustare ut amorose contemplemur. Nunc, eidem semper fundamento divinæ fidei innixi, novam quamdam manuductionem proponimus ad secundum gradum, intelligendi nempe ad gustandum, in ordine ad contemplationem tum ejusdem ss. Trinitatis, tum Verbi incarnati, quod quidem utrumque mysterium objectum princeps existit divinæ contemplationis.

Itaque, fide vivida et implorata humili affectu divina gratia, procedimus ad intelligendum quomodo vita interiore imitari valeamus vitam ipsius Dei, unius essentia, trini in personis ; et quomodo ea facultas nobis data sit solis meritis Verbi incarnati, ut inde rursus altissima mysteria tum divinæ Unitatis et Trinitatis, tum Verbi incarnati et gustare, et porro gustando contemplari cum summo amore valeamus.

* * *

Vita Dei ipse Deus est, unus et trinus. Est enim Deus spiritus infinitus, actus purus intelligendi, complectens omne verum in objecto primo et primario suæ intellec-

(1) Apud *Collat. Brugen.*, t. XX, p. 81 et sqq.

25317

v. 22
1922

tionis, quod Ipse est, ut prima, absoluta, æterna Veritas ; est item actus purus volendi amplectens omne bonum in objecto primario, infinito Bono, quod Ipse est. Actus ergo ille purus intelligendi ac volendi est activitas seu vita perfecta, et quatenus infinite perfectus est Deus, necessario unus est essentia seu natura, quod et ipsa ratio nos docet.

Atvero — quod sola revelatione divina novimus — ex ipsa infinita perfectionis opulentia natura divina, necessario una, simul est infinite fœcunda ad intra, et sunt in eadem illa natura seu essentia, perfecte una manente, duæ processiones, una secundum intellectum, altera secundum voluntatem ; ita ut sit ibi Pater generans intellectualem imaginem suam, consubstantialem et subsistentem, Filium seu Verbum suum, sintque adeo duæ personæ realiter distinctæ, Pater generans et Filius genitus, unius et ejusdem infinitæ essentiæ ; et ita rursum ut Pater et Filius, tamquam unum principium, voluntate seu mutuo amore producant tertiam personam distinctam, unius ejusdemque naturæ, Spiritum sanctum, Amorem consubstantialem et subsistentem.

Hæ duæ processiones admirabiles æternæ sunt et immutabiles, sine interruptione aut successione, semper actuales.

Hæc est vita Dei ad intra, seu ipse Deus, unus essentia seu natura, trinus in personis.

* * *

Ast, quomodo vitam Dei imitabimur ?

Per naturam quidem nostram intellectualem sumus imago quædam Dei, et activitate intellectus et voluntatis quadamtenus imitamur vitam Dei, in quantum Deus, spiritus infinitus, unus est essentia, et qua talis principium et finis omnis creaturæ. Non tamen per naturam habemus similitudinem altiorem et propiorem cum Deo, quatenus divina natura est in se fœcunda ad intra, et existit in tribus personis distinctis, neque hujus vitæ Dei ad intra participes ullo modo sumus.

Hujus autem vitæ Deus, largitate plane gratuita, supra exigentiam et vires cujuscumque naturæ creatæ, nos participes effecit :

Idque 1° quidem extollendo naturam nostram intellectualem ad consortium suæ divinæ naturæ, per gratiam habitualem seu sanctificantem. Hæc enim naturam nostram, quæ principium primum est activitatis nostræ naturalis, effert ad hoc ut sit principium activitatis supernaturalis ; et inde similitudo nostra cum Deo multo propior et longe perfectior efficitur.

Cum vero fieri nequeat ut natura nostra, etiamsi supra naturam elevata, operetur per se immediate, sicut Dei natura, qui est actus purus, — homo enim licet deiformis per gratiam, nequaquam fit Deus — cum, inquam, natura nostra, tametsi elevata, necessario operetur per potentias animæ, intellectum et voluntatem, aliasque inferiores, Deus has potentias quoque supra naturam extulit, infundendo in eas virtutes tum theologicas seu divinas, tum morales ; quas ad operationem movet actuali gratia, et addidit quoque dona Spiritus sancti, quibus huic motioni prompte obedire valeamus.

* * *

His omnibus donis supernaturalibus, jam multo propius imitamur vitam Dei, vivendo vitam non solum supramundanam et supraterrestrem, sed et omnino supranaturalem ordinisque divini, et operando jam non modo mere humano et naturali, sed quasi divino-humano supra omnem naturalem activitatem. Et fide quidem supernaturali, ut pauca indicemus, participamus ipsi divinæ scientiæ, tum ex parte objecti, apprehendendo nempe veritates positiva Dei locutione nobis manifestatas, inter quas ipsa mysteria altissima Trinitatis, vitæ ad intra Dei, qualis in se est, unus et trinus, et incarnationis Verbi æterni ; tum etiam ex parte subjecti, nempe rationis divino lumine illustratæ. Per spem convertimur in Deum, ut finem nostrum supernaturalem, in Deum

videndum ut in se est, Ejusque ipsius beatitudinem participandam, et innitimur firmiter Ejus Omnipotentiæ ad hunc finem nos auxilianti. Per charitatem tandem, jam in hac vita conjungimur Deo, ut tali fini nostro, Eique intime inhæremus.

* * *

Attamen nondum est unio immediata cum Deo, sed mediantibus tantummodo illis omnibus, pretiosissimis quidem donis. Et consortium cum divina natura per gratiam sanctificantem cum annexis virtutibus et donis reddit quidem hominem Dei amicum et familiarem atque capacem finem supernaturalem assequendi, similem Deo ac deiformem, sed nondum hæc similitudo perfecta est, nondum est filii ad patrem, seu filiatio Dei adoptiva, ad imaginem ipsius Filii unigeniti Patris æterni. Hæc enim requirit quidem seu supponit consortium ac similitudinem illam naturæ nostræ cum divina natura, siquidem non adoptatur in filium, nisi qui similis naturæ sit, sed filiatio eadem adoptiva non includitur nec involvitur in illo consortio per gratiam ; neque hæc est nec esse potest causa formalis adoptionis divinæ : si enim gratia sanctificans esset causa formalis adoptionis, cum talis causa concipi nequeat sine suo effectu, et cum aliunde eadem gratia perfectissima fuerit in Christo, ipsum Christum fecisset adoptivum, quod nefas est dicere.

Præterea gratia sanctificans consistere potest sine adoptione, quamquam non e converso hæc sine illa ; et facto, juxta doctrinam plurium Patrum præsertim græcorum, non fuit adoptio restituta Adamo post lapsum, nec fuit, ante perfectum opus redemptionis per Christum, data justis, qui quidem filii et hæredes fuerunt in spe, re vero ipsa facti sunt filii et hereditatem tum consecuti sunt, cum Christus triumphans eos e limbis eductos transvexit in cælum.

Igitur gratia habitualis cum annexis virtutibus et donis afficit et extollit naturam et potentias animæ, ut princi-

pia activitatis et in ordine ad operationem ; adoptio vero cadit in personam humanam, et, cum actiones sint suppositorum, omnes actus supernaturales justorum evehit ad altiorem adhuc nobilitatem ac dignitatem ; et ipsos justos quam proxime similes facit divinæ Trinitati, utpote filios adoptivos Patris, conformes factos imagini Filii Ejus unigeniti, unitos persona sua cum persona Spiritus sancti ; quæ quidem unio causa formalis est divinæ adoptionis in filios (1).

Jamvero 2° præter exaltationem naturæ et potentiarum per gratiam, ceu consortium divinæ naturæ, et virtutes ac dona, charitas immensa Dei in nos, personam justi extollere dignata est ad celsissimam illam dignitatem filii adoptivi, per unionem cum Spiritu sancto. Et hæc unio jam non est mediantibus donis, quam quidem unionem mediatam præsupponit, sed est sine medio personæ humanæ cum persona Spiritus sancti, divinæ Trinitatis

---

(1) Hæc omnia latius exposita habes in nostra *Disquisitione dogmatica de unione justorum cum Deo*, apud *Collat. Brugen.* t. XV et XVI, et in Opusc. *De geestelijke duif*, ejusque versione in linguam gallicam, nis 89 et sqq. — Hæc dicta sunt ex opinione plene libera, utpote quam Ecclesia numquam improbavit, neque cui theologi quoque, quibus ea minus arridet vel imo qui eam impugnant, notam aliquam inurendam duxerunt. Quodsi quispiam eam uti incongruam et periculosam traducendam putaverit, ipse potius temerarii judicii reus habeatur ; eo vel magis quod in ea exponenda vitari omnia possunt — quod et nos sedulo fecimus — quæ Petavio, Lessio, aliis, in modo eam exponendi et propugnandi merito exprobrata fuerunt. Eamdem autem opinionem, qualem exposuimus, adversari doctrinæ Concilii Tridentini de justificatione, aut improbari litteris Apostolicis Leonis XIII, de Spiritu sancto, serio contendi nequit. Neque meliori jure eam ut gratuitam traducere licet, quasi nullum haberet in fontibus fidei fundamentum. Præterquam enim quod optime cohæret et mirifice concordat cum dogmatibus certis, tum in s. Scriptura tum in traditione Patrum nanciscitur argumenta minime spernenda. Profecto desunt argumenta apodictica, sed idem valet de opinione adversa ; secus jam non de opinionibus sed de dogmate certo ageretur.

In hujusmodi disputatione, non aliis armis pugnandum esse existimamus, quam rationibus et argumentis theologicis, solidis et ad rem pertinentibus, quibus animo sereno ad veritatem indagandam proficere et forte ad certitudinem aliquanto propius accedere valeamus.

tertia, quam « complementum Trinitatis » vocant quidam Patres ; hypostatica quidem longe minor qua natura humana conjuncta est naturæ divinæ in una persona Christi, ast vere miranda, qua, uniti Spiritui sancto, et conformes fimus Filio unigenito, et per Eum pertingimus ad Patrem, Principium sine principio totius deitatis, cujus speciali titulo filii adoptivi nominamur et sumus.

Quæ quidem cave ne ita intelligas ut unio activa seu unitio, actio uniendi cum Spiritu sancto non sit opus commune totius Trinitatis, sed ita quod terminus unionis seu unitum esse sit personæ humanæ cum persona divina Spiritus sancti. Similiter adoptio activa quæ præcise est ipsa unio activa et causa formalis adoptionis passivæ, est opus commune totius Trinitatis seu Dei ad extra operantis et causam illam formalem ponentis. Sed hoc non prohibet quin unio passiva et adoptatum esse in nobis ponat relationem specialem, et realem quidem ex parte nostra, cum Spiritu sancto, cui unimur, et porro hac mediante cum Filio cui conformamur, atque pariter cum Patre, qua Pater est Filii ; qua quidem relatione cum divina Trinitate vere ac realiter nobilitamur, nemo siquidem negat adoptionem in filium Dei nobis conferre supernaturalem eamque eximiam dignitatem realem. — Addamus et hoc : cum adoptio nostra in filios sit effectus summæ charitatis Dei in nos, unitionem activam cum Spiritu sancto merito per appropriationem tribui eidem Spiritui, qui est Patris et Filii Charitas subsistens ; sicut et incarnatio Verbi ob eamdem rationem Ei tribuitur ; quod non obstat quin unitum esse sit personæ Spiritus sancti proprium, et similiter Verbo proprium esse incarnatum.

Vides quam mirabilis similitudo, longe præcellens imagini naturali cum Deo, inest filiis Dei adoptivis cum divina Trinitate ; et quam arcta unio cum persona Spiritus sancti, eaque mediante cum Filio et Patre, cum tota Trinitate justum inhabitante, jam hac in vita ! Quid autem erit in vita æterna ? Quando arctius adhuc atque

indissolubiliter uniti cum Spiritu, Amore subsistente Patris et Filii, sicque immersi amoris divini incendio, et jam immediate quoque conjuncti cum Verbo (1), immenso lumine divino circumvoluti ac foris et intus illustrati Deum videbunt sicuti est, unum et trinum, Eumque vere possidebunt participes effecti Ejus ipsius beatitudinis summæ, vitam divinam perfecte imitantes, imo in et cum Deo quasi conviventes ; quid erit, nisi quod cum Apostolo (2) dicamus : « Quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit » ?

Remanet nunc complendum responsum ad quæstionem quomodo vita interiore nostra imitabimur vitam ad intra Dei unius et trini.

Prius tamen oculos mentis convertamus ad Verbum incarnatum, Christum Jesum, utpote cui debemus omnia divina beneficia hucusque exposita, quique cum ss. Trinitate, cujus est secunda persona, objectum princeps est divinæ contemplationis.

* * *

Verbum incarnandum ratio est totius operis Dei ad extra, ratio cur, inter omnes ordines possibiles creaturarum, hunc præsentem ordinem naturæ et gratiæ, ab æterno præcognitum præordinavit ac decrevit, atque in hoc decreto jam prævisum exequitur.

Idem Verbum, Christus Jesus summum exemplar est in eodem ordine ; et finis ad quem omnia diriguntur (3), cujus regnum est universale in omnia quæ operatus est vel porro operatur Deus, cui omnis potestas data est

---

(1) Hac de re vid. *Disquis.* modo citatam.

(2) 1 *Cor.*, II, 9.

(3) Verbum incarnatum esse rationem et finem præsentis ordinis, plus semel exposuimus, vid. *Medit. theol.*, p. II, c. 11 (tum apud *Collat. Brugen.* t. VII, p. 561 et sqq., tum in vers. gallica, t. I, p. 651 et ss.) et *Eening der minnende ziel met God*, ac vers. gallica ejusdem, 11 hoofdst. (chap. 11) initio.

in cælo et in terra, qui constitutus est supremus judex vivorum et mortuorum, et cujus regni non erit finis.

In particulari quod homines attinet, intuitu Verbi incarnandi Deus hominem creavit, eum exaltavit ad ordinem supernaturalem, ejus lapsum permisit, et ordinem per peccatum turbatum misericorditer non solummodo instauravit sed mirifico et magnificentissimo modo perfecit ac complevit per idem Verbum incarnatum, quod vere summum fastigium occupat in toto ordine præsenti, in quo omnia quodammodo summa sunt, relative ad Ipsum absolute summum.

* * *

Re quidem vera, Ipse Christus absolute summus, non tantummodo præprimis ut verus Deus, sed et secundum naturam humanam substantialiter sanctificatam unione sua cum divina natura in unitate personæ ; sanctificatam etiam plenitudine gratiæ creatæ et perfectione virtutum ac donorum ; ornatam quoque omnibus gratiis gratis datis in summo gradu; dotatam tum visione beatifica, tum scientia infusa perfectissima, et scientia acquisita omnium quæ pro tempore et loco Ipsum scire decebat.

Summus item Christus in omni actione sua infinitæ dignitatis, utpote theandrica, qua operans est Deus-homo, sive operetur secundum naturam humanam, sive secundum divinam naturam cum aliqua subministratione humanæ naturæ.

Summus Christus in perficiendo opere gloriosissimo redemptionis mundi, quod nulla creatura perficere valebat; quo et Ipse sibi meruit beatitudinem accidentalem, nempe glorificationem corporis sui et titulum maxime gloriosum Redemptoris, et omnibus hominibus causa meritoria constitutus est omnium beneficiorum Dei, ac specialiter quidem adoptionis in filios Dei et fratres suos atque cohæredes regni cœlestis, quæ tum fuit et non antea concessa, cum redemptio et merita Christi fuerunt completa, ut apertius demonstraretur Ejus solius meritis

omnia deberi. Et sacrificium quidem, quo opus grande redemptionis perfecit, quodque incruento modo renovandum in finem sæculorum instituit, actus summus est, perfectissimus omnium actuum humanorum, utpote actus charitatis in Deum et in universum genus humanum perfectus omni ratione tum secundum actum externum, cum « majorem hac dilectionem nemo habet, ut Ipse testatur (1), ut animam suam ponat quis pro amicis suis », dicamus : pro inimicis ut eos amicos faceret ; tum secundum actum internum, siquidem numquam fuit aut erit possibilis talis ac tantus charitatis affectus, qualis et quantus fuit ille actus Christi Jesu.

Summus Christus tamquam caput Ecclesiæ, quam acquisivit sanguine suo, et caput omnium hominum et angelorum, quam « gratiam capitis » vocant, quæ secundum triplicem rationem considerari potest ; nempe 1/ secundum præeminentiam dignitatis, 2/ secundum potestatem dominationis; quæ quidem duplex ratio per se patet adesse in Christo tum respectu Ecclesiæ sive militantis in terra, sive triumphantis in cœlo, tum respectu hominum et angelorum, solis exclusis damnatis sive hominibus sive angelis, quibus quidem dominatur Christus ut vindex malorum, non vero rationem capitis habet respectu illorum, quippe qui desierunt esse membra Ejus vel ministri, et jam nec in potentia sunt, ut Ipsi uniantur vel deserviant. 3/ Caput est Christus secundum virtutem sanctificationis, tum Ecclesiæ in terris, cui omnem gratiam meruit, et jugiter in eam virtute sua sanctificandi influit, præprimis quotidiano suo Sacrificio incruento. Neque ab eo influxu, in ordine ad citius consequendam gloriam cœlestem excluduntur animæ purgantis Ecclesiæ ; tum etiam caput est Christus Ecclesiæ triumphantis, sub eodem respectu, non proprie sanctificandi jam virtute, sed qua manens gloriosus hominum Redemptor, et lumine gloriæ ad visionem Dei aptos

(1) *Jo.*, XV, 13.

efficiens, quos redemit, qui Ipse est Lumen de Lumine. Neque excluduntur ab influxu sanctificationis cæteri homines omnes in hac terra viventes, sed soli damnati, sicuti et angeli lapsi.

Quod tandem sanctos angelos attinet, ex unione cum Verbo, lumine gloriæ instructi Deum vident, sed et sine dubio multiplici largitione luminis et donorum in cœlestes hierarchias Deus-homo influit, quamquam non fuit angelorum Redemptor, boni enim redemptione non indiguerunt, mali ex natura obstinati in malo redemptionis non fuerunt capaces ; et quamquam, ut multi docent, primam gratiam independenter a meritis Christi obtinuerunt boni angeli, quod tamen sic intelligimus quod si non meritis, tamen certo intuitu Verbi incarnandi et creati fuerunt et ad ordinem supernaturalem evecti, ut ex supra dictis apparet.

Christus ergo revera summum fastigium occupat totius ordinis naturæ et gratiæ a Deo constituti. Ut enim omnia uno verbo complectamur, cum in omni ordine creaturarum finis sit gloria Dei ex beatitudine creaturæ intellectualis, profecto major cogitari non potest hujusmodi Dei glorificatio quam in ordine præsenti per Christum.

Ipse enim, cum uti Deus sit ad intra splendor gloriæ et figura substantiæ Patris, ut loquitur Apostolus (1), ad extra quoque tum persona sua in utraque natura divina et humana, tum universo opere suo redemptionis, doctrina, exemplo, passione ac morte, resurrectione gloriosa, fuit manifestatio ad extra divinarum perfectionum seu gloriæ Dei, qualis perfectior cogitari non potest.

* * *

Et hoc quidem satis declarant quæ diximus. Opportune tamen addi potest, quomodo in eodem ordine præsenti, omnia relative ad Christum sunt quodammodo summa.

Et primo quidem, Beatissimæ Virginis Mariæ dignitas,

(1) *Ad hebr.*, I, 3.

qua Matris Verbi incarnati, summa est, et absolute quidem summa inter puras creaturas. Ea dignitas quoque fundamentum et origo est omnium privilegiorum ejusdem benedictæ Matris : plenitudinis gratiæ, qua major esse nequit in puris creaturis, conceptionis immaculatæ, perpetuæ virginitatis etiam in partu, status integritatis, qualis fuit in primis parentibus ante peccatum, excepta passibilitate qualis et fuit in Christo (1), eaque integritas privilegio et meritis Filii sui concessa fuit Mariæ, sicut jure fuit in Christo, et inde omnimoda puritas corporis et animæ cum impeccantia et omnium virtutum perfectarum ornamento. Ipsa mediatrix est apud solum supremum Mediatorem, adeoque sicuti per Ipsam omnia nobis dedit, dando per Eam Filium suum Deus, Redemptorem nostrum, ita et Ipsam distributricem constituit omnium bonorum et gratiarum, Salvatoris meritis acquisitorum. Ipsa Regina sanctorum omnium, Regina cœli et terræ.

Pariter in suo genere perfectum est regnum Christi in terra, nempe Ecclesia una, sancta, catholica, indefectibilis, infallibis in docendo, in se continens omnia necessaria et utilia ad salutem hominum. Inter hæc perpetuum Sacrificium incruentum, omni ratione perfectum ; item sacramenta, fontes gratiarum in omnibus vitæ adjunctis præbentes quæ ad sanctificationem et salutem hominum requiruntur vel conferunt, inter quæ absolute rursus summum, Eucharistia, utpote continens Ipsum datorem omnis gratiæ. Ipsa sanctitas supernaturalis, quamquam varios gradus habens, est in suo genere summa utpote in immensum præstans omni perfectioni morali ordinis naturalis. Idem dicendum de virtutibus supernaturalibus, inter quas charitas, regina et forma cæterarum, nos Deo,

---

(1) Christus jure erat immortalis et impassibilis, sed ob altiores rationes in ordine ad redemptionem elegit esse passibilis et mori voluit. Pariter Beata Virgo privilegio impassibilis esse poterat nec mori debebat, sed divina dispositione, cui ultro consensit, passioni et morti fuit subjecta.

fini nostro supernaturali jam in hac vita conjungit et manebit in æternum.

Quid autem dicemus de regno Christi æterno, cœlesti Jerusalem, beata pacis visione, ubi sub Christo Rege et capite omnium angelorum et beatorum hominum, et Regina stante a dextris Ejus, Matre Ejus benedicta, omnes, varietate mira pro varietate meritorum, summa beatitudine perfruentur Viventem et Videntem videntes, ut loquitur Augustinus (1), ipsius divinæ Trinitatis vitæ et beatitudinis effecti participes !

* * *

Nunc complere poterimus responsum ad quæstionem quomodo vita nostra interiore imitabimur vitam ipsius Dei, et jam propius accedere ad vitam nostram practice instituendam.

Ex hucusque enim dictis habemus tantummodo ex fide intellectum, quantum licet in his terris, duorum mysteriorum altissimorum sanctæ religionis, nempe vitæ Dei ad intra in divina Trinitate, et summæ manifestationis Dei ad extra in incarnatione Verbi. Hunc tamen intellectum direximus ad gustandum quam magnus et suavis est Dominus, et inde ad amorose contemplanda eadem mysteria, ut sic contemplando et amando vita nostra interiore imitemur ipsam Dei vitam. Etenim hæc nostra vita interior supernaturalis ea est qua divinæ largitatis donis effecti sumus participes vitæ ipsius Dei et qua proinde vita non tantum supramundana et supraterrestri sed et supra omnem naturam evecta ac divina vivere nos oportet, ut supra attigimus.

Jamvero eadem vita tota consistit, ut notat s. Bernardus, « in investigatione veritatis et in fervore charitatis », in actibus nempe intellectus divino lumine illustrati et voluntatis divina charitate ornatæ, seu in contemplatione divinæ Veritatis et ferventi amore Dei, vel uno

(1) Serm. X *de verbis Domini.*

verbo in unione intima omnis cogitatus nostri omnisque affectus cum Deo, ex divina gratia. Hujusmodi enim actibus supernaturalibus intellectus imitamur generationem intellectualem Filii a Patre, et pariter ejusmodi affectibus voluntatis seu amoris supernaturalis imitamur processionem Spiritus sancti a Patre et Filio.

Sit ergo cogitatio nostra de summo Deo, Uno et Trino, actualis quidem frequentissima, virtute vero vel habitu constans et jugis seu perpetua. Quod ita intellige ut sæpius in die, et præsertim initio præcipuarum actionum Deum præsentem, Trinitatem nos in Spiritu inhabitantem nosque ut dilectos filios adoptivos complectentem actu cogitemus ; — quod quidem exercitium ab auctoribus asceticis et mysticis, jure merito, summopere commendatur ; — tum vero, cum alio distrahitur mentis attentio in variis occupationibus necessariis præsertim intellectualibus, siquidem ob intellectus nostri infirmitatem, figi nequit attentio actualis in pluribus objectis simul, tum, inquam, initio hujusmodi actionum vel seriei actuum, actu recordemur Dei Eique nostras illas actiones offeramus ; sic fiet ut virtualiter vel habitualiter servemus divinæ præsentiæ memoriam, et statim ac a suscepta opera finita desistimus, actualis cogitatio Dei sponte recurrat.

Sit pariter omnis affectus voluntatis nostræ elevatæ in Deum, ita ut nullus sit affectus in nobis nisi subordinatus illi supremo charitatis affectui.

Ut autem hanc vitam intimam cum Deo facilius et perfectius agamus, nos potenter adjuvat mysterium Verbi incarnati, ut bene exponit P. Lallemant (1) :

Combien le mystère de l'Incarnation nous est utile pour la perfection.

L'incarnation du Fils de Dieu sert à notre perfection, premièrement, en ôtant les empêchements de la perfec-

(1) In opere : *La vie et la doctrine spirituelle du P. L. Lallemant, S. J.* ; VIe principe, section III, chap. VIII. In hoc opere haud pauca occurrunt pretiosa documenta de vita spirituali. Auctor vita functus est a. 1635.

tion, secondement, en nous donnant des moyens plus puissants et plus abondants pour nous y conduire.

Les empêchements de la perfection sont les diverses attaches que nous avons aux créatures. Car notre perfection consiste en notre union avec Dieu, laquelle fait aussi notre béatitude. Or, ce qui nous porte à nous attacher aux créatures, au lieu de tendre à Dieu pour nous unir à Lui, c'est que nous ne connaissons pas assez ni la dignité de notre nature, ni les biens infinis que nous pouvons acquérir par notre union avec Dieu ; mais l'incarnation nous retire de cette erreur, nous faisant connaître et l'estime que Dieu fait de nous et le prix que nous Lui coûtons et le bonheur que nous possédons lorsque nous Lui sommes unis, et la facilité que nous avons de parvenir à la jouissance de ce bonheur.

Les moyens que nous avons pour cela sont les vertus. Or, dans l'incarnation nous trouvons de nouveaux attraits pour nous exciter à l'amour et à la pratique des vertus morales ; car depuis qu'un Dieu fait homme les a pratiquées, elles ont une excellence et une beauté toute autre qu'elles n'avaient auparavant. Elles sont comme déifiées en la personne de Jésus-Christ, outre qu'Il nous en a enseigné plusieurs qu'on ne connaissait point ou que l'on connaissait fort peu, comme l'humilité, la pauvreté, l'amour des ennemis. Un homme-Dieu est le modèle des vertus le plus noble, le plus accompli et le plus charmant que les hommes se puissent proposer.

Quant aux vertus théologales, qui nous unissant à Dieu commencent dès cette vie notre béatitude, l'incarnation nous les facilite merveilleusement. En premier lieu la foi, puisque Dieu qui ne parlait auparavant que par les prophètes est venu lui-même nous enseigner les vérités que nous devons croire. Secondement, l'espérance, puisque Dieu nous ayant donné son Fils de la manière qu'Il nous l'a donné, Il ne peut plus rien nous refuser. Troisièmement la charité, puisque Dieu nous ayant prévenus par cet excès d'amour qu'Il nous témoigne

dans l'incarnation jusqu'à se rendre semblable à nous, et à devenir notre frère, il exige notre amour par toutes sortes de titres et nous avons toutes les obligations imaginables de l'aimer.

Sed præterea in vita terrestri Christi, qui exemplar est summum omnis vitæ perfectæ, qui Via est, Veritas et Vita (1), qui in his, quæ Patris Ejus sunt, semper erat (2), cujus cibus erat ut faceret voluntatem Patris (3), habemus graphice descripta exempla, quæ per omnes vitæ nostræ semitas imitemur, quibus ad perfectionem tum vitæ interioris, tum vitæ apostolicæ instituamur. Nam utriusque vitæ in vita sua publica, vitæ autem interioris singulariter in vita abscondita, exemplar perfectum extitit.

Hic obiter notemus quomodo ad invicem se habeant vita interior omnibus ad perfectionem necessaria et vita apostolica ministerio sacro propria. Videlicet nedum vitæ apostolicæ opponatur vita interior, illi contra necessario supponitur, utpote vivificans apostolatum qui ex ea omnem suam efficaciam mutuatur. Et delectabiliter quidem animadverti potest, quemadmodum vita interior Dei vitam ad intra imitatur, ita apostolatum, in vita interiore fundatum, imitari Deum ad extra operantem. Scilicet Deus, causa rerum ut est unus essentia tribus Personis communi, idem Deus est qui ad intra Trinitas est personarum, et prius concipitur ut in se est, unus et trinus, quam ad extra operans ; imo, et revelata Trinitate, melius et profundius intelligimus operationem Dei ad extra, uti enim exponit s. Bonaventura (4) : Deus quidem est causa rerum, ut unus essentia, non tamen ut essentia consideratur omnino absolute, sed ut communis tribus Personis cum relatione ad propria, seu secundum appropriata, omnipotentiam, sapientiam et bonitatem, quæ sunt essentialia considerata in Personis.

(1) *Joan.*, XIV, 6.
(2) *Luc.*, II, 49.
(3) *Joan.*, IV, 34.
(4) In 1 *Sent.*, dist. XXXVI, a. 1, q. 2.

Jam concludamus hoc nostrum scriptum. Habemus enim jam, ni fallamur, novam manuductionem ad amorosam contemplationem celsissimæ Trinitatis, sed et introductionem ad contemplandam Ejusdem manifestationem summam in Verbo incarnato. Præterea incitamentum quisque in modo dictis inveniet ad imitandam Christi vitam in his terris, ne nos pigeat aliquando, imo frequenter redire ad meditationem singularum actionum Christi et circumstantiarum Ejus vitæ terrestris, ut ad majorem cordis puritatem et perfectius exercitium particularium virtutum proficiamus, et ita ad orationem contemplativam et intimiorem cum Deo unionem pervenire valeamus (1).

† G.-J. Episc. Brugen.

---

(1) Ne quis putet hanc nostram doctrinam contradicere assertis Scriptorum ac Sanctorum mysticorum, qui, ut non semel in anterioribus scriptis nostris notavimus, objectum contemplationis esse aiunt Deum obscure per notiones potius negativas ut incomprehensibilem ac ineffabilem apprehensum, eliminatis omnibus positivis ac distinctis notionibus. Attendatur enim ad hæc duo : 1° mysticos in illis assertis plerumque, ni semper, agere de contemplatione infusa ; et lege *Collat. Brugen.*, t. XIX, p. 610 et sqq. ; nos vero hic (sicut et supra. t. XX, p. 81 et sqq.) loqui de contemplatione activa seu acquisita, ea tamen quoque supernaturali ex gratia ordinaria.

Præterea 2° nos in hisce præcedentibus paginis ne ipsum quidem exercitium aliquod contemplationis activæ proponere voluisse, sed manuductionem, eamque mediatam, ad illam ; videlicet, promovendo fidei intellectum mysteriorum ss. Trinitatis et Incarnationis Verbi, quo excitetur gustus eorumdem, et porro inde amorosa contemplatio activa. Neque enimvero hæc adversatur superiori gradui contemplationis infusæ, sed contra conducit ad illam, si ita Deo placuerit. Re quidem vera Deitatem esse abyssum omni intellectui imperviam, nemo verius et clarius, via ordinaria et secluso lumine divinitus infuso, perspicit quam qui fidei scientia cum pietate profundius scrutatus fuerit mysteria a Deo revelata. — Postmodum forte de contemplatione infusa addemus scitu utilia tum in proprium usum tum animabus electis a nobis dirigendis.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis septembris propositas.

I

Epistola s. Jacobi, IV, 1-13.

Q. *Paucis explica, attento logico idearum nexu, ea quæ exponit s. Jacobus in epistola sua, cap. IV, vv. 1-13.*

R. Unum ex vitiis quibus lectores ad quos scribit s. Jacobus laborant, cupiditas est bonorum temporalium seu divitiarum (1) ; imo hæc præcise cupiditas erat illis radix zeli amari et infructuosi quo aliorum, potissimum ditiorum, animos sibi conciliare eosque ad fidem convertere satagebant. Et hæc est idea quam vv. in quæstione propositis evolvit s. Jacobus, radicem illam patefaciens et vitium illud severe vituperans. — Putamus totam pericopam propositam non esse quasi meram juxta positionem variarum idearum sine magna connexione ad invicem, sed contra expositionem unius ejusdemque ideæ, optime sibi cohærentem, ut jam ex paraphrasi subdenda apparebit.

In præcedentibus redarguerat Jacobus zelum illum amarum (III, 13) quo nonnulli alios, Judæos nempe, potissimum ditiores, ad fidem christianam convertere conabantur (III, 1), et sibi resistentes verbis duris et convitiis tractabant (III, 9 ss.). Et jam detecturus ultimam hujus

---

(1) Cfr I, 9 ss., II, 1 ss., 18 s., III, 13 ss., IV, 1 ss., 13 ss. ; et recole circa lectores epistolæ s. Jacobi exposita apud *Collat. Brugen.*, t. XVII, pp. 316 ss., 439 ss., 506 ss., 569 ss. — Cfr VAN STEENKISTE-CAMERLYNCK, *Commentarius in epistolas catholicas*, ed. 5a, 1909.

impatientiæ harumque amararum disputationum radicem, rogat Jacobus :

v. 1. *Unde bella et lites* illæ *in vobis ? Nonne hinc ?* nimirum *ex concupiscentiis vestris*, signanter ex cupiditate vestra ad bona temporalia, *quæ* concupiscentiæ *militant in membris vestris*, seu quæ in parte vestra inferiori se erigunt contra partem superiorem et vos ad peccata et vitia, in specie ad zelum illum amarum provocant ? — v. 2. Etenim *concupiscitis* illa temporalia *et* ea *non habetis*, non obtinetis ; et ideo *occiditis* (1), i. e. odio habetis, seu melius ut videtur, invidetis aliis bona illa habentibus *et zelatis* (2), i. e. invidetis ; *et* iterum frustra : *non potestis* etiam sic bona illa *adipisci*, et ideo *litigatis et belligeratis*, contentionibus et jurgiis divites illos vobis resistentes impetitis.

Sic notato cupidinem illam esse litium et bellorum radicem, eaque bona hac via non posse obtineri, per transennam notat Jacobus quanam via hæc bona temporalia essent obtinenda, nempe per sanctam precationem : *Non* (3) *habetis* illa, *propter quod* illa *non postulatis* a Deo ; vel potius utique *petitis*, *et* tamen *non accipitis* ea, *eo quod male petatis*, nimirum non recto fine : petitis enim bona *ut* ea semel obtenta *in concupiscentiis vestris insumatis*, seu ut vitæ commodiori magisque voluptuosæ ea profundatis.

Immoderatas has bonorum et voluptatum mundanarum concupiscentias acriter reprehendit Jacobus in vv. sequentibus :

---

(1) Gr. φονεύετε, quod proprie significat *occiditis* ; sed quum certe de homicidiis non agatur, vox sumenda est sensu metaphorico : odio mortali prosequi, mortem apprecari, sicut *Mt.*, v, 22 et 1 *Jo.*, III, 15 ; ast melius videri poterit lectio quam nonnuli proposuerunt φθονεῖτε, i. e. *invidetis*, cui equidem nulli codices aut versiones antiquæ, sed certe favet contexta oratio.

(2) Nisi forte *zelatis* sint intelligendum eodem sensu quo III, 13 et 16 de *zelo* agitur, nimirum : intuitu bonorum temporalium acquirendorum, conamini divitum illorum animum vobis conciliare eosque ad fidem adducere.

(3) Græce deest conjunctio *et* post *belligeratis*.

v. 4. *Adulteri*, gr. adulteræ (1), animæ infideles sponsò vestro divino, an ergo *nescitis quia amicitia hujus mundi* (gen. obj.), dilectio qua hunc mundum ejusque bona diligitis, *inimica est Dei* (gen. obj.). Deo adversatur ? Non enim potestis servire Deo et mammonæ. *Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi hujus*, amator hujus mundi, eo ipso *inimicus Dei constituitur*. v. 5. Aut (2) *an putatis quia inaniter*, quia incassum, sine veritate *Scriptura dicat :* « *Ad invidiam* », seu melius : ad Deum (3), et nullatenus ad bona hujus mundi *concupiscit Spiritus* sanctus *qui habitat in vobis*, gr. quem Deus habitare fecit in nobis ? Unde concupiscendo bona hujus mundi nisui et impulsui Spiritus sancti resistitis. v. 6. Deus *autem* animabus se concupiscentibus *majorem dat gratiam*, bona largitur quæ omnia bona mundana superant. *Propter quod*, i. e. ad hoc ultimum significandum *dicit* Scriptura : *Deus superbis*, iis nempe qui bona ac voluptates mundi diligunt, *resistit*, bona sua supernaturalia iis non largitur, *humilibus autem*, iis nempe qui bonis hujus mundi non adhærent, *dat gratiam*, bona sua supernaturalia. v. 7. (4) Si autem ita est, si Spiritus Dei in vobis habitans vos ad Deum quærendum impellit, *subditi ergo estote Deo*, obedite illi impulsui, *resistite autem diabolo* qui ex parte opposita ad concupiscendum mundum vos impellit, *et* ipse *fugiet a vobis*. v. 8. Sequimini impulsum Spiritus sancti : *appropinquate Deo*, quærite Deum, *et* Deus ipse *appropinquabit*

---

(1) Non infrequens est figura qua in Scripturis unio Deum inter et homines nuptiis comparatur, indeque discessio hominis a divino sponso, puta per adhæsionem idolis, vel per peccatum quodlibet et inordinatam adhæsionem bonis creatis, adulterium sæpé dicitur. — Pro *Adulteri* gr. ponitur *adulteræ* quia homines spectantur ut *sponsæ* respectu Dei sponsi.

(2) Græce loco *an* legitur ἢ, *aut*.

(3) De his versiculis 5 et 6 vide infra, ad Iam quæst. mensis octobris.

(4) Ea quæ vv. 7-10 occurrunt possent intelligi modo magis generali de exhortatione ad vitæ sanctitatem in genere ; sed in contextu videntur multo melius intelligi de vitanda immoderata concupiscentia erga bona terrena, prout in paraphrasi satis indicamus.

vobis, magis magisque seipsum et bona sua tradet vobis. Contrà, discedite a mundo ejusque bonis et voluptatibus : *emundate manus, peccatores :* fugite omnia peccata externa, et signanter ne bona habeatis via injusta aut mala vobis acquisita ; *et purificate corda*, abstineatis a peccatis internis, et signanter ne concupiscatis nec diligatis bona terrena, sed solum Deum, — *duplices animo*, qui duobus dominis, Deo simul et mundo, velletis adhærere. v. 9. Equidem talis via et vita homini naturali jucundà non erit, sed esto ! Si necesse est, *miseri*, gr. : tristes *estote*, sustinete ærumnas, *et lugete et plorate*, potius quam gauderetis cum peccato ; *risus vester*, quem mundus vobis dare posset, *in luctum convertatur et gaudium in moerorem*. v. 10. *Humiliamini* (1), si necesse est, estote pauperes et miseri, *in conspectu Domini* et pro ipso ; *et* Deus ipse *exaltabit vos* ad seipsum et ad suas divitas et gaudia supernaturalia : majorem enim mundo dabit vobis gratiam (cfr v. 6).

Sic damnata concupiscentia mundi qua lectores Jacobi ad immoderatum proselytismum et ad amarum zelum, ad bella et lites, ad convitia erga converti recusantes ducebantur, redit Jacobus ad ipsa hæc convitia : ab istis ergo caveant ! *Nolite detrahere alterutrum, fratres* (2) : nolite proximum vestrum criminari, neque eum judicare et condemnare. Etenim *qui detrahit fratri*, qui male loquitur contra fratrem *aut qui judicat fratrem suum*, eo ipso *detrahit legi*, male loquitur de lege, *et judicat* et condemnat *legem :* ipso enim facto suo tractat legem

(1) *Humiliamini* in contextu non videtur intelligendum de virtute humilitatis sectanda, sed de amplectenda humilitate quasi materiali : ne quæratis fieri divites et bonis terrenis referti. Eodem sensu occurrit verbum apud Paulum, *Phil.*, IV, 12 : *scio et humiliari, scio et abundare.*

(2) Contexta oratio videtur indicare Jacobum hisce vv. 11-13 non impugnare aliud quoddam vitium, detractionem nempe inter christianos sævientem, sed idem illud vitium de quo in toto cap. III et initio hujus capitis agebat, nimirum vitium illorum christianorum qui ira et convitiis impetebant eos qui converti nolebant.

quasi male positam (1). *Si autem* sic *judicas legem*, male agis ; etenim sic jam *non es factor legis, sed judex*, seu : te ponis non tamquam eum cui mere competit legem servare, sed quasi esses judex legis : hoc autem nullatenus tibi competit : sicut enim *unus est legislator*, ita etiam unus est legis *judex*, nempe Deus : soli enim Deo competit potestas perfecte sanciendi legem suam : solus enim Deus est *qui potest* in æternum *perdere* transgressores *et liberare*, gr. salvare observantes. v. 13. Hoc *autem* munus nulli homini competit ; omnes enim vos æquales estis, adeoque *tu quis es, qui judicas proximum ?*

A. Vander Heeren.

II

De maternitate spirituali B. M. V.

Q. *Explica quonam sensu et quonam titulo B. M. V. nominetur mater nostra.*

R. Maria vocatur jure mater nostra *sensu spirituali*, in ordine scilicet vitæ spiritualis sive supernaturalis, et hoc quidem *titulo maternitatis* ipsius *divinæ*, titulo muneris ejus *corredemptricis*, titulo tandem *mediationis* ipsius universalis.

Explicatur. — 1/ B. M. V. dicitur et est mater nostra *sensu spirituali*, quatenus aliquo modo, statim pressius determinando, nobis *vitam spiritualem* sive supernaturalem *confert*, deinde eamdem vitam jugiter alit atque continuo fovet.

2/ Dicitur autem mater nostra *α/ titulo maternitatis divinæ ;* videlicet quia mater Christi, Dei-hominis, ideo jam merito vocatur mater nostra.

---

(1) Equidem quod hîc dicit Jacobus commune est omni peccato : etiam qui mentitur implicite videtur legem parvi pendere, et sic detrahit legi ; sed hoc in casu habetur speciale quod ex utraque parte habetur *detractio* : qui *detrahit* fratri, *detrahit* legi.

Et enim « multi (scil. omnes) unum corpus sumus in Christo » (1), quoniam « in unum corpus baptizati sumus, sive judæi, sive gentiles, sive servi, sive liberi » (2).

Jamvero Christus, filius Dei et filius Mariæ, est caput nostrum, sive caput istius corporis mystici quod omnes simul constituimus (3).

Christus porro assumpsit humanam naturam ut homines salvaret (4) : « in uno igitur eodemque alvo castissimæ matris et carnem sibi assumpsit et *spirituale* simul *corpus adjunxit*, ex iis nempe coagmentatum qui credituri erant in eum. Ita ut salvatorem habens Maria in utero, illos etiam dici queat gessisse omnes, quorum vitam continebat vita salvatoris. Universi ergo, quotquot cum Christo jungimur,... de Mariæ utero egressi sumus, tamquam corporis instar cohærentis cum corpore » (5).

Attamen non solum hac mystica ratione nominatur Maria mater nostra, sed adhuc *propter realem influxum*, quem habuit et habet in vitam nostram spiritualem.

Et revera β/ beata Virgo *cooperata est ad redemptionem* nostram, uti supra explicavimus (6).

Pulchre s. Augustinus : Maria « plane [est sensu spirituali, sive spiritu, uti in eodem contextu dicitur] mater membrorum ejus [scil. salvatoris], quod nos sumus, quia cooperata est caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur » (7).

Tandem γ/ dicitur Maria mater nostra, *titulo mediationis*, qua ut dispensatrix universorum munerum in omni-

---

(1) *Rom.*, XII, 5 ; cfr *I Cor.*, XII, 27 et *Gal.*, III, 27.

(2) *I Cor.*, XII, 13. — Recolantur quæ de Christo mystico dicuntur apud *Collat. Brugen.*, XIV, p. 226 s.

(3) Cfr *Ephes.*, I, 22 s. ; IV, 15, 16 ; *Coloss.*, II, 19.

(4) De fine incarnationis vide *Collat. Brugen.*, XX, p. 455 s.

(5) Pius X, Encycl. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904, apud *Collat. Brugen.*, IX, p. 141.

(6) *Collat. Brugen.*, XXI, p. 462 s.

(7) S. Augustinus, *De s. virgin.*, VI, 6 (*Corpus Vindob.*, XLI, p. 240).

bus adjunctis nos tuetur, et vitam nostram in Christo fovet atque nutrit (1).

Notemus in fine B. M. V. constitutam esse matrem nostram eo momento, quo facta est mater Dei-redemptoris (2). Verum, mater nostra quasi consecrata et proclamata tunc tantummodo fuit, cum juxta crucem filii sui sacrificio sese consociavit. Et hoc quidem sapienti Dei consilio factum fuerit, quoniam eodem momento totum opus redemptionis consummatum est.

Nemo non novit narrationem s. Joannis : « cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua » (3).

Dissentiunt theologi, ubi determinandum venit, quonam modo doceatur ibidem Mariam esse matrem nostram. Alii nimirum provocant ad sensum accommodatitium ; alii ad sensum typicum ; alii tandem ad sensum litteralem consequentem, et etiam quidam ad sensum litteralem immediatum. De re tamen inter auctores nullatenus ambigitur et omnes quasi unanimi consensu in hac pericope, declarationem maternitatis spiritualis beatæ Virginis reperiunt (4).

H. Lamiroy.

---

(1) *Collat. Brugen.*, XXI, p. 487 s.

(2) Ordinem inter triplicem hunc titulum omnes facile percipiunt : *maternitas divina* est primum Mariæ privilegium, ex quo omnes gratiæ, omnes ejus prærogativæ oriuntur. Quia mater Dei jam vocatur primo titulo mater nostra, sensu quodam mystico, uti notat Pius X, in encycl., *l. c.* Attamen Maria est mater Dei-*redemptoris*, et quidem libero suo consensu ; inde vocatur jure *corredemptrix* et quatenus corredemptrix partes suas habuit in regeneratione nostra spirituali. Tandem ad corredemptionem sequitur mediatio, et ita qua *mediatrix* suas partes continuo habet in vita spirituali conservanda, adaugenda aut etiam restituenda.

(3) *Jo.*, XIX, 26 s.

(4) Cfr Terrien, *La mère des hommes*, I, p. 318 s., Paris, 1902 ; Van Crombrugghe, *Tractatus de B. V. Maria*, p. 193 s., Gandavi, 1913 ; Girerd, *Marie, Mère des hommes ou Marie Mère de grâce*, apud *Revue du clergé français*, CII, p. 162 s. (1 mai 1920).

III-IV

De ministro sacræ communionis.

Q. *Quid postulatur 1° ex parte sacerdotis, 2° ex parte diaconi ut ipsi s. communionem distribuere possint?*

R. Sacerdos et diaconus quando ss. Eucharistiam distribuunt actum ordinis sui ponunt, sunt enim vi ordinationis suæ ministri s. communionis. Verum, id nondum sufficit ut licite hoc sacramentum dispensare possint. Nam sacramenti administratio, præterquam sanctitatem requirat in ministro et nonnunquam ob censuram, irregularitatem aliudve impedimentum contractum prohibeatur, ab Ecclesia, cujus ministerio sacramentorum administratio divinitus commissa est, ut omnia ordinate fiant sapienter regulatur. Qua de causa, ut minister sacræ communionis licite hunc ordinis sui actum ponat, postulatur :

1° *Ut in statu gratiæ versetur.* Quocirca hæc pauca notasse juvat :

a/ Requiritur status gratiæ ob eminentem dignitatem hujus sacramenti corporis et sanguinis Christi quod a ministro dispensatur.

b/ Sententia juxta quam minister, qui in statu peccati mortalis s. communionem dispensat, a gravi culpa excusatur, merito dicitur extrinsece saltem probabilis (1).

c/ Toties peccatur quoties s. communionis distributio per modum unius a ministro in statu peccati mortalis peragitur (2).

d/ Status gratiæ, in ordine ad s. communionem fidelibus dispensandam, non debet per usum sacramenti pœnitentiæ procurari.

2° *Ut sit immunis a censura, irregularitate aliove impedimento quo ordinis exercitium prohibetur.* Itaque,

---

(1) Cf. Desmet, *De sacramentis in genere*, n. 171.
(2) Cf. Desmet, l. c., n. 174.

a/ Minister immunis sit oportet a censura, videlicet ab excommunicatione, interdicto personali vel suspensione a sacris quibus prohibetur sacramenta ministrare (can. 2261, § 1, 2275, 2279, § 2, n 4°), idque sub gravi requiritur (1). Quod interdictum locale attinet, cf. can. 2270 ss.

b/ Juxta can. 968, § 2, qui irregularitate (cf. can. 984-985) aliove impedimento (cf. can. 987) detinentur, licet post ordinationem etiam sine propria culpa exorto, prohibentur receptos ordines exercere.

c/ Tandem, qui aliqua pœna canonica sive personali, medicinali (cf. liber v, tit VIII) aut vindicativa (cf. liber v, tit. IX), sive locali, ut est interdictum locale, ordinem exercere prohibentur et nihilominus ordinis actum ponunt, irregularitatem contrahunt (can. 985, n. 7°).

3° *Ut hujus sacramenti administratio ab Ecclesia ei commissa sit.* Jamautem,

A. Quod spectat *sacerdotem ;*

1/ *In suo territorio*, ratione suscepti officii, hujus sacramenti dispensatio cum facultate eam aliis committendi proprio jure pertinet, etiam quod peregrinos attinet, ad ordinarium loci et ad parochos eosque qui in jure nomine parochi veniunt (cf. can. 451).

2/ *In domo propria*, restrictive ad eos qui de domo sunt et in hac materia a parochi cura sunt exempti, eadem facultas committitur : rectori seminarii (can. 1368), superiori in omni religione clericali, confessario ordinario ejusve vices gerenti in domo monialium et, in alia

---

(1) Attamen, tenore can. 2261 : § 2 « fideles, salvo præscripto § 3, possunt ex qualibet justa causa ab excommunicato sacramenta et sacramentalia petere, maxime si alii ministri desint, et tunc excommunicatus requisitus potest eadem ministrare neque ulla tenetur obligatione causam a requirente percontandi. § 3 Sed ab excommunicatis vitantis necnon ab aliis excommunicatis, postquam intercessit sententia condemnatoria aut declaratoria, fideles in solo mortis periculo possunt petere tum absolutionem sacramentalem ad normam can. 882, 2252, tum etiam, si alii desint ministri, cetera sacramenta et sacramentalia ». Idem dicendum de personaliter interdicto (can. 2275, n. 2°) et de suspenso (can. 2284).

religione laïcali, cappellano quem ordinarius parocho forte suffecit. Ita juxta can. 514 collato can. 484, § 1, de quo statim.

3/ *In ecclesia sibi commissa*, ipso jure facultas distribuendi s. communionem tribuitur, intra limites can. 481, omni rectori ecclesiæ (cf. can. 479, § 1), etiam lato sensu accepto, uti ex can. 484 § 1 (et 846, § 2), collato can. 481, colligitur. Rector ecclesiæ potest s. communionem distribuere etiam die Paschatis, quod ex decreto s. Congr. Concilii, 28 novembris 1912, constat (1).

4/ Item, *in ecclesia :*

a/ Tenore can. 846, § 1, « *quilibet sacerdos intra Missam et, si privatim celebret, etiam proxime ante et statim post, sacram communionem ministrare potest, salvo præscripto can. 869* ».

Explicatur. *α*/ Dicitur « intra Missam », quod relatio s. communionis ad sacrificium, usus antiquus et Missæ liturgia suadent, Rituale Romanum tit. IV, c. II, n. 10 præscripsit (2) optatque concilium tridentinum (Sess XXII, c. 6. Denz 944), cujus verba in can. 863 assumuntur, scil. : « ut Missæ adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam sanctissimæ Eucharistiæ perceptione, rite dispositi, communicent » (3).

S. communio distribui potest in Missa sollemni vel cantata de Requie quamvis historice cum fidelium communione non sit connexa, necnon in Missa quæ in nocte Nativitatis Domini celebratur (can. 821, § 3), etiam in Ea quæ hac nocte in ecclesiis parœcialibus vel collegiatis canitur, quod nuper authentice declaratum est (4). Attamen, s. communionem distribuere non licet ad altare in quo Sanctissimum publice in ostensorio exposi-

---

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, XVIII, p. 254.

(2) Vi can. 2, Rituale Romanum ad normam can. 846 est moderandum.

(3) Cf. *Collat. Brugen.*, IX, p. 287 ; XI, p. 709.

(4) Cf. *Cultura social*, Manila, april., 1920, p. 225 : responsum episcopo Tuguegar. datum.

tum est, nisi expositio fiat in tabernaculo quod claudi potest (1).

β/ Dicitur « si privatim celebrat, etiam proxime ante et statim post ».

Verbis *si privatim celebrat*, excluditur Missa sive sollemnis, sive cantata, sive stricto sensu conventualis. At, uti videtur, non excluditur Missa parochialis lecta nec Missa conventualis lecta quæ celebratur extra chorum, ad altare ubi ss. Sacramentum asservatur.

Verba *proxime ante et statim post* ita explicari debent ut sacerdos qui celebraturus ad altare accedit, vel in eo est ut celebrata Missa ab eo discedat, s. communionem sacris sacrificii vestibus indutus distribuere possit, idque, supposita quadam necessitate, etiamsi altare sanctissimi Sacramenti sit in transitu inter sacristiam et altare Missæ (2).

Feria v in Cœna Domini post Missam s. communionem distribuere non licet. Præterea, « in Sabbato Sancto sacra communio nequit fidelibus ministrari nisi inter Missarum sollemnia vel continuo ac statim ab iis expletis » (can. 867, § 3). Verbis « continuo ac statim » prohibetur distributio in ecclesiis ubi Missa non celebratur. Ubi Sacrificium oblatum est, ss. Eucharistia, ob eadem verba, ministretur quando celebrans, expleta Missa, juxta Memoriale Rituum (tit vi, c. ii, § 7, n, 2°) pyxidem ex sacristia, in solito tabernaculo servandam, affert; et, distributione hac occasione peracta, s. communio hac die jam non ministretur.

γ/ Præscripto can. 869 « sacra communio distribui potest ubicumque Missam celebrare licet, etiam in oratorio privato, nisi loci Ordinarius, justis de causis, in casibus particularibus id prohibuerit ». Itaque, non posset Ordinarius loci universaliter prohibere ne s. communio in oratoriis privatis distribuatur, posset tamen

---

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, X, p. 183.
(2) Cf. *Collat. Brugen.*, IX, p. 593.

id prohibere in determinato oratorio, vel determinata die, ob justas causas.

b/ Juxta can. 846, § 2 « *etiam extra Missam quilibet sacerdos eadem facultate pollet ex licentia saltem præsumpta rectoris ecclesiæ, si sit extraneus* ».

Nimirum, sacerdos alicui ecclesiæ adscriptus ipso facto habitualem censetur habere hanc facultatem, quam tamen in aliquo casu particulari rector ecclesiæ coarctare valet (1). Quod spectat sacerdotem extraneum, idest qui ad hanc ecclesiam non pertinet, eadem facultate pollet ex licentia formali vel saltem præsumpta ejusdem rectoris.

B. Quod spectat *diaconum*.

Ad normam can. 845, § 2, ut diaconus Eucharistiam licite distribuat, postulatur :

1/ *Ordinarii loci vel parochi licentia.*

Itaque, in ecclesia non-parochiali licentia a rectore ecclesiæ dari nequit. Licentia ejusmodi per se explicite concedenda est, verum quando gravis causa datur et recursus ad parochum vel ordinarium commode fieri nequit, licentia rationabiliter ex eorum voluntatis interpretatione præsumitur. Imo in casu necessitatis, v. g. urgente Viatici administratione et deficiente sacerdote, legitime vi hujus canonis præsumitur.

2/ *Gravis causa.*

Hæc causa obtinet si communio distribuenda sit magnæ fidelium multitudini et sacerdotes ad id sufficientes desint ; a fortiori, sacerdote absente vel vere impedito, si Viaticum ad infirmum deferendum sit ; etiam, uti videtur, si fideles ex mera devotione communicare cupiant et aliquem sacerdotem diu, quod pro qualitate et numero fidelium necnon diei hora pensandum est, exspectare deberent.

V. Coucke.

---

(1) Ita, potest parochus sibi reservare sollemnem puerorum communionem, necnon, uti videtur, distributionem communionis paschalis, in sua ecclesia.

V-VI.

Lieu de l'exonération des fondations. — Désignation du célébrant.

Q. a) *Dans quelle église*, b) *par qui les services fondés doivent-ils être exonérés ?*

R. I. Lieu de l'exonération. — 1° *D'après le droit canonique* (1), les services fondés doivent être célébrés dans *l'église désignée par le fondateur*, soit que cette désignation soit faite en termes exprès, soit qu'elle résulte de l'ensemble de l'acte de la fondation. Pour pouvoir déroger à cette règle, il faut une raison grave, et une dispense accordée par l'autorité ecclésiastique compétente. Cette autorité est en principe celle du Souverain Pontife. L'Évêque a, de par le droit, le pouvoir de transférer l'exonération des messes fondées dans une autre église, *en cas d'impossibilité physique ou morale* de faire célébrer les services dans l'église déterminée par la volonté du disposant (2).

Même des auteurs enseignent que l'Évêque peut dispenser de cette obligation *pour de justes motifs*, lorsqu'il ne s'agit que d'un transfert *temporaire* de l'exonération. Toutefois, en dehors des cas où l'intervention du pouvoir ordinaire de l'Évêque est explicitement reconnue par les saints canons, celui-ci agira d'une façon plus ferme et plus sûre en se faisant octroyer des facultés spéciales par indult apostolique. Un tel indult a été obtenu par l'Évêque de Bruges. Le troisième décret de la Congrégation prosynodale du 8 juin 1896 porte en effet : « Missæ fundatæ in una ecclesia, celebrari nequeunt in alia, tum intra,

---

(1) Voir De Brabandere-Van Coillie, *Jur. can. et can.-civ. compend.*, ed. 8, n° 890, t. II, p. 268 ; Many, *Prælectiones de Missa*, n° 83, Paris, 1903 ; Gennari-Boudinhon, *Consultations canoniques*, t. II, p. 125 ss., Paris, 1907 ; Kiselstein, *Les dons et les legs aux fabriques d'églises*, p. 560 s., Louvain, 1912.

(2) Voir les canons 1551, § 1 ; 1517, § 2 du Code ecclésiastique.

tum extra diœcesim, nisi de consensu Episcopi, qui, vi indulti pontificii, id, justis accedentibus causis, permittere potest » (1).

Le droit canonique impose également à tous ceux auxquels il incombe de faire célébrer des messes fondées dans leur église, de remettre à leur Ordinaire les intentions de messes qui n'auraient pas été exonérées ; cette obligation court à partir de la fin de l'année pendant laquelle l'exonération aurait dû être faite (2). Il ne semble pas inutile de faire remarquer ici que *la seule différence d'honoraires* ou *l'offre de messes manuelles sans caractère d'urgence* ne sont pas des raisons suffisantes pour permettre aux administrateurs ecclésiastiques de ne point acquitter dans leur église les charges des fondations qui y sont *établies*, surtout qu'ils ont la faculté de faire appel aux pouvoirs délégués de l'Évêque pour obtenir la réduction des messes.

2° *En droit civil-ecclésiastique*, les marguilliers sont chargés de veiller à ce que toutes les fondations soient fidèlement acquittées et exécutées *suivant l'intention des fondateurs* (3). Conséquemment il est du devoir du bureau de fabrique de s'assurer que les services fondés sont exonérés dans les églises désignées par les disposants (4). Faut-il pour pouvoir déroger à cette règle, outre une raison grave et le consentement de l'Évêque (5), *une autorisation civile ?*

Certains juristes (6) se prononcent pour l'affirmative et

(1) *Collect. epist. pastor.*, t. XVI, p. 282 ; GENNARI-BOUDINHON, *o. c.*, p. 128 ss.

(2) Voir le canon 841 du Code ecclésiastique.

(3) Art. 26 du décret de 1809.

(4) Voir *Collat. Brugen.*, t. V, p. 524 ss. ; KISELSTEIN, *o. c.*, p. 247 sur la faculté qu'a le fondateur de désigner d'autres églises et oratoires non reconnus pour y exécuter les messes d'une fondation faite à son église paroissiale ; ar. roy., 20 oct. 1913, *Moniteur*, 7417.

(5) Art. 29 du décret ; Circ. min., 15 mai 1885.

(6) Voir LENTZ, *Des dons et legs en faveur des établissements publics*, t. I, p. 100 ss., Bruxelles, 1882 ; *les Pandectes*. v° *Fabrique d'église*, n° 1270 s. ; circ. minist., 20 sept. 1878, dans *Le Mémorial*, nouv. sér., t. VI, 1878, col. 813 s.

font de l'exonération dans l'église instituée une obligation dont la fabrique ne peut être dispensée que par une approbation de l'autorité administrative Toute fondation de services religieux, disent-ils, doit être autorisée au profit d'une fabrique d'église déterminée. Transférer des messes de fondation, c'est donc avantager une personne morale distincte de celle qui fut d'abord autorisée ; c'est donc faire une libéralité distincte de la première et qui doit être conséquemment soumise aux mêmes formalités d'approbation (1).

« Ce raisonnement confond la fondation avec son exécution et fait de la charge une libéralité L'église titulaire garde la dotation assignée par le fondateur ; seul le prix des services est abandonné à un autre établissement. Or, qui prétendra que le prix des services constitue une libéralité » (2) ?

M. Woeste, par circulaire du 17 juillet 1884 (3), décida, conformément aux arrêts de la Cour d'appel de Bruxelles du 22 nov. 1880 et du 7 juin 1881 (4), que « lorsqu'il aura été impossible d'exonérer les messes fondées dans l'église instituée, elles pourront l'être dans *d'autres églises paroissiales,* moyennant l'exercice, par les marguilliers, du contrôle prévu par l'article 26 du décret de 1809 ». La jurisprudence actuelle autorise l'acceptation de fondations de messes, alors même que le nombre de services religieux fondés dans l'église est trop considérable pour qu'ils puissent y être exonérés (5).

---

(1) Voir KISELSTEIN,, *o. c.*, p. 484. — La question posée ne vise que le *transfert de l'exonération* et non le *transfert de la fondation* elle-même. Celui-ci nécessite l'autorisation administrative. Voir DE CORSWAREM, *De l'administration des fabriques*, p. 457 s., Hasselt, 1904.

(2) KISELSTEIN, *o. et l. c.* Voir également DAMOISEAUX, *Guide pratique de l'administration des fabriques*, p. 236, Manage 1920.

(3) *Le Mémorial*, nouv. sér , t. XII, col. 550.

(4) *Pas.*, 1881, II, p. 54 et 271 ; DE CORSWAREM, *o. c.*, p. 459 ; KISELSTEIN, *o. c.*, p. 485.

(5) DAMOISEAUX, *o. c.*, p. 236.

On a critiqué à bon droit la jurisprudence inaugurée par M. Woeste, en tant qu'elle autorisait les seuls transferts dans *les églises paroissiales* (1). L'Évêque semble bien être ici le juge naturel ; et le seul devoir comme aussi le seul droit des marguilliers consiste à s'assurer que l'exonération a été réellement faite (2). Or, ce contrôle peut s'exercer alors même que les services fondés sont exonérés dans une église non paroissiale : il suffit pour cela que le prêtre qui exonère la fondation en donne décharge au curé de l'église instituée, et que celui-ci en rende compte au bureau des marguilliers, conformément à l'article 26 du décret de 1809 (3).

II. Désignation du célébrant chargé d'exonérer les fondations. — 1° *Conformément au droit canonique*, c'est aux administrateurs ecclésiastiques, notamment aux curés dans les paroisses, que compète le droit et qu'incombe la charge d'exonérer les fondations existant dans les églises auxquelles ils sont préposés. C'est en effet un devoir de leurs fonctions d'acquitter personnellement ou par un prêtre autorisé par eux ou par l'Évêque, les offices sacrés, parmi lesquels on compte les anniversaires, les messes annuelles et les autres offices de ce genre. Telle est, au surplus, la volonté présumée des fondateurs. Cependant si ceux-ci avaient désigné un autre prêtre, ce dernier aurait seul le droit de célébrer les services fondés ; en effet, la volonté du fondateur est la loi suprême des fondations.

Si les administrateurs se trouvent dans l'impossibilité de desservir par eux-mêmes toutes les fondations, ils doivent veiller à ce qu'elles soient exonérées par un autre.

---

(1) Les raisons apportées par le ministre à la Chambre, le 20 janv., 1885, pour justifier sa jurisprudence, ne sont pas convaincantes. Voir Kiselstein, *o. c.* p. 485 s.

(2) Art. 29 et 26 du décret.

(3) Van Coillie-De Meester, *La sépulture et les fabriques d'églises*, p. 215.

Dans ce cas l'équité conseille qu'ils chargent leurs coopérateurs et vicaires de ce soin (1).

2° Le *droit civil-ecclésiastique* concorde ici dans son ensemble avec les prescriptions du droit canonique. Aux termes de l'article 29 du décret, le curé se conformera aux règlements de l'Évêque pour tout ce qui concerne l'acquittement des charges pieuses imposées par les bienfaiteurs et l'article 31 dispose que les annuels (2) auxquels les fondateurs ont attaché des honoraires et généralement tous les annuels emportant une rétribution quelconque, seront donnés de préférence aux vicaires, et ne pourront être acquittés qu'à leur défaut par des prêtres habitués, ou d'autres ecclésiastiques, à moins qu'il n'en ait été autrement ordonné par les fondateurs.

D'où on est en droit de conclure :

a) La volonté du fondateur constitue également la suprême loi quant à la désignation de l'ecclésiastique chargé d'acquitter les services qui grèvent les fondations. D'après les jurisprudence et la doctrine de certains auteurs (3), les fondateurs ne peuvent valablement désigner, pour l'exonération des services religieux qu'ils instituent, que les ministres du culte appartenant au clergé de l'église paroissiale, dans laquelle ces services religieux doivent être célébrés (4).

Cependant cette jurisprudence et cette doctrine ne semblent pas justifiables. Il n'existe aucun texte, ni dans les organiques ni dans le décret de 1809, consacrant le droit exclusif du clergé paroissial à l'exonération des services

---

(1) Voir De Brabandere-Van Coillie, *o. c.*, n° 890.

(2) Les annuels sont des *fondations* qui comportent l'exonération d'une messe tous les jours de l'année pour un défunt, à partir du jour de son décès. Voir Jousse, *Traité du gouvernement spirituel et temporel des paroisses*, p. 32, Paris, 1774.

(3) Voir Van Coillie-De Meester, *o. et l. c.* ; Kiselstein, *o. c.*, p. 246 ; Orban, *Cours de droit administratif notarial*, 2 éd., p. 481, Namur, 1914.

(4) Ar. roy., 2 août 1898, *Moniteur*, p. 3404.

religieux grevant les libéralités faites aux paroisses. Au contraire l'article 31 du décret permet de faire acquitter les fondations d'annuels par des ecclésiastiques qui ne font pas partie du clergé de la paroisse et reconnaît aux fondateurs, sous réserve de l'approbation épiscopale, le droit de désigner la personne du célébrant (1).

L'objection tirée du prétendu *caractère bénéficial* de cette clause a été réfutée. L'abolition des bénéfices a pour conséquence d'interdire aux disposants de faire aux fabriques d'églises des libéralités destinées à procurer aux membres du clergé, des ressources personnelles, des revenus propres, sur lesquels la fabrique n'aurait aucun droit. Ici, dans l'espèce, il ne s'agit que de reconnaître aux fondateurs le droit d'appeler un prêtre déterminé à exonérer les charges d'une fondation et à toucher de ce chef des honoraires, sans avoir ni la disposition ni la gestion des biens donnés ou légués (2).

b/ Si le fondateur n'a pas désigné la personne chargée d'acquitter la fondation, c'est *au curé* ou desservant, en sa qualité d'administrateur et de préposé au service divin, et après lui *aux vicaires*, et à défaut de ceux-ci aux prêtres attachés à l'église ou simplement habitués, ou enfin à d'autres prêtres admis par le curé, qu'il appartient d'exonérer les services (3).

L'article 31 n'exclut nullement le droit du curé de se réserver l'acquittement des fondations ; à plus forte raison il ne diminue en rien le devoir du curé d'acquitter personnellement et, en cas d'empêchement, de faire exonérer par d'autres les services institués dans son église. Il détermine seulement par mesure d'équité *l'ordre de préférence* des personnes appelées par le curé à acquitter

---

(1) Voir *Collat. Brugen.*, t. V, p. 525 s. ; *Het vlaamsch Bestuur*, t. VIII, p. 184 ss.

(2) ORBAN, *o. c.*, p. 483 s. ; KISELSTEIN, *o. c.*, p. 239 ss.

(3) Art. 31 du décret.

les fondations, aux fins de pourvoir à leur manque de ressources (1).

Tel était l'ancien droit : « Les curés, dit Jousse (2), sont tenus d'acquitter les fondations par eux ou leurs vicaires » ..., et plus loin, après avoir fait remarquer que les fondations doivent être acquittées par des prêtres choisis par le curé ou par l'assemblée ordinaire du bureau de paroisse, lorsque les fondateurs n'y ont pas pourvu, il ajoute (3) : « mais dans la distribution des annuels et Messes de fondation, il faut d'abord préférer les Officiers du chœur (4) et de l'Église (5), ensuite les ecclésiastiques employés à l'administration des sacrements, et enfin les Prêtres habitués. Il faut aussi à chaque nomination, avoir égard à l'ancienneté, à la qualité des services et aux raisons qui peuvent déterminer le choix, suivant les règles de la prudence et de l'équité. (Arrêt du règlement du 2 avril 1737, touchant la Fabrique de Saint Jean en Grève, art. 52 et 53) ».

La connexion entre le présent texte et celui de l'article 31 du décret est évidente.

A. De Meester.

---

(1) Voir *le Mémorial*, 1870, t. XIV, col. 583, 588 ; Kiselstein. *o. c.*, p. 482. — Si tel est le motif de cette disposition, on peut en conclure a contrario que l'équité exige que le curé se charge personnellement de l'exonération des fondations, dont les honoraires sont souvent inférieurs à ceux des messes manuelles.

(2) *O. c.*, p. 34.

(3) *O. c.*, p. 36, p. 182.

(4) Ceux qui sont tenus à l'office choral dans les églises cathédrales ou collégiales.

(5) Vicaires, Sacristain, Clerc de l'œuvre, etc.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis octobris propositas.

—

I

Epistola s. Jacobi, IV, 5-6.

Q. *Ex pericopa Jac., IV, 1-13 supra* [*pp. 17 ss.*] *citata, speciatim explica vv. 5-6.*

R. Duo versiculi propositi non uno ex capite impervii apparent. Etenim :

1. Nulla videtur fuisse hucusque proposita horum vv., et speciatim v. 5[1], interpretatio quæ plene satisfecerit. Revera totus contextus fert ut homo non bona hujus mundi, sed Deum concupiscat ; indeque obvie exspectamus ut textus in v. 5 ex s. Scriptura adductus nos exhortetur ad concupiscendum Deum, vel bona cælestia, vel gratiam, vel objectum aliquod hujusmodi ; — ipsa quoque expressio ἐπιποθεῖν πρὸς (τί), *concupiscere ad* (aliquid) obvie notat objectum versus quod illa concupiscentia inardescit ; et ecce legimus spiritum nostrum ἐπιποθεῖν πρὸς φθόνον, *concupiscere ad invidiam ;* porro sicut certum est per expressionem πρὸς φθόνον, *ad invidiam* non notari objectum quod concupiscitur, ita quoque certum est sensum illius expressionis manere inobvium ; quamvis utique, si expressio servanda esset, probabilior appareret sensus : *cum invidia.*

2. Textus ille : « *Ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat* (gr. : quem habitare fecit) *in nobis* » ab Apostolo adducitur explicite tamquam *textus Scripturæ ;* dicit enim : *an putatis quia inaniter Scriptura dicat ?* Jamvero textus ille nullibi in Scripturis occurrit ; unde dictum fuit ab aliis Jacobum hic citare aliquem textum ex libro Scrip-

turæ hodie deperdito ; — ab aliis eum non respicere ad certum aliquem locum Scripturæ, sed ad plura loca simul, quorum sensum generalem quasi synthetice exprimit (1) ; — ab aliis eum citare *Gen.*, IV, 7, vel *Gen.*, VI, 3 (2) vel multos adhuc alios textus (3) ; — ab aliis Jacobum dum v. 5 textum Scripturæ adducere volebat, intendisse eum textum quem infra, v. 6 : *Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam*, ex *Prov.*, III, 34 citaret, sed quasi per parenthesim interposuisse illa verba : *Ad invidiam* etc. — Quæ omnes sententiæ tum ex seipsis tum ex ipsa sua varietate et multiplicitate satis caducæ apparebunt.

3. Ipsa phrasis sicut nunc jacet satis irregularis apparet. Etenim sicut verbum ἐπιποθεῖ non habet objectum directum, ita verbum κατῴκισεν, *habitare fecit* (Vulg. : habitat) in v. 5 et verbum *dat* in v. 6 non habent subjectum.

Hisce inspectis non improbabilis videri poterit sententia quæ omnes illas difficultates simul dissolvit et sensum præbet tum in se tum in contextu aptissimum. Illa nimirum est sententia quæ recurrit ad hypothesim a NESTLE propositam alicujus corruptionis textualis, ita nimirum ut loco πρὸς φθόνον legatur πρὸς τὸν θεόν. Hujusmodi corruptio facillime intelligitur ; sufficit enim duas illas lectiones juxtaposuisse, notando in antiqua scribendi ratione omnia litteris majusculis fuisse delineata, abbreviationibus frequentibus et dempto sæpe inter varia vocabula omni spatio ; nimirum :

ΠΡΟCΤΟΝΘΝ (= πρὸς τὸν θεόν)
ΠΡΟCΦΘΟΝΟΝ (= πρὸς φθόνον).

In hac hypothesi ruit omnis difficultas supra exposita :

1/ Sensus vv. 5 s. fit valde obvius. Vult enim Jacobus avertere suos lectores ab immoderata concupiscentia

(1) Puta *Ex.*, XX, 5 ; XXXIV, 14 ; *Deut.*, V, 9 ; *Ez.*, VIII, 3 alia que loca ubi Deus dicitur homines diligere ad zelotyphiam usque.

(2) Vide auctores citatos apud VAN STEENKISTE-CAMERLYNCK, in h. l.

(3) Vide BEYSCHLAG, *Der Brief des Jacobus*, 1898, in h. l.

erga bona terrena, et exhortari ad quærendum Deum (vide totum contextum, in specie vv. 4 et 7-8). Et ideo dicit : « *An putatis quia inaniter*, quia incassum *Scriptura dicat : Ad Deum concupiscit spiritus, quem* Deus *habitare fecit in nobis ?* Ergo hunc impulsum Spiritus sancti sequimini ; neque timeatis vos inde esse damna passuros, nam Deus *dat* sequentibus se *gratiam majorem,* bona nempe supernaturalia quæ omnia terrena excedunt ».

2 Textus ille sic ut Scriptura citatus revera facili negotio detegitur in Antiquo Testamento, nimirum *Ps.* XLI, v. 1, ubi legimus : ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σέ, ὁ θεός, *Concupiscit anima mea ad te, Deus.* Hic textus non immerito poterit haberi qua hîc intentus a Jacobo dum scriberet : πρὸς τὸν θεόν ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα.... : tria enim elementa utrique textui sunt communia : προς — ὁ θεός — ἐπιποθεῖ ; solum illud quartum quod differt, hinc ἡ ψυχή hinc τὸ πνεῦμα, facile intelligitur inde oriri quod vocabulo communiori ἡ ψυχή substituerit Jacobus τὸ πνεῦμα, hoc vocabulo indicans principium illud supernaturale quod a Spiritu sancto justis infunditur : *Spiritus quem Deus habitare fecit in nobis.*

3/ Phrasis fit omnino obvia et regularis ; disparet enim expressio illa inobvia qua spiritus dicitur *concupiscere ad invidiam ;* — verbum *concupiscit* habet suum objectum, *Deum* nempe, et objectum illud in contextu perfecte quadrat ; — verbo tandem κατῴκισεν, *habitare fecit* in v. 5, sicut et verbo *dat* in v. 6 facillimo negotio ex contextu immediato suppletur subjectum, *Deus* nempe, et quidem tam facile ut ejus expressa mentio abundasset et verè inutilis fuisset ; nulla enim erat necessitas ut Jacobus scriberet : « Ad *Deum* concupiscit Spiritus quem *Deus* habitare fecit in nobis ; *Deus* autem majorem dat gratiam ».

Sensum quem in hypothesi hujus restitutionis textualis vv. 5-6 dare oportet, sufficienter exposuimus supra, p. 19.

A. VANDER HEEREN.

II

De immunitate B. M. V. a peccato actuali.

Q. *Quænam fuit immunitas B. M. V. a peccato actuali ? Explica responsum.*

Prænotanda. — Uti ad quæstionem quamdam præcedentem prælibavimus (1), sanctitas Mariæ considerari potest *positive*, quatenus beata Virgo plena fuit gratia, vel *negative*, quatenus immunis fuit ab omni peccato, tum originali, quum actuali, et insuper ab omni concupiscentia, tum actuali, quum habituali. In hac responsione ipsius immunitatem a peccato actuali pressius determinandam atque explicandam habemus.

R. — 1/ Beata Virgo ab omni peccato actuali, et mortali, et veniali, *de facto semper immunis* fuit (*impeccantia*). 2 Plures theologi insuper dicunt B. M. V. fuisse *impeccabilem*, quod alii multi negant : omnes autem illi specialem confirmationem in bono adscribunt, quam infra, cum verbis s. Thomæ, explicamus.

Explicatur. — 1/ Quod factum primum attinet, Mariam scilicet *nunquam commisisse peccatum ullum*, nulla est difficultas et sat superque constat, potissimum argumento traditionis.

Expresse loquitur s. Augustinus : « Excepta itaque sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, quum de peccatis agitur, haberi volo quæstionem... » (2).

Eamdem doctrinam, addita ratione, explicite docet s. tridentina synodus : « Si quis hominem semel justificatum dixerit..... posse in tota vita peccata omnia, etiam

---

(1) *Collat. Brugen.*, XXI, p. 387.

(2) S. Augustinus, *De natura et gratia*, xxxvi, 42 (MPL, XLIV, 267 vel apud *Corpus Vindob.*, LX, p. 263 s). — Cfr varia alia testimonia apud Petavium, *Opus de theologicis dogmatibus*, De incarnatione, lib xiv, cap, 1, n. 13 s., in t. VI, p. 213, Antwerpiæ, 1700.

venialia, vitare, nisi *ex speciali privilegio*, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia : anathema sit » (1).

2/ Quando strictissimo sensu sumimus *impeccabilitatem*, teneamus oportet, ait s. Thomas, solum Deum esse impeccabilem, quia « divina voluntas sola est regula sui actus » (2). Etenim, inquit paulo supra, quoniam « peccare nihil est aliud quam declinare a rectitudine actus, quam debet habere ;..... solum illum actum a rectitudine declinare non contingit, cujus regula est virtus agentis ».

Attamen creaturæ convenire potest ut peccare nequeat, *non* quidem *conditione naturæ sed dono gratiæ*, et ita beati in cœlis « divinam essentiam videntes, cognoscent ipsum Deum esse finem maxime amandum ; cognoscent etiam omnia quæ ei uniunt, vel quæ ab eo disjungunt, in particulari, cognoscentes Deum non solum in se, sed prout est ratio aliorum ; et hac cognitionis claritate in tantum mens roborabitur, quod in inferioribus viribus nullus motus insurgere poterit nisi secundum regulam rationis. Unde sicut nunc immutabiliter bonum in generali appetimus, ita immutabiliter in particulari bonum debitum appetunt beatorum mentes » (3).

Jam autem communiter docent theologi B. M. V. saltem habituali modo non fuisse donatam visione beatifica (4), sed animadvertit Angelicus : « aliquis potest confirmari in bono duplicitur. Uno modo *simpliciter ;* ita scilicet, quod *habeat in se sufficiens suæ firmitatis principium*, quod omnino peccare non possit ; et sic beati sunt confirmati in bono ratione prius dicta. *Alio modo* dicuntur aliqui confirmati in bono *per hoc quod eis datur*

---

(1) *Conc. Trid.*, sess. VI, *Decretum de justificatione*, can. 23 (*Enchir. Symb.*, n. 833).

(2) *Sum. Theol.*, I, q. 63, a. 1, c.

(3) *Quæstiones disputatæ de veritate*, q. 24, a. 8, c.

(4) Suarez, *Comm. et disput. in III partem d. Thomæ*, q. 38, a. 4, disp. 19, sectio IV, n. 2 s. [ed. Vivès, XIX, p. 304 s., Parisiis, 1860], quem plures sequuntur auctores, opinatur beatam Virginem, aliquoties durante vita sua mortali, visionem beatam habuisse, puta in die incarnationis et nativitatis Christi.

aliquod munus gratiæ, quo ita inclinantur in bonum quod non de facili possunt a bono deflecti ; *non tamen* per hoc ita retrahuntur a malo, *quin omnino peccare non possint, nisi divina providentia custodiente :* sicut dicitur de immortalitate Adæ, qui ponitur immortalis, non quod omnino aliquo sibi intrinseco protegi posset ab omni exteriori mortifero, utpote ab incisione gladii et aliis hujusmodi ; a quibus tamen divina providentia conservabatur » (1).

Et hoc modo « confirmatio in bono beatæ Virgini competebat, quia mater erat divinæ sapientiæ in quam nihil inquinatum incurrit » (2).

H. Lamiroy.

III.

De ministro s. communionis.

Q. 1ª. *Paucis expone ad quemnam pertineat viaticum ad infirmos deferre ?*

R. Tenore can 850, « sacram communionem per modum viatici sive publice sive privatim ad infirmos deferre, pertinet ad parochum ad normam can. 848, salvo præscripto can. 397, n. 3° et can. 514, §§ 1-3 ».

Explicatur.

a) Agitur de communione *per modum viatici* administranda.

Juxta Rituale romanum (3), s. communio ad infirmum pro viatico defertur « cum probabile est quod eam amplius sumere non poterit ». Quam ob rem, et non-jejuno, quo facilius recipiatur, dari potest et speciali formula administranda est : « Accipe, frater viaticum corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, et perducat in vitam æternam. Amen ».

---

(1) *Quæstiones disputatæ de veritate*, q. 24, a. 9, c.
(2) *Ibidem*, ad 2.
(3) *Rit. Rom.*, tit. IV, c. 4, nn. 3-4, 16-17.

Præterea, in uno eodemque mortis periculo, prima viatici susceptione præceptum per se adimpletur (can. 864, § 1); iterata vero receptione devotione consulitur (can. 864, § 3). Jamautem, ambigitur utrum in can. 850 vox *viaticum* etiam pro communione iterata, an pro prima tantum susceptione præcepta supponat.

Latiori interpretationi (1) favet acceptio vocis in Rituali romano et can. 864, § 3, necnon, quia juri parochi favendum est, restrictionis defectus in tenore ipsius can. 850. Ast, communius in alterum sensum inclinatur (2) ob can. 6, quia ante codicem res ita intelligebantur (3) et Ecclesiæ disciplina in hac re in dies facilior facta est. Fatendum est tamen multos auctores quæstionem hanc vix attigisse (4).

b) Dicitur viaticum « *sive publice sive privatim* ad infirmos deferre pertinet ad *parochum* ».

---

(1) Hunc sensum tenet BARIN, *Ephemerides liturgicæ*, 1921, p. 107.

(2) Ita VERMEERSCH, *Summa novi juris canonici commentariis aucta*, p. 91, Mechliniæ, 1918; GENICOT-SALSMANS, *Institutiones theologiæ moralis*, t. II, p. 161, Bruxellis, 1920; *Beyersbergen* in *Nederlandsche Katholieke stemmen*, 1919, p. 309.

(3) Cf. DE BRABANDERE-VAN COILLIE, *Juris canonici compendium*, p. 528, Brugis, 1914 [8]; *Collat. Brugen.*, VI, p. 462.

(4) Re quidem vera, agentes de excommunicatione lata contra religiosos præsumentes sine parochi licentia viaticum infirmis ministrare, auctores olim acceptionem hujus vocis coarctabant. At ita interpretabantur quia in pœnalibus versabantur.

Adduntur (*Nederlandsche Katholieke stemmen*, l. c.) rationes sequentes : 1° Ubi in jure canonico sermo est de jure parochi in hac re, semper agitur de viatico simul cum extrema unctione ministrando. Atqui hoc valet de prima viatici administratione tantum. Ergo. Resp. : in can. 462, n. 3° ubi de functionibus parocho reservatis agitur, hæc duo separantur. Præterea, cum parocho utrumque reservetur et utrumque in periculo mortis conferatur, apte explicatur cur de istis simul sermo fiat. Quod etiam de can. 514 et 397, n. 3° valet. 2° Quando de viatico agitur, necessitas ob quam a quovis sacerdote ministrari possit semper accipiebatur tum ex parte ægroti quum ex parte parochi. Atqui si quæstio est de viatico ex devotione iterando, quomodo de necessitate ex parte ægroti sermo esse potest ? Ergo... Resp. : Can. 850 ref rt ad can. 848 quoad ipsum necessitatis casum. Atqui in can. 848 de communione devotionis agitur.

Privata quoque viatici delatio, quæ ad normam can. 847 et 2271, n. 2°, suadetur vel præcipitur, ad parochum pertinet, ita ut minister privatæ delationis alius sit quoad communionem devotionis (can. 849, § 1), alius quoad viaticum (can. 850).

Itaque ex hox canone sequitur nemini licere, extra necessitatis casum, sine præsumpta parochi vel ordinarii licentia *primum* viaticum etiam privatim ministrare.

Nam, cum prima viatici susceptione præceptum adimpleatur, ob vocis *viatici* interpretationem et can. 849, § 1, nulla secus privata delatio parocho effective reservaretur.

Attamen si parochus ægroto, cupienti in mortis periculo communicare jejunio non servato, viaticum administrari recusaret quia res non ita urget, nonnunquam præsumpta ordinarii licentia primum viaticum privatim administrare licebit, uti statim dicetur (1).

c) Dicitur « *ad normam can. 848* ».

Nimirum, jus et officium viaticum ad infirmos etiam non parœcianos deferendi, pertinet ad parochum intra suum territorium, ceterique sacerdotes id possunt in casu tantum necessitatis, aut de licentia saltem præsumpta ejusdem parochi vel ordinarii.

Adverte 1) quod attinet necessitatis casum : Necessitas obtinet 1° quando parochus vel ejus vices gerens tempore opportuno advenire nequit aut saltem timetur ipsum tempestive non posse accedere, vel quod vix supponere licet, quando parochus injuste sacramenta denegare audet; 2° quando parochus absens est, vel ob infirmitatem egredi nequit et infirmo, quamvis mors nondum immineat, durum sit viatico diutius privari ; 3° quando infirmus sese viaticum sacrilege suscepisse confitetur, dummodo mortis periculum immineat, vel nemo hac die viaticum iteratum deferat et durum sit infirmo diutius privari sacramento quod ex præcepto adhuc suscipere tenetur. Hoc casu, famæ et sigilli servandi causa, s. communio ut

(1) Cf. *Nederlandsche Katholieke stemmen*, 1919, p. 312.

plurimum occulte ab ipso confessario et nulla petita licentia conferri debet.

2) Quod attinet licentiam saltem præsumptam.

Licentia rationabiliter præsumitur quando, parocho sat diu impedito, infirmus omnibus domi ad communionem paratis exspectat. Vicarii cooperatores regulariter non indigent expresso parochi consensu, sed, nisi aliud expresse caveatur, ratione suscepti officii legitime, vi can. 476, § 6, præsumitur.

Quando parochus cognoscitur irrationabiliter invitus, dummodo prudenti judicio circumstantiæ id consulant, rationabiliter aliquando loci ordinarii licentia præsumi potest.

Juxta statuta diœcesana, « vicarii, qui alicui infirmo ss. viaticum... administrarunt, tenentur illico parochum ea de re certiorem facere » ; quod, excepto semper sigilli casu, etiam alii sacerdotes præstent.

d) Additur « *salvo præscripto can. 397, n. 3° et can. 514, §§ 1-3* ».

1) Juxta can. 397, n. 3°, nisi aliud in statutis capitularibus caveatur, dignitatibus, archidiacono scil. et archipresbytero (1), et canonicis secundum ordinem præcedentiæ, jus et officium est episcopo decumbenti ministrare sacramenta.

2) Can. 514, § 1 sic sonat : « In omni religione clericali jus et officium superioribus est per se vel per alium ægrotis professis, novitiis, aliisve in religiosa domo diu noctuque degentibus causa famulatus aut educationis aut hospitii aut infirmæ valetudinis, eucharisticum viaticum... ministrandi ».

α) Dicitur « in *omni* religione *clericali* » : nimirum, non tantum in religione clericali a jurisdictione ordinarii loci subducta, uti olim statuebatur, sed etiam in religione non

---

(1) Cf. Creusen-Vermeersch, *Epitome juris canonici*, t. I, p. 364. Mechliniæ, 1921 ; apud nos, etiam canonicus cantor.

exempta et in religione juris diœcesani, dummodo clericalis sit (1).

β) Jus superioris, mediati vel immediati, sese extendit ad professos et novitios, sed *ad alios quoque qui famulatus, educationis, hospitii aut infirmæ valetudinis causa diu noctuque in religiosa domo degunt*, et hac de causa familiares seu domestici vocantur.

Itaque, sub novo codice et sub conditionibus statim describendis, habentur de domo vel familia religiosa respectu administrationis hujus sacramenti : famuli, famulatu etiam non perpetuo suscepto, alumni convictores, infirmi qui in conventu recipiuntur et hospites.

At sedulo adverte postulari ut prædicti in *ipsa* religiosa domo *diu noctuque* degant.

Jamautem 1° religiosa *domus* non est schola in loco separato a conventu erecta ; nec prædium rusticum ubi unus degat religiosus rei œconomicæ curandæ gratia, idest, grancia proprie talis ; nec villa quo religiosi rusticatum tendunt (2).

2° Non sunt domestici, quia in monasterio *diu noctuque* non degunt, operarii diurni. Olim, non erant familiares qui in monasterio transeunter vel etiam per aliquot dies hospitii causa versabantur (3). At nunc satis esse nonnulli (4) opinantur ut per unum integrum diem in religiosa domo re vera manserint aut saltem cum intentione permanendi in conventu saltem per unum integrum diem ingressi et recepti fuerint, quia verba canonis in ipsos cadunt.

3) Tenore can. 514, § 2, « in monialium domo idem jus et officium habet ordinarius confessarius vel qui ejus vices gerit ». Dicitur :

α) « In *monialium* domo », religiosarum scilicet votorum

---

(1) Cf. can. 488, n. 1-4.

(2) Creusen-Vermeersch, *l. c.*, p. 212.

(3) Piat, *Compendium prælectionum Juris Regularis*, p. 463, n. 3. Tornaci, 1903.

(4) Creusen-Vermeersch, *l. c.*, p. 212.

sollemnium aut quarum vota ex instituto sunt sollemnia sed pro aliquibus locis ex Apostolicæ Sedis præscripto sunt simplicia (can. 488, n. 7°).

β) « Idem jus et officium » ac in religione clericali superioribus tribuitur, videlicet quoad viaticum monialibus et domesticis ministrandum.

γ) « Habet ordinarius confessarius vel qui ejus vices gerit », confessarius scilicet ordinarius communitatis de quo in can. 520, § 1, etiam si ægrotans non ordinario sed speciali, de quo in can. 520, § 1, confessario confiteatur.

4) In alia religione laicali hoc jus et officium spectat ad parochum loci vel ad cappellanum quem ordinarius parocho suffecerit ad normam can. 464, § 2. Itaque, in alia religione *laicali* (can. 488, n. 4°), præter scil. religionem monialium, sive religiosorum sit sive sororum, idem jus et officium ministrandi viaticum religiosis et omnibus familiaribus spectat ad parochum loci vel ad cappellanum, apud nos directorem, quem ordinarius parocho forsan suffecit. Potest enim episcopus justa et gravi de causa religiosas familias et pias domos, quæ in parœciæ territorio sint et a jure non exemptæ, a parochi cura in omnibus vel in aliquibus subducere. Ita, juxta can. 464, § 2.

5) Adde, tenore can 1368, seminarium a jurisdictione parœciali exemptum esse ita ut viaticum omnibus familiaribus qui in seminario sunt a rectore seminarii administrandum sit.

6) Ex consuetudine in variis locis et apud nos vigente canonicis viaticum a præside capituli ministratur (1).

7) Tandem, jure diœcesano, discipulis in minore seminario rollariensi a superiore domus viaticum administrari potest (2).

Nota. Juxta can. 447, § 3 pertinet ad vicarium foraneum statim atque audierit aliquem sui districtus parochum graviter ægrotare, operam dare ne spiritualibus auxiliis

---

(1) *Collat. Brugen.*, III, p. 323.
(2) *Statuta diœces.*, p. 107.

careat. Quocirca in statutis diœcesanis, p. 66 legitur : « poterunt decani, sicut ab antiquo tempore fieri solet, exeuntium sacramenta administrare... omnibus sui districtus rectoribus ».

Codice sublata est excommunicatio antea lata contra regulares qui, omissa debita licentia, viaticum sæcularibus ministrarent.

V. Coucke.

IV.

Q. 2ª. *Ad normam can. 851 explica quisnam ritus inter diversos servari debeat?*

R. 1° *De regula generali* « sacerdos sacram communionem distribuat azymo pane vel fermentato, secundum proprium ritum » (can. 851, § 1).

Nimirum, regulariter sacerdos qui ad normam can. 816, in Missæ *celebratione*, secundum proprium ritum, debet panem azymum vel fermentatum adhibere, ita etiam, vi can. 851, § 1, in s. communionis distributione suum ritum servare tenetur 1°, quoad speciem sub qua Eucharistia ministratur et 2°/ quoad preces et cæremonias quæ in dispensatione adhibentur.

Haec regula valet non tantum quando sacerdos fidelibus sui ritus sed etiam quando alterius ritus catholicis, quod licet, s. communionem distribuit. Dico « quod licet », nam in constitutione « Tradita ab antiquis » (1) Pio X « visum est omnia illa antiquare Decreta, quæ ritum promiscuum in usu sanctissimæ Eucharistiæ prohibent aut coangustant ; atque omnibus et latinis et orientalibus facultatem facere sive in azymo sive in fermentato apud sacerdotes catholicos, in ecclesiis cujusvis ritus catholicis, secundum pristinam Ecclesiæ consuetudinem, augusto corporis Domini sacramento sese reficiendi » ; qua de causa, in

(1) *Collat. Brugen.*, XVI, p. 625 ss. ; *Act. Apost. Sedis*, 1912, p. 609.

can. 866, § 1 statutum III hujus constitutionis refertur : « omnibus fidelibus cujusvis ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant ». Vide etiam §§ 2-3 ejusdem canonis, quod communionem paschalem et viaticum attinet.

2° « *Exceptionaliter* », ubi... necessitas urgeat nec sacerdos diversi ritus adsit, licet sacerdoti orientali qui fermento utitur, ministrare Eucharistiam in azymo, vicissim latino aut orientali qui utitur azymo, ministrare in fermentato ; at suum quisque ritum ministrandi servare debet.

Itaque a/ ministro, qui e. gr. secundum proprium ritum fermento utitur et, vi can. 816, in fermentato *consecrare* debet, facultas datur *distribuendi* Eucharistiam, a sacerdote alterius ritus ex azymo consecratam, quando α/ nullus hujus ritus sacerdos adest *simulque* β/ necessitas quædam urget.

Quod nullus hujus ritus sacerdos adesse possit qui ipsemet Eucharistiam a se suive ritus sacerdotibus consecratam distribuere valeat, manifestum est : cum in hoc casu regula generalis sub 1° data in omnibus servari queat, etiam quoad speciem sub qua Eucharistia ministranda est.

Necessitatem quod spectat, oportet 1° ex parte sacramenti, ut sacerdos præsens tantummodo Eucharistiam sub diversi ritus specie asservatam habeat ; 2° ex parte istius sacerdotis, ut ipse consecrare nequeat, puta quia tempus deficit, ut in casu urgentis viatici administrationis accidere potest, vel quia non est jejunus ; 3° ex parte fidelium, sufficit ut ipsi communionem etiam ex mera devotione suscipere cupiant, at simul postulatur ut, absque prædicti sacerdotis ministerio, hac die a communione moraliter impedirentur.

Attamen b/ etiam in hoc casu exceptionali, firma manet regula generalis quoad preces et cæremonias, quæ in ministratione secundum proprium ritum præscribuntur.

Nota. Hæc disciplina, vi can. 1, etiam orientales obligat.

V. Coucke.

V.

Ontstaan van het bisdom Terenburg.

V. *Hoe en wanneer kwam het bisdom Terenburg tot stand?*

A. Ook deze vraag past in de reeks onzer verhandelingen betreffende het vroegste christendom in Vlaanderen. Het oud bisdom Terenburg immers, zooals wij het in ons eerstvolgend antwoord zullen zien, strekte zich uit over een aanzienlijk deel van ons huidig bisdom Brugge; zoodat de geschiedenis van het ontstaan van het bisdom Terenburg (ook bisdom der Morienen, *ecclesia Morinensis*, genoemd) en de oplossing der twistvragen die ermede in verband zijn, ons tevens een uitzicht kunnen geven op den eersten toestand van het christen geloof in onze gewesten, namelijk in het zuidwestelijk deel van Vlaanderen.

Betreffende den oorsprong van het bisdom Terenburg, zijn, even als voor Doornik, heel verschillende meeningen vooruitgezet geworden (1); doch hier ook hebben de jongste navorschingen nieuw licht gebracht, en het staat nu wel vast dat, noch in het Romeinsche tijdvak, noch onder Clovis' regeering, maar slechts veel later, onder koning Dagobertus (626-638), een eigen bisdom in het land der Morienen werd ingericht. Tot dit besluit brengen ons de volgende beschouwingen:

1. — Vooreerst de mondelinge of later geschrevene overleveringen, die eenen vroegeren oorsprong aan het bisdom der Morienen willen geven, houden geen stand, bij een zorgvuldig en oordeelkundig onderzoek der *eerste* bronnen.

Zoo verwezen we reeds (2), als onvereenigbaar niet alleen

---

(1) Zie deze meeningen, benevens de vroegere geschiedenis van het land der Morienen en van zijn bekeering tot het christendom, in de uitvoerige Inleiding van O. Bled, *Régestes des Évêques de Thérouanne*. Saint-Omer, D'Homont, 1902.

(2) *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 194.

met den bekenden toestand van de christelijke en romeinsche beschaving bij de Morienen, maar ook met de vroegste levensbeschrijvingen van de heilige *Fuscianus* en *Victoricus*, de stelling van hen die beide heilige martelaars als eerste bisschoppen van Terenburg en Boonen (Boulogne) beschouwen. Deze stelling ten anderen heeft weinig of geen aanhangers meer (1).

Meer verspreid, ook nog op onze dagen, is de overlevering betreffende *Antimundus* en *Athalbertus*. Volgens vele geschiedschrijvers, zou de H. Antimundus, een vrome eremiet uit de omgeving van Reims, door den H. Remigius als eerste bisschop naar de Morienen gezonden geweest zijn, in den tijd dat ook te Atrecht en te Doornik een bisdom ingericht werd. Antimundus, gestorven in 519, zou opgevolgd geweest zijn door zijn aartsdiaken Athalbertus. Over dezen laatsten verhaalt men meer bijzonderheden : Athalbertus, zeer bevriend, naar het schijnt, met koning Clotarius, kreeg van dezen laatsten eenen brief van gelukwensching bij zijne aanstelling als bisschop ; ook de Paus, Johannes II, begunstigde hem met een zeer vereerend schrijven, om hem Radegunde, de latere heilige koningin der Franken, aan te bevelen. Athalbertus stierf in 552, hij werd door de vrome zorgen van Radegunde te Terenburg plechtig begraven : op zijn graf prijkte een opschrift in verzen van den bekenden dichter *Venantius Fortunatus*. Na hem bleef de bisschoppelijke stoel van Terenburg onbezet tot aan den H. Audomarus, omstreeks 630 (2).

Dit kort en duidelijk verhaal, met beide brieven aan- en het grafschrift betreffende Athalbertus, werd het eerst in 1639 door P. Malbrancq S. J., in zijn anders zeer verdien-

---

(1) Cfr BLED. *o. c.*, p. XXX. Zie ook DE ROSNY, *Histoire du Boulonnais*, t. I en D. HAIGNÉRÉ, *Etude historique sur l'existence d'un siège épiscopal à Boulogne avant le VIIe siècle*. Boulogne, 1856.

(2) Zie BLED, *o. c.* bl. 35-39, waar benevens het kort verhaal uit de kroniek van Tassar (onuitgegeven handschrift), ook de verzendingen naar Malbrancq te vinden zijn.

stelijk werk, *De Morinis et Morinorum rebus*, bekend gemaakt (1); het werd over het algemeen gretig aangenomen. Doch de bollandist, P. Stilting, († 1762) in zijne verhandelingen over het leven van den H. Audomarus kon er geen vrede mede hebben (2). Vooreerst schenen hem de drie aangehaalde documenten zeker onecht; daarbij, vroeg hij zich af: zoo Antimundus en Athalbertus waarlijk bisschoppen van Terenburg waren, tusschen 500 en 552, hoe uitgelegd dat hunne namen niet voorkomen in een der vele conciliën, die dan in Gallië plaats grepen? Hoe verklaard dat ze zelfs niet vernoemd worden bij Gregorius van Tours, de geschiedschrijver der Frankische Kerk, of in de levens van den heiligen Remigius, van den heiligen Vedastus en van de heilige Radegunde, of van anderen nog met wie ze volgens het verhaal in betrekking waren of konden zijn? Hoe uitgelegd nog dat, na Athalbertus, geen andere bisschoppen meer bekend staan? P. Stilting steunde echter vooral op de oudste *vita Audomari*, die heel geloofwaardig is en duidelijk laat vermoeden — in den tekst dien we verder aanhalen — dat vóór de VIIe eeuw in het land der Morienen geen bestendige kerkelijke regeling was geschied. De geleerde bollandist besluit: « Nolim tamen negare Antimundum et Athalbertum apud Morinos fuisse et laborasse ad eorum conversionem, si quis id idoneis monumentis probare possit; sed primos fuisse Morinorum episcopos seculo VI, pro certo non habebo, nisi longe melioribus rationibus probetur, quam adductas invenio apud Malbrancquium » (3).

Het wantrouwen van P. Stilting was meer dan gewet-

---

(1) Uitgegeven in twee deelen te Tornaci-Nerviorum bij Adr. Quinqué 1639-1647.

(2) In de *A. SS.*, IX Sept., de S^o Audomaro § III; ook in de *A. SS. Belgii*, t. III, p. 606.

(3) De schrijvers van de *Gallia Christiana* waren van hetzelfde gevoelen; ook de bollandist, P. Suyskens, in zijne verhandelingen over het leven van den H. Remigius (*A. SS. Oct.*, t. I, n° 219 en *A. SS. Belgii*, t. I, p. 583).

tigd! Dit bewees onlangs P. A. Poncelet S. J. in eene merkwaardige studie : *Les documents de Claude Despretz*, verschenen in de *Analecta Bollandiana*, t. XXIX, 1910 (1). De geleerde bollandist onderzoekt er nauwkeurig de bronnen waaruit P. Malbrancq zijn gegevens geput had, en komt tot het besluit dat de schrijver van *De Morinis*, zooals meer ander geleerden van zijnen tijd, bedrogen werd door eenen behendigen falsaris, Claude Despretz, een rechtskundigen van Atrecht, die er zich in verkneukelde de geschiedkundigen te verschalken (2). Zeker zijn, volgens P. Poncelet, de drie documenten betreffende Athalbertus, die ten anderen eenen zelfden oorsprong verraden, van de hand van Despretz, en heel waarschijnlijk ook al de andere gegevens. P. Malbrancq zegt wel zijn verhaal gevonden te hebben in eene oudere kroniek, de *De antiquitatibus ecclesiæ Morinensis*, opgesteld naar hij dacht door Matthieu Despretz, aartsdiaken van Terenburg omstreeks 1550. Maar deze andere kroniek werd hem ter hand gesteld door boven gemelden falsaris, die beweerde ze van zijn grootoom te hebben overgeërfd. Terecht vraagt P. Poncelet zich hier af, of Matthieu Despretz en zijn kroniek, die nooit teruggevonden werd, ooit bestaan hebben (3). In alle geval de bron waaruit P. Malbrancq zijn verhaal put, zoo ze werkelijk bestond, dagteekent slechts van het midden der XVIe eeuw. Zulk getuigenis kan waarlijk niet opwegen tegen het stilzwijgen van tien eeuwen, tegen het zwijgen vooral der heiligen-literatuur der VIe en VIIe eeuw. — Een enkele moeilijkheid blijft over : de namen Antimundus en Athalbertus komen, zonder

---

(1) P. 241-257. Zie ook *Anal. Boll*, t. XXVII, p. 384-396.

(2) Zoo werden ook door denzelfden Claude bedrogen G. Colveneers uitgever der *Gesta Episcoporum Cameracensium*, P. Ghesquière, bollandist, in zijne verhandelingen over den H. Vindicianus, bisschop van Atrecht, vooral P. Huberti S. J. in zijn werk over den H. Hubertus.

(3) Zooveel te meer daar aartsdiaken Matthieu Despretz uit geen enkele officieele oorkonde bekend is.

meer, voor in bisschopslijsten der XIIe eeuw (1); maar nog eens, op deze latere getuigenissen kan men niet voortgaan, ingezien het zwijgen van oudere schrijvers, die er alle belang bij hadden eenen vroegeren bloei van het christendom aan te stippen, zoo die waarlijk bestond. De stelling van P. Malbrancq en zijn volgelingen mag dus wel van nu af onhoudbaar geheeten worden (2).

2. — Daarentegen is het volstrekt zeker dat de H. Audomarus, omstreeks 630, als bisschop gezonden werd naar de *Civitas Morinorum*. Dit blijkt klaar niet alleen uit de gansche overlevering, maar vooral uit eene geloofwaardige bron, geschreven in het begin der IXe eeuw, de eerste *Vita Audomari* (3). Maar wat vooral aan te stippen

(1) Namelijk in de *Liber floridus* door LAMBERTUS AUDOMARENSIS geschreven in 1120 en bewaard in de Stadsbibl. van Gent (uitgegeven in *Mon. Germ. hist.: Scriptores*, t. XIII, p. 389). Ook in de *Series episcoporum in monasterio Montis S^ti Michaelis conscriptæ annis 1170-1180 (Mon. Germ. hist.: Script.*, t. XIII, p. 751); en in de kroniek van ALARDUS TASSAR, monnik van St Berten, gestorven in 1532 (Bibl. van S. Omer).

(2) Kan. O. Bled, die het best bekend is met de geschiedenis van het oud bisdom Terenburg, had in zijn bovenaangehaalde *Regestes* in alle rechtzinnigheid de meening medegedeeld van P. Stilting en ze waarschijnlijk geheeten. Hij kon zich echter nog niet ontdoen van een zeker gehechtheid aan wat hij noemt « les traditions moriniennes ». Op de studie van P. Poncelet antwoordde hij, in de *Bulletin historique de la Soc. des Antiquaires de la Morinie*, 237^e livr., 1911, met volgend artikel : *Les documents de Claude Despretz et les traditions Moriniennes*. Hij neemt de onechtheid aan der drie documenten, doch schermt nog met de kronick van Matthieu, die ten anderen — en dit moeten we hem toegeven — de eenige niet is waaruit Malbrancq zou kunnen geput hebben. Maar of die andere kronieken meer bevatten dan de namen van Antimundus en Athalbertus wordt ons niet gezegd; in alle geval zijn ze slechts uit de latere Middeneeuwen en dus van weinig of geen waarde. Kan. Bléd wil zich nogthans nog niet verloren geven : « Nos vieux chroniqueurs, nos vieux historiens morins, zoo schrijft hij, ont peut-être été inquiétés dans leurs positions, ils n'en ont pas été, que je pense, délogés ».

(3) De drie bijzonderste *vitæ Audomari* zijn te vinden in de *A. SS. Belgii*, t. III, p. 623 s. Volgens L. VAN DER ESSEN, *(Etude critique et littéraire sur les vitæ des Saints mérovingiens de l'ancienne Belgique*, Louvain, 1907, p. 402) werd de oudste *vita*, waaruit we verder de bijzonderste geschiedkundige gegevens putten, opgesteld door een monnik van St Berten nog vóór 820.

is : deze bron geeft duidelijk te kennen dat de H. Audomarus de *eerste* bisschop van Terenburg was. Voorheen, zoo luidt de *vita*, hadden de Teruanenses het woord Gods reeds vernomen uit den mond der heilige martelaren Fuscianus en Victoricus ; doch de bekeering was niet algemeen en vooral niet bestendig geweest. « Postquam enim duo beati viri prædicti Fuscianus et Victoricus de prædicta Terwanensium urbe perrexerunt et in Ambianensium civitate martyrio coronati sunt, tunc Terwanenses ad culturam iterum reversi sunt idolorum. Non solum autem hi, qui nomen Domini antea recipere noluerunt ; sed etiam hi, qui a prædictis patribus fuerunt baptizati pari errore ducti idola colebant. » Zoo zulks de toestand was in de hoofdstad van het gebied aan den H. Audomarus toevertrouwd, hoe veel erger moet hij niet geweest zijn op het platteland, daar zelfs in de reeds goed ingerichte bisdommen van Midden Gallië, de buitenlieden — de *pagani* — het christendom nog niet kenden ? Geen wonder, schijnt de *vita* te zeggen, zoo onder deze heidensche bevolking geen bisdom werd ingericht, tot dat eindelijk koning Dagobertus, volgens den raad van den H. Acharius (opitulante S. Achario Noviomense episcopo), en ook wel misschien met staatskundige bedoelingen, er den H. Audomarus als bisschop heenzond (1). Dit moet omstreeks 630 geschied zijn (2).

De keus was opperbest ! Audomarus was een stamgenoot van het volk dat hij moest bekeeren ; hij was immers herkomstig uit de germaansche streek van Constance. Hij was daarbij monnik uit de vermaarde abdij van Luxeuil, waar hij samen met zijn vader Friulf, na den dood zijner moeder Domitta, onder de leiding van den heiligen abt

(1) Zie *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 478.

(2) De *vitæ* geven geen datums op ; doch dank zij vergelijking met andere geschiedkundige gegevens, is het eenigzins mogelijk den tijd te bepalen. Zoo moet Audomarus bisschop geworden zijn tusschen 626, eerste jaar van Dagobertus'regeering en 638, dezes sterfjaar. Wij volgen de tijdrekening van P. Stilting.

Eustasius, dien brandenden zielenijver had opgedaan, die het kenmerk is der discipelen van Columbanus, stichter van Luxeuil. Hij nam dan ook met heiligen moed het lastige bisschopsambt op. Omstreeks 640 kwamen hem drie medebroeders uit Luxeuil hunne medewerking verleenen, te weten Mommelinus, Bertinus en Ebertrammus, even als hij herkomstig uit de omgeving van Constance. Aan dezen vertrouwde de ijverige bisschop de stichting van een klooster te Sithiu, in de *villa* hem geschonken door een edelman, Adroald (1). Mommelinus bleef abt van deze nieuw gestichte abdij, tot in 661, wanneer hij bisschop werd van Noyon-Doornik. Na hem bestuurde Bertinus, door Audomarus ondersteund, de stichting van Sithiu met zeer goed gevolg : dank aan hem verkreeg de nieuwe abdij, die zooveel bijbracht tot de verdere bekeering onzer gewesten, tal van voorrechten en bezittingen ; ook wordt zij naar hem meestal genoemd de *abdij van St Bertinus* Over de werking van den H. Audomarus in dien tusschentijd, is weinig uit de *vita* bekend ; alleen vernemen wij nog dat hij omstreeks 446 den H. Wandregisilus priester wijdde, en in 655 aan de H. Austreberta het kloosterkleed gaf. Hij stierf omstreeks 670, oud en blind, in bijzondere geur van heiligheid, en werd begraven in de O. L. Vrouw kerk, door hem en den H. Bertinus opgericht. Bij zijn dood had het christendom voor goed de bovenhand in het land der Morienen.

Deze zeldzame geschiedkundige gegevens over den oorsprong en de eerste jaren van het bisdom Terenburg verdienen al onze belangstelling. We mogen eruit besluiten dat de H. Audomarus en zijn gezellen de baanbrekers geweest zijn der christene beschaving onder de Germaansche bevolking, die zich, na de veroveringsperiode van Clovis, in het land der Morienen hadden neergezet (2).

---

(1) De schenkingsakte is te vinden in *Cartulaire de St Bertin*, uitgegeven door GUÉRARD, p. 18.

(2) Dat de civitas Morinorum om zeggens heel en gansch germaansch gebied was geworden blijkt onder ander uit de plaatsnamen. Zie

Wel waren vroeger pogingen aangewend geweest om deze ruwe heidenen tot het katholiek geloof te brengen, misschien onder meer andere door Antimundus en Athalbertus; doch deze pogingen schijnen zoo weinig bijval gehad te hebben, dat men het zelf nog niet had beproefd te Terenburg een eigen bisdom in te richten, zooals men het, al te voorbarig, te Doornik had gedaan. Het was eerst met den tijd van bisschop Acharius van Noyon-Doornik en van Koning Dagobertus, dat in de *civitas Morinorum*, even als in de *civitas Tornacensis*, bij de germaansche bevolking het H. Evangelie ingang begon te vinden, dank zij den heiligen ijver der germaansche zendelingen van Luxeuil (1) en den weldoenden invloed der kloosters door hen gesticht.

R. Deschepper.

VI

De examine conscientiæ generali.

Q. *Quid venit sub nomine examinis conscientiæ generalis? Describe praxim hujus examinis* (2).

R. Notio et finis. — Examen conscientiæ *generale* ut illud in præsenti consideramus, est discussio quotidiana circa habitudinem *universæ* activitatis liberæ hujus diei

---

Kurth, *La frontière linguistique en Belgique*. Bruxelles 1896, en K. De Flou, *Woordenboek der Toponymie van West'elijk Vlaanderen, Vlaamsch Artesie, het land van den Hoek, de graafschappen Guines en Boulogne en een gedeelte van het graafschap Ponthien*. Gent 1914-21. (2 eerste deelen, passim).

(1) De *Vita Audomari* steunt er op dat de drie gezellen van den eersten bisschop van Terenburg uit dezelfde streek herkomstig waren « de prædicta Constantinense regione... pariter venerunt ». En in het leven van den H. Mommelinus, een der drie, wordt vermeld dat hij later bisschop van Doornik werd. « Quia et latina et teutonica præpollebat facundia » (*A. SS.* Octob. t. VII, P. II, p. 983). Dit laat vermoeden dat Audomarus en gezellen ook wel daarom in 't land der Morienen vruchten hadden kunnen oogsten.

(2) Vide opera citata in præcedenti articulo, t. XXI, p. 505 ss.

relate ad Deum finem ultimum supernaturalem, instituta præcipue in ordine ad reparandam et fovendam puritatem cordis *universim*.

Opponitur examini *particulari* quod vel partem tantum activitatis considerat vel totam activitatem sub respectu quodam determinato, quodque ordinatur ad unum aliudve vitium in specie impugnandum, ad unam aliamve virtutem enutriendam.

Finis præcipuus hujus examinis est generalis *puritas* seu simplicitas cordis et primo quidem *restauranda*, separando nimirum animam ab omnibus creaturis quibus inordinate adhæsit sive per peccatum mortale vel veniale, sive per neglectum voluntarium illius perfectionis quam status uniuscujusque requirit, sed et positive *fovenda* per conversionem scilicet voluntariam omnium virium ad unam laudem et gloriam Bonitatis divinæ (1).

Prærequiritur, tamquam dispositio fundamentalis, animi recollectio qua quis, exclusis nugis omnibus, sub lumine fidei serio et intime redeat ad cor suum et ad negotia sua æterna, seseque solum coram solo Deo sincere constituat. Scopus hujus recollectionis est provocare in anima humilitatem, eam reducendo ad verum locum suum, sollicitudinem circa hoc examen, reverentiam et sinceritatem sub oculo purissimo omniscii Dei.

Elementa constitutiva examinis tria sunt, discussio, contritio et propositum, quorum duo priora præteritum, reparandum scilicet vel confirmandum, tertium vero futurum, præparandum nimirum, respiciunt. Tamquam elementa *completiva* præmittuntur gratiarum actio et petitio auxilii divini, ita ut totum examen quinque actibus

---

(1) Alios fines generales communes omni examini conscientiæ vide expositos, t. XXI, p. 506. Cfr s. IGNATIUS, *Exercitia spiritualia* (ed. Roothaan) p. 73 ss.; *De geestelijke oefeningen* (ed. A. Geerebaart Alken, 1920), p. 28 ss. Ibi consideratur examen generale tamquam medium ad purgandum se et ad melius confitendum. Lege A. LE GAUDIER, S. J., *De la perfection de la vie spirituelle*, t. II, p. 692, ss,

absolvatur de quibus singillatim pauca in altera parte notamus.

Praxis. — Bis de die, ad meridiem et vespere, aut saltem semel, ante decubitum, « Integritatis tuæ curiosus explorator, vitam tuam in quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quantum deficias... Stude cognoscere te... Pone omnes transgressiones tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tamquam ante alium, et sic teipsum plange » (1).

Quantum fieri potest, consecretur toti examini conscientiæ spatium unius quadrantis horæ, cujus major pars simpertiatur elementis essentialibus et præprimis contritioni et proposito.

Pauca addimus de quinque actibus supra enumeratis.

1. *Gratiarum actio.* — Examen conscientiæ est redditio rationis de villicatione nostra : complectitur igitur comparationem « accepti » et « redditi » (2). Memoria beneficiorum Dei sit tum *generalis*, id est omnium donorum tam naturæ quam gratiæ et gloriæ, tum *particularis*, id est donorum hac ipsa die receptorum : utraque vero sit *personalis* : « Dilexit *me* », « Ipsi cura est de *me* ». Talis memoria excitat gratitudinem, fiduciam, charitatem, præparat vero ad confusionem et compunctionem salutarem de nostra improbitate et ad propositum emendationis.

2. *Petitio luminis.* — Necessaria est tum ratione indolis supernaturalis examinis (3) tum ratione difficultatis specialis hujus exercitii : est etenim cor humanum pravitatis inscrutabilis, estque tenebris et illusionibus amoris proprii obvolutum.

---

(1) S. Bernardus, *Meditationes piissimæ*, c. v, citat. in *Exhortatione Pii X ad clerum catholicum.*

(2) Omne donum Dei potest dici vitale, id est ordinatum ad vitam nostram supernaturalem : ideo autem postulat nostram cooperationem seu debitores hujus cooperationis nos efficit coram Deo. Lege homiliam s. Gregorii in officio de communi Confessoris Pontificis, 1º loco.

(3) Vide *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 507.

3. *Examen proprie dictum* (1). — Id autem instituitur sive *ordine chronologico*, percurrendo totum tempus inde ab ultimo examine elapsum, sive ordine quodam *logico* vel juxta *dignitatem* operum, discutiendo successive exercitia pietatis, studia, opera zeli, refectiones et refocillationes corporis per cibum, somnum, recreationes, vel juxta tritam *divisionem obligationum* nostrarum communium et particularium ad Deum, (scil. fidei, spei, charitatis, religionis), ad proximum, (videlicet pietatis, obedientiæ, justitiæ, charitatis), ad nosipsos, (nimirum prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis) (2).

4. *Dolor* excitatur personalis, vividus, humilis et fiducialis. — Motivum amoris concupiscentiæ ne repudietur : timor scil. inferni, purgatorii, fœditas et improbitas peccati. Sed animus ex attrito fiat contritus, ascendendo ad motivum charitatis perfectæ seu amoris benevolentiæ, et quidem charitatis fervidæ, quæ directe contrariatur omni peccato etiam veniali adeoque actu animam purgat ab omni reatu culpæ (3).

5. *Propositum*. — Tandem elicitur propositum affective efficax vitandi peccata et negligentias, vitia corrigendi, virtutes firmandi (4). Statuuntur media opportuna, imo et salutaris pœnitentia ad expianda errata et ad præcavendum relapsum. Accedit autem humilis supplicatio ut ope divina ea proposita effective efficacia reddan-

---

(1) Ante examen generale habitualiter instituitur examen circa materiam particularem.

(2) A. Le Gaudier, *o. c.*, p. 707, ss. Nota : a/ Præter peccata et defectus etiam actus boni advertendi sunt ad regratiandum Deo et ad animum in iis confirmandum. b/ Non sistendum in nudis factis sed ex objecto et circumstantiis vera indoles eorum indaganda et dispositiones habituales animæ inquirendæ. c/ Duo æque vitanda sunt, tum intricatio nimirum in vanis particularitatibus et anxietas, tum neglectus minorum culparum quasi, utpote parvæ, non essent attendendæ.

(3) In specie dolendum est de lapsibus in materia examinis particularis.

(4) Prius renovatur propositum circa materiam examinis particularis.

tur (1). Ad firmandum propositum et ad augendam vim supplicationis opportunum est ut ultra motiva dolendi supra indicata animus in specie consideret perfectionem vitæ ad quam vocatur illiusque in se desiderium renovet. Nobis sacerdotibus motivum efficacissimum, quod simul est titulus exigitivus gratiæ in supplicatione Deo exhibendus, est memoria dignitatis et muneris sacerdotalis.

A. Legrand.

(1) « Omni die renovare debemus propositum nostrum et ad fervorem nos excitare, quasi hodie primum ad conversionem venissemus.... Secundum propositum nostrum cursus profectus nostri » *Imitatio Christi*; L. I, c. 19.

Acta SS. Congregationum

Ex S. Congr. de Propaganda Fide

NOVUM SPIRITUALE PRIVILEGIUM CONCEDITUR SACERDOTIBUS PIÆ UNIONIS CLERI A MISSIONIBUS ADSCRIPTIS.

RESCRIPTUM (1)

Ex audientia Ssmi diei 1 decembris 1921: Sanctitas Sua, ad relationem infrascripti Cardinalis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Præfecti, benigne dignata est concedere ut singuli sacerdotes qui nomen dederint aut daturi sint in posterum Piæ Unioni Cleri a missionibus, anticipare possint vel a meridie recitationem Matutini cum Laudibus subsequentis diei, dummodo tamen officium diei iam persolverint.

Datum Romæ, ex ædibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 2 decembris 1921.

G. M. Card. Van Rossum, *Præfectus.*

L. † S.

† Petrus, Archiep. Diocletanus, *Secretarius.*

Ex S. Congr. Rituum

I

Causæ beatificationis et canonizationis.

1. Servæ Dei Mariæ a Jesu Deluil-Martiny.

S. Congregatio Rituum die 24 maii elapsi signandam statuit Commissionem introductionis Causæ servæ Dei supradictæ si Sanctissimo placuerit. Commissionem signavit ss. Pater die 25 ejusdem mensis (2).

---

(1) *Acta Apost. Sedis* t. XIII, 1921, p. 565.

(2) *Acta Apost. Sedis*, XIII, 1921, p. 357 ss. Cf. L. Laplace, *La mère Marie de Jésus, Marie Deluil Martiny*, Paris, Casterman. *Lettres de Mère Marie de Jésus*, Paris, Lethielleux, 1911.

Ecce breviter delineatum ejus curriculum vitæ. Nata est Maria Deluil-Martiny Massiliæ, 28 maii 1841 e parentibus pietate et nobilitate conspicuis. Absoluta sua institutione cum scientiæ et virtutis insigni profectu, sanctum parochum vici Ars de sua vocatione consuluit priusquam ad domum paternam rediret, ubi domesticis intenta officiis zelum simul exercuit instituendo ac propagando Opus excubiarum ad honorem Cordis Jesu, *Garded'honneur*. Superna luce illustrata, de consensu directoris sui spiritualis, R. P. Joa. Calage, S. J., Congregationem Filiarum Cordis Jesu, virginum nimirum quæ se tamquam victimas cœlesti sponso offerrent, in vico Berchem prope Antverpiam fundavit, quod institutum ab Archiepiscopo mechliniensi approbatum est 9 decembris 1872 et ab Apostolica Sede 2 februarii 1902. Novæ societati regendæ præposita, sollicita mater filias suas exemplo et verbo ad vitæ perfectionem solerter excitabat. Crudeliter occisa est 27 februarii 1884 in vico *La Servianne* prope Massiliam. Ejus corpus translatum est in Berchem anno 1907 ibique reconditum sub umbra Basilicæ ss. Cordis Jesu ab ipsa serva Dei extructæ.

2. Venerabilis Servæ Dei Sororis Theresiæ a Jesu Infante.

S. Congregatio Rituum sub data 14 augusti 1921 decretum edit quo pronuntiatur constare de virtutibus theologalibus necnon cardinalibus earumque adnexis Venerabilis servæ Dei sororis Theresiæ a Jesu Infante, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur (1). Causa hæc introducta fuit 9-10 junii 1914 (2). Dei famula nata Alenconii 2 januarii 1873 jam a. 1888 Carmelitarum excalceatarum monasterium Lexoviense ingressa est. Ibidem obiit 30 septembris 1897 pulmonum labe consumpta, exemplar præprimis sanctæ simplicitatis et intimæ familiaritatis cum Domino (3).

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIII, 1921, p. 449 ss.

(2) *Ibid.*, 1914, p. 380 ss.

(3) Lege *Sœur Thérèse de l'Enfant Jésus*. Carmel de Lisieux. Paris, Librairie St Paul.

II

Romana (1).

PRO FERIA V POST OCTAVAM SSMI CORPORIS CHRISTI, SACRATISSIMI CORDIS JESU EUCHARISTICI OFFICIUM PROPRIUM CUM RESPONDENTE MISSA APPROBATUR.

DECRETUM

Instantibus compluribus Revmis Ordinariis diœcesium, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, referente infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto, Officium proprium cum respondente Missa *Sacratissimi Cordis Iesu Eucharistici* exhibitum et ab ipsa Sacra Congregatione revisum, prouti in separato prostat exemplari, approbare dignatus est, illudque feria V post octavam Ssmi Corporis Christi adhibendum decrevit.

Peculiaris ratio et finis huius Festi cum Officio et Missa propriis, ad commemorandum Domini Nostri Jesu Christi amorem in Eucharistiæ mysterio, enucleatius explicatur in Sacris Litteris et in operibus sanctorum Ecclesiæ Patrum ac Doctorum, atque etiam innuitur in illa pia, usitata et a Summo Pontifice Pio VII probata oratione: *Ecco fin dove è giunta*, etc. — Insimul in iteratis supplicantium precibus ipsiusque Beatissimi Patris votis alter finis est, mediante hoc Festo, magis excitare in christifidelium animis fiduciam et accessum in Sanctissimæ Eucharistiæ mysterium, eorumque corda ferventius inflammare igne divini amoris quo Dominus Noster Jesus Christus, infinita caritate in Corde suo flagrans, sanctissimam Eucharistiam instituit, suosque discipulos in eodem sacratissimo Corde suo custodit ac diligit, vivens et manens in eis sicut ipsi vivunt et manent in illo, qui in eiusdem sanctissimæ Eucharistiæ mysterio se nobis offert ac donat, victimam, socium, cibum, viaticum et futuræ gloriæ pignus.

Hoc autem Festum eadem Sanctitas Sua clero sæculari huius Almæ Urbis et singulis diœcesibus, petentibus, sub

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIII, 1921, p. 545.

ritu duplici maiori benigne concessit, servatis de cetero Rubricis atque Apostolicæ Sedis decretis. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 9 novembris 1921.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

DE RATIONE RECITANDI VEL CANTANDI LITANIAS LAURETANAS (1).

DUBIA

Expostulatum est a Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaratione :

I. An in Litaniis Lauretanis ita cantari possit prima tripla invocatio ad personas Ssmæ Trinitatis, ut Sacerdos cantet *Kyrie eleison*, *Christe eleison*, et populus repetat *Kyrie eleison*, *Christe eleison*, et postea idem Sacerdos prosequatur *Christe audi nos*, *Christe exaudi nos*, et populus respondeat *Christe audi nos*, *Christe exaudi nos ?*

II. An loco dicendi ter *Agnus Dei* in fine Litaniarum, semel tantum dicatur : « Agnus Dei qui tollis peccata « mundi, parce nobis Domine, exaudi nos Domine, mise- « rere nobis ? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis respondendum censuit : *Negative* juxta Decreta, et servetur integer Ordo Litaniarum cum indulgentiis adnexis adprobatus, nempe : *Kyrie eleison - Christe eleison - Kyrie eleison*, etc., usque ad finem.

Atque ita rescripsit ac declaravit.

Die 10 novembris 1921.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIII, 1921, p. 566.

IV

DUBIA.

DUBIA CIRCA CANTUM SOLLEMNIONEM PRÆFATIONUM ET CIRCA INTONATIONES CANTUS « GLORIA IN EXCELSIS, CREDO ET ITE, MISSA EST » (1).

Franciscus Brehm Sacerdos, Friderici Pustet, S. R. C. Typographi, librorum liturgicorum redactor, Sacræ Rituum Congregationi sequentia humillime proponit :

Cantu Gregoriano anno 1908 in Missale inducto, Missalium editionibus addi solita est Appendix quædam, cui titulus « Cantus ad libitum », a S. R. C. approbata, quæ continebat 3 Intonationes *Gloria in excelsis* nec non Præfationes in tono sollemniori, ad libitum Sacerdotis celebrantis dicendas (2). Hæc Appendix in nova editione typica Missalis Romani Vaticana non amplius recepta est. Jam vero quæritur :

I. *a*) Utrum ex eo, quod istæ Præfationum cantilenæ in nova editione typica Missalis desint, censendae sint abolitæ ac prohibitæ in posterum ?

b) Et si negative, utrum etiam in posterum a typographis S. R. C. istæ Præfationes in tono sollemniori Missalium editionibus Appendicis instar addi queant ?

c) Et si affirmative, notandum, quod desideretur formulare Præfationis novæ de S. Joseph in eodem tono sollemniori compositum.

II. Cum numerus intonationum *Gloria in excelsis*, *Credo* et *Ite*, *Missa est*, anno 1908 in Missali Romano introductarum, in nova editione typica Missalis valde minutus sit, quæritur, utrum Intonationes ex Missali exsulantes (3) liceat in eadem Appendice exhibere ad libitum Sacerdotis cantandas.

---

(1) *Ephemerides liturgicæ*, 1922, t. XXXVI, 1922, p. 7 s.

(2) Jam prostant dictæ intonationes et præfationes in editione Tornacensi, in-4°, 1907, *Cantus Missalis Romani juxta editionem Vaticanam*, p. 79-100.

(3) Sunt quatuordecim toni quoad *Gloria*, unus tonus quoad *Credo*, decem toni quoad *Ite*, *Missa est* et *Benedicamus Domino*, et duo toni quoad *Asperges me*. Inveniuntur omnes in citata editione et in opusculo a Pustet nuper edito, cui titulus *Appendix Missalis quoad cantus ad libitum*. In hoc etiam reperiuntur Præfationes in tono sollemniori.

Et Sacra eadem Congregatio, audito suffragio utriusque Commissionis de re liturgica et de cantu gregoriano, respondendum censuit :

Ad I. *a*) Negative.

b) Affirmative.

c) Nihil obstat, quominus provideatur.

Ad II. Affirmative.

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 9 Aprilis 1921.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, S. R. C. *Secretarius.*

Ex Commissione pontificia de re biblica

DECLARATIO (1)

DE ADDITIONE VARIARUM LECTIONUM IN EDITIONIBUS VERSIONIS VULGATÆ NOVI ET VETERIS TESTAMENTI.

In Præfatione ad Lectorem editionis Clementinæ versionis Vulgatæ Sacrarum Scripturarum legitur :

« Porro in hac editione nihil non canonicum... nullæ « ad marginem concordantiæ (quæ posthac inibi apponi « non prohibentur) nullæ notæ, nullæ variæ lectiones, « nullæ denique præfationes... Sed sicut Apostolica Sedes « industriam eorum non damnat, qui concordantias loco- « rum, varias lectiones, præfationes S. Hieronymi et alia « id genus in aliis editionibus inseruerunt ; ita quoque « non prohibet, quin, alio genere characteris, in hac ipsa « Vaticana editione eiusmodi adiumenta pro studiosorum « commoditate atque utilitate in posterum adiiciantur, « ita tamen, ut lectiones variæ ad marginem ipsius textus « minime adnotentur ».

Quum autem sint qui putent ultimis hisce verbis prohiberi additionem variarum lectionum non solum in margine laterali, verum etiam in inferiore seu ad calcem textus, quæsitum est a Pontificia Commissione Biblica :

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, t. XIV, 1922, p. 27.

utrum liceat in editionibus versionis Vulgatæ tam Novi quam Veteris Testamenti lectiones varias aliave hujusmodi studiosorum adiumenta ad calcem textus adiicere?

Re examinata, Pontificia Commissio Biblica respondit:

Affirmative.

Quam resolutionem Ss^mus^ Dominus Noster Benedictus Pp. XV in audientia diei 17 novembris 1921 adprobare dignatus est.

† Henricus Laurentius Janssens, O. S. B.,
Ep. Bethsaiden *Consultor ab Actis.*

De Unione Apostolica

Unio apostolica sæcularium sacerdotum primum habuit institutorem in Germania Venerabilem Bartholomæum Holzhauser († 1638); in forma vero paululum immutata, attentis hodiernis moribus vitæ sæcularium sacerdotum, erecta denuo fuit in Gallia anno 1862 auctore Victore Lebeurier, et inde ab anno 1872 varias Belgii diœceses pervasit. Brugis Unio fundata est die 24 januarii 1878 et affiliatio brugensis consociationis cum Unione centrali rite renovata fuit 28 januarii 1904. Cum vero hodiernus moderator generalis Unionis, Mgr. Aloysius Lamerand, suppliciter rogavisset sedem apostolicam ut Unio ad tramitem novi Codicis, L. II, Tit. XIX, Cap. I, II, III, Can. 700-725 regeretur, Benedictus XV, Litteris suis apostolicis 17 aprilis 1921 infra relatis sub I, Unionem parisiensem in primariam seu in archisodalitatem cum facultate aggregandi erigere dignatus est. Illustrissimus autem Præsul noster Actis infra citandis sub II Unionem brugensem ad tramiten juris canonice erigit atque licentiam concedit petendi ejus aggregationem cum Unione primaria parisiensi. Notum est lectoribus Moderatorem hujus Unionis seu confraternitatis pro diœcesi brugensi (vulgo « *Omnia pro Jesu* ») esse R. A. D. H. L. Vander Meersch, decanum B. M. V., Brugis, apud quem admissionem et ulteriora documenta quisque sollicitare potest.

A. Legrand.

I. Litteræ apostolicæ.

UNIO APOSTOLICA SACERDOTUM PARISIIS INSTITUTA IN PRIMARIAM ERIGITUR SEU CONFIRMATUR, ATQUE INDULGENTIIS ET GRATIIS SPIRITUALIBUS DITATUR (1).

BENEDICTUS PP. XV.

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes pias

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIII, p. 302 ss.

Societates ad pietatis et caritatis opera exercenda institutas, ex quibus uberes percipit christiana res fructus spirituales, peculiaribus honoribus, privilegiis et gratiis augere ac locupletare pro re ac tempore satagimus. Harum in numerum exploratum plane Nobis est iure meritoque esse accensendam Unionem Apostolicam sacerdotum sæcularium, quæ a Ssmo Corde Jesu audit. Hæc enim Societas, primum anno 1862 in Gallia instituta frugiferum ad finem firmandæ ac tuendæ cleri unitatis, proposita universis sociis, per opportuna caritatis officia, uniformi vitæ ratione ita ut sparsi per christianum orbem levitæ fraternæ dilectionis vinculo inter se devincirentur, annuentibus, immo et faventibus locorum Ordinariis, brevi sexaginta annorum intervallo, tanta, favente Deo, incrementa percepit, ut in præsens plurimas totius christiani orbis diœceses pervaserit et in Europa non minus quam in America tam Septentrionali, quam Meridionali, Australasia, Cocincina, Indiis Orientalibus et longinquis aliis regionibus mirifice floreat uberrimosque pietatis ac sanctitatis fructus edat. Romani Pontifices Nostri Decessores Pius IX, Leo XIII et rec. me. Decessor Noster Pius Pp. X Unionem enunciatam pluries publicis documentis laudare et commendare plurimisque indulgentiis ac privilegiis augere et locupletare non dubitarunt. Nunc vero cum hodiernus ipsius Unionis Moderator generalis dilectus filius Aloisius Lamerand, ut ipsa Associatio Matrix ejusque filiales magis magisque in dies promoveantur, eæque, ad normam Codicis juris canonici nuper editi, opportunis legibus regantur, Nos supplicibus votis flagitaverit, ut suppleto, quatenus opus sit, quolibet sive erectionis sive associationis filialium defectu hucusque forsan incurso, eamdem Associationem Matricem ad Primariæ gradum pro universo catholico orbe erigere dignemur; Nos, animo repetentes singularia in rem sacram merita quibus Unio ipsa commendatur, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quæ cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S.

R. E. Cardinalibus Congregationi præpositis pro Tridentini Concilii decretis interpretandis, sanatis auctoritate Apostolica (ut omnes ambigendi causæ penitus tollantur) omnibus defectibus fortasse ad hunc usque diem incursis circa erectionem, aggregationes et adscriptiones, Unionem Apostolicam sacerdotum, perpetuo statuta ejus sede in sacello Sancti Dionysii Basilicæ Ssmi Cordis Jesu in Monte Martyrum Lutetiæ Parisiorum, item Apostolica Nostra auctoritate, præsentium vi perpetuumque in modum, in Primariam pro universo orbe catholico constituimus, ita ut sit revera et habeatur Unio Matrix ac persona iuridica, ad tramitem juris, una cum adnexis iuribus ac privilegiis propriis. Unionis autem memoratæ sic per Nos in Matricem, sive Primariam, erectæ Moderatori atque Officialibus præsentibus ac futuris largimur, auctoritate Nostra Apostolica, præsentium tenore, ut ipsi alias quaslibet ejusdem nominis atque instituti Uniones, ubique terrarum tam actu erectas quam erigendas in posterum, sibi aggregare legitime queant, servata forma constitutionis Clementis PP. VIII Prædecessoris Nostri rec. me. aliisque Apostolicis constitutionibus desuper editis, et cum illis communicare licite possint indulgentias omnes ac spirituales gratias ipsi Primariæ Unioni a Sede Apostolica concessas, quæ tamen cum aliis communicari valeant. Præterea, cum ejusdem Unionis Moderator generalis Nos quoque humili prece adierit, ut de indulgentiis quas rec. me. Decessor Noster Pius PP. X eidem Unioni largitus est per similes Apostolicas Literas die 28 mensis decembris anno 1903 Piscatoris anulo obsignatas, quasdam immutare velimus, nonnullis etiam additis privilegiis et gratiis spiritualibus; Nos, audito Cardinali S. R. E. Pœnitentiario Maiori, hæc quæ infrascripta sunt decrevimus. Nimirum, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis sacerdotibus qui dictam piam Unionem in posterum ingredientur, die quo ipsi primum eidem Sodalitio nomen dederint, et die similiter quo tyrocinio

expleto professionem emiserint, simulque vere pœnitentes et confessi sacrosanctum Missæ Sacrificium celebraverint et aliquo temporis spatio pro christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, peccatorum conversione ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, respective *plenariam*; ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis in eadem Unione sacerdotibus, qui in quolibet annuo conventu, sive generali, sive nationali, sive diœcesano, juxta Unionis tabulas celebrando, actum consecrationis Ss^mo^ Cordi Jesu: « Domine Jesu Redemptor », una cum acto consecrationis Beatæ Virgini: « Ad te uno animo » pie recitent, aliaque iniuncta pietatis opera impleant, etiam *plenariam* omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Quoties vero in spiritualibus dictæ Unionis conventibus, qui solent haberi intra mensem, inscripti sacerdotes eosdem actus contrito saltem corde recitent, septem annos totidemque quadragenas; quoties autem item contrito corde actum consecrationis Virgini recitent, de numero pœnalium trecentos iis dies in forma Ecclesiæ solita expungimus. Die etiam quo Ss^mi^ Cordis Jesu, Unionis ipsius titularis, festum quotannis agitur, sacerdotibus Unionis sociis, qui injuncta pietatis opera rite impleverint, *plenariam* largimur indulgentiam; et partialem centum dierum relaxationem, iisdem sociis a Pio PP. X per Literas Apostolicas, de quibus habita supra mentio est, tributam, quoties menstruo secessui operam navent, tam pro sodalibus, quam pro aliis sacerdotibus ad idem pium opus incumbentibus, in *plenariam* indulgentiam de Nostra benignitate commutamus, dummodo hi tamen quæ injuncta sunt pro plenariis indulgentiis lucrandis pietatis opera rite adimpleant. Similiter volumus, ut jam ter in hebdomada ab ipso Decessore Nostro concessum personalis altaris privilegium, ad quatuor dies in hebdomada pro sociis extendatur. Insuper Unionis Apostolicæ sociis præsentibus ac futuris facultatem impertimur adnectendi Crucifixis indulgentiam

dictam « toties quoties » et adnectendi Rosariis indulgentias Patrum Ordinis Prædicatorum (exclusis indulgentiis propriis pro fidelibus Confraternitati Rosarii inscriptis), nec non applicationem Rosariis indulgentiarum, quæ a Patribus Crucigeris appellantur, in perpetuum similiter prorogamus. Tandem cum idem generalis Moderator pro universis Unionis Apostolicæ sacerdotibus sociis facultatem rogaverit benedicendi atque imponendi sub unica formula quinque Scapularia ; Nos preces ipsas exhibitas Nobis a SS. Rituum Congregationis Cardinali Præfecto peramanter excipientes, dictæ Apostolicæ Unionis sacerdotibus sociis præsentibus ac futuris, dummodo singulis facultatibus rite sint muniti, veniam perpetuo facimus quinque Scapularia rite benedicendi atque imponendi unica sub formula, facta insuper potestate, occasione magni fidelium concursus, tempore vel peregrinationum vel missionum, eadem Scapularia conglobatim benedicendi, cum dispensatione tradendi nomina singulorum inscriptorum, quoties id præscriptum sit pro quibusdam Scapularibus. Porro mandamus ut sociis supradictis, si malint, liceat plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes pœnasque expiare.

Decernentes præsentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ipsique piæ Unioni sic in Primariam a Nobis erectæ nunc et in posterum plene suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Decernimus etiam ut in reliquis serventur religiose conditiones omnes præcedentibus Nostri Decessoris Literis adjectæ. Volumus autem ut Nostrarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate vel officio constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si

forent exhibitæ vel ostensæ. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII aprilis MCMXXI, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *à Secretis Status.*

II. Acta Episcopi Brugensis.

I. CANONICA ERECTIO.

Precibus a Moderatore Unionis Apostolicæ sacerdotum sæcularium Sacratissimi Cordis Jesu in diœcesi Brugensi existentis Nobis humillime oblatis benigne annuentes, cum aliunde probe novimus istam piam Unionem a SS. Pontificibus multum laudatam atque commendatam jam permultos in nostra diœcesi tulisse fructus sanctitatis, plures adhuc sperantes, Unionem Apostolicam pro Nostra diœcesi in ecclesia Seminarii Nostri Majoris canonice erigimus et instituimus, atque his litteris institutam esse declaramus.

Datum Brugis, in palatio Nostro episcopali, die 21 Januarii 1922.

II. LICENTIA PETENDI AGGREGATIONEM.

Testimonium Erectionis et licentia petendi aggregationem.

Tenore præsentium fidem facimus, per decretum die 21 Januarii 1922 a Nobis editum, in ecclesia Majoris Seminarii Brugensis canonice erectam esse piam Confraternitatem sacerdotum sæcularium sub titulo Unionis Apostolicæ a Sacratissimo Corde Jesu.

Cum autem Nobis expositum sit, pro majore dictæ Confraternitatis incremento valde exoptandum esse, ut

ipsa Unio Archisodalitati ejusdem nominis Parisiis existenti aggregetur ; cum præterea laudatæ Confraternitatis institutum, pietas et christianæ caritatis officia, quæ in ea peraguntur, maxime commendanda censeamus, porrectis Nobis precibus libenter annuentes, per præsentes litteras licentiam concedimus, ut eadem Confraternitas prædictæ Archiconfraternitati quamprimum uniatur.

Testamur postremo nihil petitæ aggregationi obstare, cum memorata Unio nulli alteri jam aggregata fuerit.

Datum Brugis, in pâlatio Nostro episcopali, die 21 Januarii 1922.

† G. J., Episc. Brugen.

Législation civile.

Nouveau tarif des services religieux fondés.

Arrêté royal du 9 Janvier 1922 (1).

ALBERT, Roi des Belges,

A tous, présents et à venir, SALUT.

Vu les lettres en date des 26 janvier et 17 août 1921, par lesquelles M. l'archevêque de Malines, de concert avec les chefs des autres diocèses, soumet à l'approbation du gouvernement le projet de règlement relaté ci-dessous ayant pour l'objet d'abroger les règlements des six diocèses du royaume relatifs à la fixation des frais des services religieux institués par dispositions entre vifs ou testamentaires, règlements approuvés par les arrêtés royaux des 8 septembre 1879, 16 janvier, 22 février, 12, 14 mars et 18 mai 1880, et de les remplacer par le tarif suivant applicable à tous les diocèses :

I. — *Messes basses.*

OFFICES	Au célébrant	Au sacristain	Aux enfants de chœur (à partager)	A la fabrique
	FR. C.	FR. C.	FR. C.	FR. C.
Messe basse à heure libre	4.00	1.00	0.50	2.00
Messe basse à heure fixe :				
1° Avant 9 heures	5.00	1.00	0.50	2.50
2° A partir de 9 heures	6.00	2.00	1.00	3.00
3° A partir de 10 heures	8.00	2.50	1.50	4.00
4° A partir de 11 heures	10.00	3.00	2.00	5.00
Collecte récitée apr. la messe	1.00	—	—	—

(1) *Moniteur*, p. 546 ss.

II. — *Messes chantées ou obits ; office des morts.*

OFFICES	Célébrant	Officiants (à chacun)	Sacristain	Chantres (à chacun)	Organiste	Souffleur	Enf. de chœur (à partager)	Fabrique
	F. C.	F. C.	F. C.	F. C.	F. C.	F. C.	F. C.	F. C.
Messe chantée ou obit à heure libre	6.00	3.00	2.00	2.00	2.00	1.00	1.00	6.00
Messe chantée ou obit à heure fixe :								
a) Avant 9 heures	7.00	3.50	3.00	2.50	3.00	1.00	1.00	7.00
c) A partir de 9 h.	10.00	4.00	3.50	3.00	3.50	1.50	1.50	10.00
b) A partir de 10 h.	12.00	5.00	4.00	3.50	4.00	2.00	2.00	12.00
d) A partir de 11 h.	15.00	6.00	5.00	4.00	5.00	2.50	2.50	15.00
Absoute. *Libera* avec versets et oraisons . . .	2.00	1.00	1.00	1.00	1.00	0.50	0.50	2.00
Office des morts :								
Vêpres, 3 nocturnes et laudes . .	10.00	6.00	3.00	3.00	4.00	2.00	2.00	5.00
1 nocturne et laudes	6.00	3.00	2.00	2.50	3.00	1.00	1.00	4.00
1 nocturne ou laudes	4.00	2.00	1.00	2.00	2.50	1.00	1.00	3.00
Indemnité de déplacement. . .	—	4.00	—	—	—	—	—	—

III. — *Bénédiction du Saint Sacrement après la messe ; vêpres ; salut ; chemin de la croix.*

OFFICES	Célébrant	Officiants (à chacun)	Sacristain	Chantres (à chacun)	Organiste	Souffleur	Enf. de chœur (à partager)	Fabrique
	FR. C.	FR. C.	FR. C.	FR. C.	FR. C.	FR. C.	FR. C.	FR. C.
Bénédiction du S. Sacrement après la messe . . .	2.00	1.00	1.00	1.00	1.00	1.00	1.00	2.00
Vêpres des dimanches et fêtes . .	3.00	2.00	2.00	2.00	2.50	1.00	1.00	4.00
Salut ordinaire .	3.00	—	2.00	2.00	2.50	1.00	1.00	5.00
Salut solennel . .	5.00	3.00	2.50	2.50	3.00	1.50	1.50	10.00
Chemin de la croix	3.00	—	2.00	2.00	2.50	1.00	1.00	2.00
(au prédicateur.)								
Sermon . . .	15.00	—	—	—	—	—	—	5.00

IV. — *Recommandations ; annonces.*

	Au curé	Au vicaire	Au sacristain	A la fabrique
	FR. C.	FR. C.	FR. C.	FR. C.
Recommandations d'une personne au prône de la grand'messe :				
a) Tous les dimanches .	5.00	—	—	3.00
b) Les premiers dimanches du mois	4.00	—	—	2.00
c) Aux quatre grandes fêtes	3.00	—	—	1.00
Recommandations faites par le vicaire à la première messe :				
a) Tous les dimanches .	—	4.00	—	2.00
b) Les premiers dimanches du mois	—	3.00		1.00
c) Aux quatre grandes fêtes	—	2.00	—	1.00
Dans les paroisses où le sacristain a une part aux recommandations faites au prône de la grand'messe	—	—	2.00	—

Est admis le cumul des fonctions de chantre et de sacristain, de chantre et d'organiste, de sacristain et d'organiste et même de sacristain, de chantre et d'organiste, mais dans ce dernier cas le titulaire n'aura droit qu'aux émoluments attachés à deux des fonctions remplies par lui.

Le coût de la sonnerie est compris dans les droits à percevoir par la fabrique pour les frais généraux d'administration.

Vu l'article 15 du concordat du 26 messidor an IX ; les articles 69 et 73 de la loi organique du 18 germinal an X ; les arrêtés du 7 thermidor an XI, du 28 frimaire an XII et la décision du 30 ventôse suivant ; le décret du 22 fructidor an XIII et l'avis du conseil d'État du 21 frimaire an XIV ; les articles 26, 29 et 31 du décret du 30 décembre 1809 ;

Sur la proposition de Notre Ministre de la Justice,

Nous avons arrêté et arrêtons :

Article 1er. Les règlements diocésains susvisés, approuvés par arrêtés royaux des 8 septembre 1879, 16 janvier, 22 février, 12, 14 mars et 18 mai 1880, sont abrogés.

Art. 2. Le règlement diocésain dont la teneur précède est approuvé.

Notre Ministre de la Justice est chargé de l'exécution du présent arrêté.

Donné à Bruxelles, le 9 janvier 1922.

ALBERT.

Par le Roi :
Le Ministre de la Justice,
F. Masson.

Observations. — Faisons remarquer 1° que ce nouveau tarif ne s'applique qu'aux services *fondés* et non aux messes manuelles, messes une fois dites, services de funérailles, etc. ; 2° qu'il ne concerne que les fondations *futures* et non les fondations qui lui sont antérieures. Les charges de celles-ci sont sujettes à réduction, conformément aux règles canoniques.

A. D. M.

De Eucharistische Kruistocht (E. K.) der kinderen.

(Vervolg van *Collat. Brug.* XXI, 519).

C. **Practische hulpmiddelen.**

We moeten allen bekennen dat de bedoelingen van den E. K. zeer schoon en verheven zijn. Doch is dat alles niet te schoon, te verheven? Is het geen utopie zulks van kinderen te verwachten? — Om op dien twijfel te antwoorden, moeten we de practische middelen onderzoeken die door den E. K. aangewend worden om in de kinderen die zelfheiliging en dien ijver te verwekken en te bewaren.

1. Het eerste middeltje is het *erkenningsteeken*, een lief maltezerkruis waarboven een kelk is afgebeeld, en in welks armen de beginletters E. K. staan. Dit teeken herinnert voortdurend aan de kinderen zelf en aan hunne omgeving hun titel van kruistochter en brengt ze tot 't bewustzijn van hun kristelijke weerdigheid als gedoopte kinderen, gevoed met Jezus zelf, en van de speciale verplichtingen die zij op zich genomen hebben met den E. K. bij te treden.

2. Het tweede middel is hun weekbladje, voor de jongeren *Zonneland*, voor de ouderen *Averbode's Weekblad*, door de kinderen zelf betaald. 't Eerste lijkt mij een klein meesterwerk en 't bekwam ook een heerlijken bijval in de kinderwereld. Gesticht met begin Januari 1920 klom het getal zijner abonneetjes met wondere snelheid van 17.500 tot 66.000. Voor de Waalsche kinders verschijnt « Petits Belges » dat nu 35.000 lezertjes telt. 't Ander orgaan, Averbode's Weekblad, wordt binnen kort hervormd en belooft bij zijn jonger broertje niet ten achter te blijven (1).

---

(1) Sedert december 1921 verschijnt nu wekelijks *Onze Bode* als nieuw orgaan van den E. K. voor volwassenen. Inschrijven ter Abdij van Averbode. De cijfers die we hier aangeven zijn van Oogst 1921.

3. Het derde middel is het *weekbriefje*, dat door iederen kruistochter iedere week ingevuld wordt, doch *naamloos*, en dat neêrgelegd wordt, niet in de handen van den meester of de meesteres, maar b. v. in een gesloten « geestelijken spaarpot » waar de bestuurder wekelijks al de briefjes uitneemt om ze na te zien. Zoo wordt 't kind tot getrouwheid en persoonlijk werk gedwongen en wordt tevens 't gevaar van onrechtzinnigheid zooveel mogelijk vermeden (1).

Ziehier de vraagskens die op zulk een weekbriefje te beantwoorden zijn. (Misschien kan er hier nog verbetering aan gebracht worden om 't antwoord gemakkelijker te maken : doch de uitleg van den bestuurder moet die moeilijkheid verhelpen.)

1. Voor wien (wat) hebt ge gewerkt ?

2. Wat hebt ge ervoor gedaan ? HH. Missen, HH. Kommuniën, geestelijke kommuniën, rozenkranzen, schietgebeden.

3. Hoe dikwijls hebt ge uw opdracht vergeten ?

4. Welk was uw bijzonder puntje ?

5. Hoeveel verstervingen hebt ge gedaan ? Geef eenige voorbeelden.

We zouden hier kunnen eene heele reeks treffende voorbeelden aanhalen van ingevulde briefjes die 't afdoende bewijs leveren dat kinderen vatbaar zijn voor zulke werking.

Waar 't weekbriefje niet gebruikt kan worden weze het vervangen door een wekelijksch overzicht, een soort onderzoek van geweten door den bestuurder gehouden (2).

4. Het vierde practische middel is de vereeniging der kruistochters eener parochie in een *bond* bestuurd door de parochie-geestelijkheid, met plechtige *inlijving* volgens een formulier dat geschikt is om op de kinderen

---

(1) *Zonneland*, 1e Jaarg. bl. 186, 194.

(2) Zie statutenboekje voor volwassenen, groepen A en B.

een diepen indruk te maken, en met regelmatige *vergaderingen* waarin al de voorschriften en oefeningen van E. K. eenvoudig en aangrijpend uiteengedaan worden, de maandintentie uitgelegd, algemeene bemerkingen gemaakt over de weekbriefjes, misschien ook met bijzondere vergaderingen voor de besten onder de kruistochters om ervan een *kern* van voorbeeldigen te maken.

De vurigheid en de volherding der kruistochters zal vooral afhangen van den ernst en de zorg waarmede de bestuurder zijn vergaderingen zal houden.

5. Het laatste en voornaamste middel is de *persoonlijke leiding* van iederen kruistochter in den biechtstoel.

Hier zouden wij willen stilhouden en uit al onze kracht aandringen op het belang der kinderbiechten en der kinderleiding door den biechtvader. Mocht de bespreking hier aanvullen wat bij gebrek aan tijd niet kan uiteengezet worden. Laat mij alleen toe uwe aandacht te vestigen op de volgende punten : vooreerst op 't belang van 't ambt van den priester in den biechtstoel. Moesten de vijanden van onzen godsdienst over zulk een middel beschikken, hoe machtig veel kwaad zouden zij ermede doen ! En wij, doen wij er evenveel goed mede ? — Een tweede, op de plicht die op ons geweten weegt. Een biechtvader immers is niet enkel aangesteld als *judex*, rechter, die vrijspreekt of veroordeelt, hij is ook van ambtswege *doctor* en *medicus*, leeraar en geneesheer. Hij blijft dus aan zijn ambtsplicht te kort deze biechtvader die alleen bekommerd is om absolutie te geven, en niet bezorgd is om door onderricht, raad en vermaning de zielen uit 't kwaad en naar de kristelijke rechtveerdigheid op te leiden.

Hier ga ik ongetwijfeld de meening van Z. D. Hoogweerdigheid onzen Bisschop niet te buiten, met op de kinderen toe te passen de gezagvolle woorden die hij uitsprak op het Eucharistisch Congres van Rousselare,

in Augustus 1910 (1) : De biechtvader die niets anders doet dan absolutie geven aan de kinderen, vervult slechts een vierde van zijn verplichting. Vergeten wij niet dat onder de kinderen die tot ons komen, veel goedgestelde eenvoudige zielen gevonden worden, die oprecht godvruchtig zijn en ontvankelijk voor ernstige opleiding tot groote deugdzaamheid en volmaaktheid (2).

III. Algemeene inrichting van E. K.

Nu nog een enkel woord over de algemeene inrichting van E. K. Benevens de kinders-kruistochters beneden de 14 jaar (groep A), waarover we hier uitsluitend spraken, kunnen er ook anderen aangenomen worden in E. K. : zoo is er een groep B, voor de jeugd van af 14 jaar, en een groep C, voor de volwassenen, waaronder er een afdeeling is voor hoogstudenten, een andere voor onderwijzers en onderwijzeressen, een andere voor priesters-ridders die *ipso facto* ingeschreven zijn in 't *foedus sacerdotale eucharisticum* (3). Onlangs werd een bijzondere afdeeling gesticht voor fabriekmeisjes (4).

IV. De rol van de parochiegeestelijkheid in de E. K.

De parochiegeestelijkheid is de spil, de ziel van den E. K. : aan haar komt het bestuur ervan toe.

---

(1) Zie H. Mahieu, *Geestelijke leiding van priesters*, in *Pastor Bonus*, 1921. bl. 35. Zie ook J. Mahieu, *Confession et direction des petits enfants*, *Revue d'ascétique et de mystique*, 1921, p. 288.

(2) Voor verdere bijzonderheden, laat mij verwijzen naar 't prachtig boekje van Dr E. Poppe, *Geestelijke leiding voor kinderen*, Abdij van Averbode. Daar vindt gij voorbeelden van bijzondere puntjes strekkende niet alleen tot *zedelijke* hervorming maar daarboven tot *apostolaatsleven* en dieper *geloofsleven*.

(3) *Zonneland*, II jaarg. bl. 226.

(4) Voor alle verdere bijzonderheden mag men zich vrij wenden tot E.P. Basilius Van Maele, O. Praem., der Abdij van Averbode. algemeenen bestuurder van de kruistocht.

't Ambt van den bestuurder kan in deze weinige woorden samengevat worden :

Hij moet door bidden en boeten 't werk mogelijk en leefbaar maken en houden, en daartoe moeten alle priesters medehelpen. Gelooven wij genoeg in ons H. Priesterschap wij priesters, gelooven wij genoeg dat we « Jezus zijn » ? Hebben we betrouwen genoeg in onze H. Mis, ons breviergebed, ons leed en vrijwillige boete waardoor we Jezus'verlossingswerk voortzetten en voltrekken ?

De bestuurder moet zijn vurige geloovigen, zijne zieken en vooral zijne kinderen doen met hem mede bidden en boeten.

Hij moet een zorgvuldige keus doen onder de kinders die hunne aanveerding in den E. K. aanvragen en ze door eenen ernstigen proeftijd tot de plechtige inlijving bereiden.

Hij moet zijn beste zorgen besteden aan dit uitgelezen deel zijner kudde en de medewerking inwinnen zijner onderwijzers en onderwijzeressen.

Hij moet er vooral mede bekommerd zijn om in den biechtstoel de volheid zijner priesterziel uit te storten in de opene kinderzielen, en zoo zijn geestelijk vaderschap behertigen.

Hoe treffend was het gisteren in den triomftocht van het Allerh Sakrament dit lieve groepje Kinders-Kruistochters te zien aanstappen juist vóór de priesterschaar dichtst bij Jezus. Met hoeveel liefde moet de Goede Meester nederzien op dit apostolaat zijner groote vrienden « *vos dixi amicos* » op zijne kleine lievelingen de kinderen. Uit Jezus'priesterhert stroomt in onze priesterzielen een vloed van genaden om ze over zijn lieve kleinen uit te storten.

Ja, de E. K. is rijk aan heerlijke beloften : hij bereidt ons een nieuw geslacht van volwassen kristenen : « *Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis* » (1)

---

(1) *I Petri*, II, 9.

Veel meer nog, en 't is onze hoogste hoop en de zoetste droom van iedere ijverige priesterziel, E. K. is geschikt om een eerste kweekschool te zijn van de talrijke heilige priesterschaar die we morgen meer nog dan heden zullen behoeven om de kerk te redden in Vlaanderen.

Ik eindig met een dubbelen wensch.

1°/ Dat alle priesters in 't ministerieleven (1) met belangstelling de werking van den E. K. zouden nagaan, zouden inzien of 't niet wenschelijk ware den E. K. in te richten op hunne parochie en hunne beste zorgen zouden wijden aan de leiding van de bestaande bonden.

2°/ Dat wij allen onzen besten priesterijver zouden besteden aan 't bezorgen der kinderbiechten en in 't bijzonder aan de geestelijke leiding der kinderen in den biechtstoel.

A. Legrand.

(1) Over de inrichting van den E. K. op de colleges zal gehandeld worden in de bijzondere afdeeling voor leeraars.

" Geloofsonderricht ".

Overbodig zal het zekerlijk zijn aan de eerwaarde Lezers der *Collationes Brugenses* het werk van *Geloofsonderricht* te doen kennen. Iedereen immers kent het, en te danken is het aan de hooge waardeering die onze priesters aan dit werk toedragen en aan den kostelijken steun dien zij eraan geven, dat *Geloofsonderricht* de heerlijke uitslagen heeft kunnen bekomen en het goed heeft kunnen uitwerken waarvan wij nu juist een algemeen overzicht geven.

In 1909 kwam, onder de hooge bescherming van Zijne Doorluchtige Hoogwaardigheid Mgr. Waffelaert, Bisschop van Brugge, de Vereeniging *Geloofsonderricht* tot stand.

Deze Vereeniging stelde haar voor doel : « de katholieke Kerk in haar wezen, hare leering, hare geschiedenis en haar streven meer en meer bekend te maken en tegen aanvallen te verdedigen ».

Zij zou trachten dit doel te bereiken : « 1° door het uitgeven van naar omstandigheden verschijnende werkjes en vlugschriften nopens geloofszaken ; — 2° door in nieuwsbladen en tijdschriften mededeelingen nopens geloofsonderwijs te doen plaatsen ; — 3° door het stichten en geleiden, vooral in jongelingskringen, van studiebonden tot bevordering van het geloofsonderricht ; — 4° door mede te werken tot verspreiding van boeken en vlugschriften, waarvan de inhoud tot bevordering van haar doel kan bijdragen ; — 5° door samenwerking met vereenigingen van gelijken aard in binnen- en buitenland ; — 6° door het verspreiden van katholieke dagbladen ; — 7° door het stichten van eene boekerij van geloofsonderricht en, voornaamlijk, van geloofsverdediging ».

Steeds aangemoedigd en ondersteund door Z. D. Hoogw. Mgr. Waffelaert, heeft de Vereeniging ernaar getracht dit

programma zoo goed mogelijk uit te voeren, en het zal onze Lezers zekerlijk niet onaangenaam zijn, integendeel een spoorslag zijn tot verderen steun en medewerking, daarover een en ander te vernemen.

Een eerste werk van *Geloofsonderricht* was het uitgeven van brochuren of boekjes, die bij een begin in twee Reeksen uitkwamen. Reeks A bevatte uitgaven van *stellig* onderwijs, naar gelang der omstandigheden voor iedereen of in 't bijzonder voor ontwikkelde en geleerde lieden geschreven ; — Reeks B zou eerder van *negatieven* aard zijn en antwoorden geven op schimpschriften en hedendaagsche aanvallen. Het onderscheid tusschen de beide reeksen werd naderhand niet meer in acht genomen, daar soortgelijke boekjes wel meest tezelvertijd geloofszaken stellig uiteenzetten en aanvallen afweren. — Voor het uitgeven dier boekjes kwam, na den oorlog, *Geloofsonderricht* van Brugge in voeling met het soortgelijk en verdienstelijk werk *Geloofsverdediging* van Antwerpen, bezorgd door de Eerw. Paters Dominikanen.

Tot hiertoe werden 51 boekjes uitgegeven, boekjes die handelen over de meest verscheidene onderwerpen die den Godsdienst aanbelangen. Wat voordeel die boekjes konnen bijbrengen bleek alras uit den bijval dien ze mochten inoogsten. Van het begin af telden wij een 2500 inschrijvers ; het getal exemplaren waarop gedrukt werd beliep minimum tot 3200, en klom, propagandanummers inbegrepen, tot 10.000. — Vóór den oorlog was nog een derde reeks, C, begonnen, meer ten dienste van studiebonden, patronaten, enz. ; boekjes die gedrukt werden op 1500 exemplaren. Deze reeks, die 25 boekjes geteld heeft, werd na den oorlog niet meer hernomen.

Voor 't oogenblik bestaat dus maar eene reeks boekjes, uitgegeven, zooals wij reeds zegden, in verstandhouding met *Geloofsverdediging* van Antwerpen. *Geloofsonderricht* bezorgt uitsluitelijk de inschrijvers van 't Bisdom Brugge, en telt tegenwoordig als abonnenten op die brochuuruitgaven, een 800 inschrijvers.

Wij durven een warmen oproep richten aan al de eerwaarde Lezers der *Collationes Brugenses*, opdat zij niet alleen zelf op de boekjes zouden inschrijven, maar ook, waar 't gelegenheid geeft, inzonderheid bij de ontwikkelden zouden propaganda maken. Nu ons volk het meer en meer ontwend geraakt ernstige godsdienstige lezing in handen te krijgen, lijdt het geen twijfel dat de 10 per jaar verschijnende nummers van Geloofsondericht heelwat goeds kunnen teweegbrengen.

Een ander werk van *Geloofsonderricht* was het uitgeven van het aan iedereen overbekend bladje *Licht en Vrede*. Wat al goed dit blad moet gesticht hebben valt moeilijk te schatten : het zij genoeg er op te wijzen dat het in de zes vóór-oorlogsche jaren, maandelijks verspreid werd op 125 000 exemplaren, zij 1.500.000 per jaar ; nu wordt het gedrukt, 6 nummers per jaar, op 90.000 exemplaren. Alles samen genomen drongen 10.500.000 bladjes binnen in de meeste huisgezinnen van het brugsche Bisdom. Zouden die millioenen bladjes niet een weinig *licht* gebracht hebben in de onwetende geesten, en een weinig *vrede* in de woelzieke en ontevredene harten ? — Goddank, hier brengen onze eerwaarde Heeren Pastoors rijkelijken steun en aanmoediging, en hoopt *Geloofsonderricht*, met hunne onmisbare medewerking, ertoe te komen welhaast in al de parochien en al de huisgezinnen *Licht en Vrede* te kunnen binnenbrengen..

Ook *boeken* werden verspreid, aan uitzonderlijke prijsvoorwaarden : 10.000 exemplaren van *De vier Evangeliën* van *Weber* aan 0.55 fr. en 10.000 exemplaren van het *Misboekje* van *E. H. Vandenbussche* aan 0.15 c. Het berek van *Geloofsonderricht* hoopt welhaast het plan te kunnen uitvoeren godsdienstige boeken, onder de besten gekozen, aan voordeelige prijzen of zelfs onvergeld ten dienste der Bibliotheken op te sturen. — Dit laatste zal ons zooveel te doenlijker zijn, indien edelmoedige zielen voortgaan, zooals het bijzonderlijk vóór den oorlog het geval was, milde giften ten voordeel van *Geloofsonder-*

richt te storten. Deze giften immers waren vóór den oorlog zóó aanzienlijk dat er mogelijkheid geweest is, buiten eene som van 12.790 fr. 69 gebruikt voor verscheidene katholieke propaganda-werken, eene som van 91.525 fr. 12 uit te geven voor het bouwen en inrichten van het *Retraiteńhuis* te Rousselare. — Sedert zijn ontstaan ontving en verbruikte *Geloofsonderricht* eene globale som van 285.500 fr.

Wij meenen dat deze korte samenvatting van den toestand en de werking onzer Vereeniging niet zonder belang zal zijn voor onze vele ijveraars, — en hopen dat het voor hen en iedereen een nieuwe spoorslag zal zijn om met vereenigde krachten mede te werken tot al het goede dat onze Vereeniging kan teweegbrengen.

Geloofsonderricht.

De oratione " Obsecro te "

Attentionem confratrum in sacerdotio provocamus ad sequentem orationem quæ invenitur inter preces utiliter usurpandas post ss. Sacrificium Missæ. Ditata est indulgentia trium annorum in favorem omnium sacerdotum qui eam recitant post celebrationem (1). Imo recitanti eam flexis genibus, conceditur remissio defectuum et culparum in celebratione Missæ ex humana fragilitate contractarum (2).

« Obsecro te, dulcissime Domine Jesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar; vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter ; aspersio sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum ; mors tua sit mihi (vita indeficiens, crux tua sit mihi) (3) gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exultatio, sanitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen ».

A. L.

---

(1) Concessit Pius IX, 11 Decembris 1846, confirmavit Pius X, 27 Augusti 1912.

(2) Pius X, 29 augusti 1912. Eadem igitur est efficacia hujus orationis ac orationis « *Sacrosanctæ* » post recitationem officii divini usurpatæ. *Acta Apost. Sedis* t. IV, p. 642. Cfr Beringer-Steinen, *Die Ablässe*, ed. 15, p. 299.

(3) Hæc verba inter parenthesim posita deficiunt in pluribus editionibus : utrique formæ eadem efficacia concessa est. *Decret. s. Officii*, 26 februarii 1913. *Acta Apost. Sedis*, t. V, p. 123.

Notæ Bibliographicæ

Manuale Divini Officii ad usum ecclesiarum parochialium, cum cantu gregoriano ex editione Vaticana et libris solesmensibus excerpto. (Editio rhythmicis signis ornata). Romæ-Tornaci, Desclée et Socii, 1920. In-18, 800 p. F. 6,50.

Ce manuel contient le *Kyriale* complet, les Messes et Offices des *principales* Fêtes ; la Messe des Morts et les chants des Funérailles ; ceux des fonctions spéciales pendant l'année ; le Psautier entièrement noté ; les hymnes du Temps et des Saints pour toute l'année ; les Vêpres et Complies du Dimanche ; les Vêpres des Principales Fêtes de la Ste Vierge ; des chants pour les Saluts et diverses circonstances etc.

Manuel de l'Office Divin à l'usage des paroisses. Un volume de 880 p. F. 6,50.

Édition française du volume précédent. On y a ajouté les règles de la prononciation romaine du latin, les prières du matin et du soir, pour la confession et la communion, l'Ordinaire de la Messe en latin et en français, le Chemin de la Croix.

Manuale Missæ et Officiorum, cum cantu gregoriano signis rhythmicis ornato. Un volume in-18, de 606 p. F. 5,50.

Édition abrégée du *Manuale Divini Officii*. On n'y trouve pas notamment le Propre et les Vêpres des principales Fêtes.

Manuale de la Messe et des Offices. Édition française du volume précédent, de 666 p. F. 5,50.

On y trouve également les règles de la prononciation romaine du latin, etc.

Cantus Divini Officii præcipui, cum cantu gregoriano et signis rhythmicis. Un volume in-18 de 486 p. F. 4,75.

Petit Manuel paroissial contenant 8 messes du *Kyriale*, les Séquences, la Messe des morts et les chants des Funérailles, les Processions des Rameaux, des Rogations, du S. Sacrement, les Vêpres et Complies du Dimanche, les Psaumes notés et les Hymnes du Temps et des Saints pour tous les Dimanches et les principales Fêtes, les Vêpres de la Sainte Vierge, etc.

Chants principaux de l'Office paroissial, 508 p. F. 4,75.

Le même que le précédent avec les titres et explications en français. On y a ajouté les règles de la prononciation romaine du latin, le texte français de l'ordinaire de la Messe.

Officium Vespertinum, Cantus præcipui ad Vesperas, Completorium et Benedictionem S. Sacramenti, cum cantu gregoriano et signis rhythmicis. Un volume in-18 de 300 p. F. 3,25.

L'Office du Soir. Édition française du précédent, de 300 p. F. 3,25.

Nous nous plaisons à annoncer et à recommander à nos lecteurs ces belles éditions de la Maison Desclée. Elles se distinguent par le fini de leur exécution typographique, le choix et la richesse de leur contenu.

Bogaerts. C. SS. R. *Examen hermeneuticum et juridicum de versiculo « Benedictus » in Missa cantata*. Editio recognita et aucta. Insulis, Desclée, De Brouwer et Soc., in-8°, 1920, 48 p.

Cf. Decretum S. C. Rit., 14 jan. 1921, ap. *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 248 s.

L. Veuillot. *Pages choisies* avec une introduction, des notices et des notes par Jos. Lefever et Ed. Lombaerts, 3e mille. Anvers, Veritas, 1921, in-12, xxv-219 p.

Une excellente introduction, œuvre posthume de M. l'abbé Lefever, retrace la vie de Louis Veuillot, fait connaître ses œuvres et apprécie l'homme et l'écrivain. Les pages judicieusement choisies sont groupées sous diverses rubriques : *vie, littérature, poésies, polémique, correspondance*. En appendice la nomenclature des œuvres de Veuillot et des références bibliographiques.

Nous recommandons chaudement cette publication, entreprise à l'honneur de l'incomparable écrivain que fut Louis Veuillot. Puisse-t-elle trouver la plus large diffusion comme livre de prix, livre de bibliothèque et comme ouvrage classique, pour le plus grand bien moral et littéraire des collégiens !

Salsmans, S. J. *De Index en de kerkelijke boekenwetten*. Brussel, Standaard-Bibliotheek, 1921, in-12, 100 bl. F. 3,50.

Met veel genoegen bevelen wij het boekjen aan van den zeer geleerden P. Salsmans. Geschreven ten behoeve der priesters en ontwik-

kelde kristenmenschen bevat het niet enkel het hoofdzakelijke maar al hetgeen hoeft geweten over boekencensuur en boekenverbod. Opwerpingen tegen de boekenwet worden bondig en stevig weerlegd; de kerkelijke wetgeving met veel duidelijkheid en nauwgezetheid verklaard; allerhande praktische toelichtingen gegeven, zoo, b. v., de lijst der voornaamste bij name veroordeelde boeken.

Dit wetenschappelijk boek zal veel bijdragen tot ontwikkeling van priesters en leeken en tot behoud van geloof en zeden.

Hoornaert S. J. *Vos lectures.* Bruxelles, Action catholique, 1921. — F. 1,25.

On peut affirmer sans crainte de démenti qu'il n'existe pas de meilleur tract sur les ravages des mauvaises lectures que le présent opuscule du R. P. Hoornaert. Style vigoureux et attrayant, solidité de doctrine, arguments à l'emporte-pièce, connaissance des productions littéraires les plus actuelles, réponses incisives aux objections courantes, tout concourt dans cette œuvre à impressionner profondément le lecteur Les prescriptions du droit naturel comme celles du droit positif sont exposées avec autant de clarté que d'exactitude. Combien la diffusion de cette brochure ferait du bien à nos jeunes gens qui trop souvent se croient le droit de tout lire ! Ces pages sont également de nature à éclairer les parents sur le devoir qu'ils ont de surveiller et de diriger les lectures de leurs enfants.

Vermeersch-Creusen, *Epitome juris canonici cum commentariis ad scholas et ad usum privatum.* T. I. Libri I et II codicis jur. can. Mechliniæ, Dessain, 1921. In-8°, XII-392 p. — F. 12.

Quod intenderunt eruditissimi auctores, nempe novi codicis canones proprie dicta interpretatione illustrare et, non dissimulatis difficultatibus, quæstiones eorum occasione obortas dissolvere, feliciter ad finem duxerunt.

Cujus operis majorem partem curavit R. P. Vermeersch, commentarium scribendo *Normarum generalium* (p. 1-82) et partis secundæ libri II codicis, sc. *de religiosis* (p. 185-392); reliquam partem hujus libri interpretatus est R. P. Creusen.

Perlustranti varia quæ hucusque de novo jure canonico prodierunt commentaria, statim apparet pleraque vel tantummodo exscribere vel insufficienter interpretari codicis canones, dum praesens opus, systematice componens varias juris præscriptiones, eas receptæ doctrinæ lumine interpretatur, solutis dubiis explanat et ad consectaria particularia cogit.

Quod ab aliis absque explicatione relinquitur, hic accurate et solide solutum reperies, potissimum ubi explicantur normæ generales et canones de religiosis.

Salvo meliori judicio pars prior libri II de personis paulo longiorem tractationem merebatur Utiliter etiam addi poterant huic libro ut ad usum scholarum et ad usum privatum perfecte accomodaretur, breves notæ historicæ, bibliographia aliquantisper copiosior et etiam locupletiores explicationes quibus connexio inter antiquum jus et novam disciplinam magis elucescat. In sat multis locis concisio locutionis claritati expositionis nocere videtur.

Quibus non obstantibus, hoc opus scientia et eruditione præstans utrique clero sæculari et regulari summopere commendatum volumus.

A. De Meester.

J. Riché. *Capitalisme et Communisme.* 1 vol. in-8°, Paris, Téqui, 1921.

Le volume que nous recensons ici ne contient à vrai dire qu'une série de 14 discussions en forme dialoguée sur les grandes questions sociales actuelles, entre un communiste, un démocrate chrétien et un indifférent. Le démocrate, qui tient le bon bout, rive son clou au bolcheviste durant 260 pages, au sujet du capital et du travail, de la révolution, du socialisme, des réformes économiques, de la morale même et de la politique ; l'indifférent n'est là que pour marquer les points et faire de temps en temps une pirouette.

Il y a beaucoup de bonnes choses à glaner dans ce volume, pour l'apologie courante des saines idées démocratiques, et pour la polémique de vulgarisation. La forme dialoguée qu'a choisie l'auteur donne d'ailleurs à l'exposé une tournure généralement alerte ; et quant aux arguments, ils sont de bon aloi ; et sans prétendre épuiser la matière, vont droit au fond des choses.

E. Hosten.

C. M. Van Sante. *Psalmi e textu originali critice emendato translati in linguam latinam ac symmetrice dispositi, cum indicatione structuræ et ictuum, argumento singulis canticis præmisso notisque criticis in extremo libro*, Proost, Turnholti, MCMXXI.

In hoc opere doctissimi Patris Van Sante, congr. Cordis Immaculati B. M. V., seu Missionariorum de Scheut, habes primo præfationem (pp. 7-12), in qua A. suam exponit sententiam circa symmetricam et metricam psalterii aliorumque Veteris Testament ilibrorum dispositionem. Quæ explicatio, modo valde compendioso tradita, non paucis lectoribus aliquatenus ænigma sonabit ; cæteroquin in opere scriptò absoluto sed nondum typis mandato, ulteriores reservat A. explicationes circa has difficiliores et inter doctos tamdiu jam disputatas quæstiones. — In fine libri (pp. 162-183) habes notas criticas quibus A. varias emendationes quas textui massoretico afferendas judicavit demonstrare

conatur. — Tandem ipsa operis præcipua pars (pp. 13-161) ea est in quà, singulis psalmis præmisso eorum brevi argumento, exhibetur latine translatus ille textus quem A., ex præviis suis studiis et inquisitionibus criticis, originalem fuisse arbitratur. — Speramus fore ut hoc doctissimum opus, et in specie hæc psalmorum nova translatio, incredibili certe labore et cura confecta, sacerdotibus nostris ad psalmorum intelligentiam magnam utilitatem afferat : quod quanti momenti sit, spectata potissimum quotidiana recitatione sancti Officii, nemo non videt.

E. Tobac. *Les Prohètes d'Israël*, Van In, Lierre, 1919 et 1921. XVI-312 et 616 pp.

Voici un ouvrage que nous nous empressons de recommander chaleureusement à nos lecteurs. Il est incontestable que, si parmi tous les livres de l'Ancien Testament les écrits prophétiques sont des plus captivant, tant au point de vue littéraire et critique que sous le rapport de la doctrine et du sentiment, ce sont malheureusement ces pages-là qui sont aussi les plus difficiles à comprendre. Or l'ouvrage de M. Tobac que nous avons le plaisir de recenser ici facilitera singulièrement la besogne aux lecteurs studieux et leur permettra de la sorte de goûter bien plus profondément la beauté et la richesse de ces écrits prophétiques. L'Auteur en effet, après une remarquable étude sur le Prohétisme en général au pays d'Israël et sur la distinction entre le Prophétisme professionnel et les Prophètes de vocation personnelle, aborde l'étude des Prophètes en particulier ; et son ouvrage à ce point de vue est complet. Il prend d'abord un à un tous les Messagers du Très-Haut que nous voyons défiler au cours des siècles dans l'histoire d'Israël, et qui vraisemblablement n'ont pas consigné par écrit le contenu de leurs prédications, ou du moins dont les écrits ne nous sont pas parvenus : on les appelle pour ce motif les Prophètes-orateurs. Ensuite l'Auteur aborde l'étude des écrits des grands et des petits Prophètes contenus dans la Bible ; seuls Daniel et Baruch sont réservés pour une publication ultérieure. Chaque Prophète est situé d'abord dans le milieu dans lequel il a vécu et exercé son ministère. Pareil aperçu est en effet indispensable pour l'intelligence des écrits prophétiques ; car d'ordinaire ceux-ci se présentent dépourvus de leur cadre historique, et bien souvent ils accolent les uns aux autres, sans distinction, voire même sans ordre chronologique, des oracles répondant à des circonstances absolument différentes. Après cette introduction, l'Auteur analyse à chaque fois le livre lui-même, séparant nettement les différents oracles qui s'y rencontrent, et discutant les questions d'authenticité et d'interprétation qui s'y rapportent.

L'ouvrage de M. Tobac n'est pas un commentaire proprement dit ; mais tel qu'il est, avec sa clarté de vues et de conception, avec les sens historique et critique dont il fait preuve, et la maîtrise dans l'exposé qui le distingue, il mérite le titre de guide dans l'étude des Prophètes.

A. Vander Heeren.

Th. Pègues, O. P , *Commentaire français littéral de la Somme Théologique de saint Thomas*, IX, *La loi et la grâce*, Paris, Téqui, 1914 — Gr. in-8°, xi-765 p. — Pr. 10 frs, majoration non comprise.

Le commentaire français littéral du R. P. Pègues, a pour *but* de faciliter l'étude de la « Somme » dont le texte latin, et surtout la méthode et le style, auxquels beaucoup de lecteurs modernes ne furent plus initiés, peuvent aisément rebuter les meilleures volontés. L'auteur s'efforce de donner avant tout la doctrine de s. Thomas, expliquée au besoin par s. Thomas lui-même ; son commentaire vise à souligner la pensée du maître ; à mettre en relief la connexion qui existe entre les différentes questions ; à résumer l'enseignement du s. docteur ; parfois à montrer l'actualité de l'une ou l'autre solution proposée déjà par s. Thomas.

Le présent volume du commentaire contient les dernières questions de la Prima Secundae, depuis la question 90 jusqu'à la question 114. Ces vingt cinq questions constituent le double traité de la loi et de la grâce : le premier traité comprend dix neuf questions (90-108) ; le second n'en comprend que six (109-114). Ceci s'explique du fait que s. Thomas examine une foule de problèmes, rattachés par les auteurs modernes au traité de la grâce, dans divers autres traités ; ainsi notamment les questions relatives à la prédestination et à la motion divine. Il faut remarquer en outre que les controverses sur la grâce, au XVIe siècle, ont démesurément allongé certaines questions ; « il importe d'autant plus », comme le dit très bien le R. P. Pègues dans son Avant-Propos, et il est d'autant plus utile et agréable « de retrouver dans toute leur pureté les premières lignes tracées d'une main si sûre par le génie de Thomas d'Aquin ».

Il suffira de transcrire une page du bel ouvrage du R. P. Pègues, pour donner une idée exacte de *sa méthode*. D'abord il ne sépare pas texte et commentaire, mais tout en les mêlant dans les mêmes alinéas, et parfois dans les mêmes phrases, il distingue soigneusement en usant de nombreux guillemets, la parole du maître de son interprétation propre ; il indique entre parenthèses les références exactes, là où s. Thomas se contente d'un renvoi général ; de plus il marque, quand le s. docteur a varié dans son opinion, quelles sont d'après lui les différentes étapes parcourues ; enfin il fait ressortir l'importance de la solution donnée et la répercussion qu'elle pourrait avoir dans d'autres traités.

A la question 110e, s. Thomas traite de la grâce de Dieu quant à son essence, et à l'article 2e il se demande si la grâce est une qualité de l'âme. Après les objections d'usage et l'argument « sed contra », le s. docteur, se référant à la conclusion de l'article précédant, explique d'abord comment « le don de la grâce est une certaine qualité » (p. 595), puis après la réponse aux deux premières difficultés, le commentaire continue (p. 597) :

« L'*ad tertium* complète encore cette lumineuse doctrine. " Ainsi que le dit Boèce (ou plutôt un anonyme relatant les pensées des philosophes empruntées à Aristote), *l'être de l'accident est de n'être qu'en adhérant*. Aussi bien n'est-il aucun accident, qui soit dit être, comme si lui-même avait l'être, mais en raison de ce que par lui quelque chose est ; et voilà pourquoi l'accident est plutôt appelé *chose de ce qui est*, que *chose qui est*, comme il est dit au septième livre des *métaphysiques* (de s. Th., leç. 1 ; Did., liv. VI, ch. 1, n. 3). Et parce que le fait d'être fait ou de se corrompre est le propre de ce qui a l'être, il s'ensuit qu'il n'est aucun accident qui à proprement parler soit fait ou se corrompe ; mais il est dit se faire ou se corrompre, selon que son sujet commence ou cesse d'être actuellement selon cet accident. C'est aussi de cette manière, que la grâce est dite être créée, parce que *les hommes*, en raison d'elle, *sont créés*, c'est-à-dire constitués dans un être nouveau, *de rien*, c'est-à-dire non point en vertu de leurs mérites, selon cette parole de l'Epître *aux Ephésiens*, ch. II (v. 9) : *Créés dans le Christ Jésus dans les œuvres bonnes* ". — Nous ne saurions trop souligner l'importance de cette réponse. Ici, saint Thomas expose et tranche définitivement en maître, un point de doctrine imparfaitement résolu jusque-là dans l'École ».

Donnant ensuite la solution que s. Thomas avait proposée dans le *Commentaire sur les Sentences*, liv. IV, dist. 1, Q. 1, a. 4, q. 1 et dans les *Questions disputées de la Vérité*, q. 27, a. 3, ad 2um, le R. P. Pègues conclue que la pensée du docteur angélique a évolué ; qu'elle s'est fixée progressivement. « Ici, dans la *Somme* », continue-t-il (p. 598), « il ne fait plus aucune mention de cette opinion (concernant la nature de la grâce, qui était communément admise auparavant). Il enseigne en maître et formule la vérité dans sa teneur pure et simple. Désormais, la question devra, à ses yeux, être tenue pour définitivement tranchée ». Pour finir, l'A. indique d'un trait les conséquences qu'aura pareille doctrine, dans la Tertia Pars, où sera donnée la théologie des sacrements.

Nous ne voulons pas discuter les conclusions du R. P. Pègues concernant la causalité des sacrements ; cette controverse d'ailleurs relève d'un autre traité ; nous avons voulu mettre en évidence la méthode de l'A. et il semble bien que le R. P. Pègues arrive par ce procédé à la fin, qu'il s'était proposée. A l'aide de son commentaire qui lit plus facilement s. Thomas, et en même temps on apprend à voir bien des choses qui échappent forcément à quiconque n'a pas l'usage assidu et prolongé de la Somme.

En ajoutant de temps en temps des vues qui lui sont personnelles et qui débordent du commentaire proprement dit, l'A. force le lecteur à la réflexion ; il l'oblige au moins à revenir au texte du s. docteur et de la sorte il arrive encore au but qui domine tout son ouvrage : faire aimer le prince des théologiens en faisant aimer et admirer son œuvre.

H. Lamiroy.

Collationes Brugenses

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PIO XI

IN SUMMUM PONTIFICEM ELECTO

BEATISSIME PATER,

Redux in Belgium id primum curavi ut meos ibi Venerabiles Collegas certiores facerem de intimis animi sensibus, quos expertus sum, tum per sacros dies in Conclavi Vaticano velut in altero Cœnaculo transactos, tum in fausta electione Sanctitatis Tuæ atque in solemni, quæ mox secuta est, in Basilica Vaticana, Coronatione.

Nunc autem, quotquot sumus in Belgio Episcopi, ad Tuum, Beatissime Pater, solium reverenter accedentes, primum omnium Deo impensas agimus gratias quod in persona Tua tam eximium dederit Ecclesiæ universæ Caput et Rectorem ; tum Tibi ipsi sincere gratulamur ad tantam dignitatem evecto atque obsequium deferimus omnimodæ nostræ devotionis, venerationis et obedientiæ ; simulque preces Tibi nostras ad Deum pollicemur assiduas quibus par existas sustinendo Pontificatis Romani ponderi, in his præsertim quæ nunc decurrunt calamitosis temporibus, gravissimo.

Quos vero fovemus erga Te, Beatissime Pater, pietatis sensus, eosdem nutrit Clerus omnis noster et quotquot in Belgio Catholici sunt, quorum devotio in Sedem Apostolicam et Pontificem Romanum universo innotescit orbi.

Brevi, etiam, Beatissime Pater, in Tuum prodibit conspectum celsissimus et apprime nobis dilectus Belgarum Rex, ex cujus ore iterum audies quæ et quanta sit totius nationis Belgicæ in Te devotio, pietas atque observantia.

Divina Providentia in Te, Beatissime Pater, Pontificem nobis dedit, qualem vota totius Ecclesiæ implorabant : iis nempe dotibus copiose instructum, quibus hodiernam

rerum conditionem, ubique tantopere conturbatam, ad meliorem posses ordinem reducere. Huc profecto efficaciter conferet non solum insignis Tua in Deum pietas zelusque quo ferves in animarum populorumque salutem, verum etiam vasta qua polles scientiarum et linguarum eruditio, et amplissima, quam acquisivisti rerum hominumque experientia. His accedit immensa tua, quæ totum complectitur genus humanam, benevolentia et caritas, qua actus, amabile Pii nomen assumere voluisti, atque Urbi et Orbi benedicens, populis omnibus pacem genuinam a Christo Domino terris allatam ex animo adprecatus es.

O tribuat Tibi, Beatissime Pater, divina Providentia diuturnos in Pontificatu annos, eosque felices qui pacem veram videant ubique restitutam, odia et discordias inter se civium extinguant, Ecclesiæ Dei libertatem et fecundum ubique apostolatum afferant, fidem denique catholicam latius in dies propagent apud tantam hominum multidudinem qui adhuc in umbra mortis sedent et misere contabescunt.

Nos autem Episcopi cum Clero ac populo fideli Tecum, Beatissime Pater, arcte semper conjuncti, pios tuos conatus omni ope simul et nostris precibus constanter adjuvabimus, speciatimque a sacerdotibus Missæ celebrationem, a fidelibus sacram communionem ad intentiones Summi Pontificis Pii XI habendam, absque mora expostulabimus.

Interim, pedibus Tuis advoluti, nobis et venerabili nostro Clero ac Fidelibus omnibus curæ nostræ concreditis Benedictionem Apostolicam imploramus.

Sanctitatis Tuæ,

humillimi et addictissimi filii

(s.) D. J. Card. Mercier, Arch. Mechlin.
(s.) Gustavus, Episc. Brugen.
(s.) Martinus Hubertus, Episc. Leodien.
(s.) Amedæus Maria, Episc. Tornacen.
(s.) Æmilius Joannes, Episc. Gandaven.

Mechlinæ, die 21ª Februarii 1922 (1).

---

(1) Reverendissimus D. Episcopus Namurcensis hoc tempore, absens a Belgio, Romæ morabatur.

Dilecto filio nostro
Desiderato Tit. s. Petri in Vinculis
S. R. E. Presb. Cardinali Mercier
Archiepiscopo Mechliniensi
ceterisque Venerabilibus Fratribus
Belgarum Episcopis

PIUS P.P. XI

Dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres,
salutem et apostolicam benedictionem.

Inter præclaras amoris et obsequii significationes quæ Nobis ad Pontificatus apicem, inscrutabili quidem Dei consilio, evectis oblatæ sunt. præcipua quadam lætitia animum Nostrum affecerunt officiosæ litteræ a vobis conscriptæ ; ex iis enim coniunctos vos esse persensimus cum in professione pietatis erga Jesu Christi Vicarium tum in iis cœptis urgendis quæ ad Ecclesiæ sanctæ emolumentum in isto regno feliciter conferant. Quamobrem paterna sane caritate hæc officia atque studia rependimus ; rogantes simul ut divinam opem conciliare Nobis pergatis, quo Nos, pro Apostolico munere, rem catholicam, tam multis afflictatam ruinis omne genus, cotidie magis ad optabilia incrementa provehamus. In hanc causam magnopere equidem, post Deum, pastorali ei sollertiæ confidimus qua vos in exemplum nitere consuevistis. Quoniam vero propediem auspicato continget ut carissimus in Christo Filius Noster Albertus, Bel-

garum Rex illustris, una cum Regina serenissima almam hanc Urbem petat, libenti plane animo eos excepturi: id fore pro certo habentes ut fausto eventu ea firmentur arctius necessitudinum vincula quæ genti isti nobilissimæ cum Sede Apostolica, in bonum catholicæ civilisque rei, jam diu intercedunt. Atque opportuna auxilia a benignitate Dei precantes, ut quantocius patria vestra, e recenti jactura emergens, prosperitatem pristinam, præfulgente religione avita, adispiscatur, quasi nuntiam cælestium donorum itemque peculiaris benevolentiæ Nostræ testem, vobis, dilecte Fili Noster et Venerables Fratres, cunctoque clero ac populo vigilantiæ vestræ concredito, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die VII Martii, in festo s. Thomæ Aquinatis, MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo

PIUS P.P. XI.

Analecta ascetica et mystica

Inter analecta nostra ut præconia quædam gloriosæ Virginis Mariæ, Matris Dei, non deessent, decere arbitrati sumus. Unde quosdam sermones nunc de Beata Virgine adjicimus ; tales autem selegimus quæ et vitam contemplativam præprimis respiciunt, et eleganter conscripti sunt, neque alias facile occurrent legendi. Id quoque haud ingratum erit lectori auctorem eorum Gulielmum Bibaucum, virum admodum religiosum et doctrina sacra apprime imbutum esse conterraneum nostrum, Thileti in Flandria natum, cujus brevem vitæ notitiam nunc subjicimus, ex epistola dedicatoria Iudoci Hessi Carthusianæ domus in Erphurdia Prioris, primæ Sermonum Bibauci editioni, a. 1539, præmissa :

« Flandriæ honesto et splendido loco natus fuit, [videlicet Thileti (1)] ; puerque admodum cum vix annos novem natus esset, parentum studio et diligentia Lovanium (ut ibi literas disceret) est missus. Neque enim vel id ætatis propter summam ingenii docilitatem immaturum censebant, qui in celeberrimo illo literarum domicilio politioribus disciplinis animum excoleret. Celeriter vero omnibus artibus, quibus puerilis ætas imbui solet, ita profecit ut æquales suos omnes doctrinæ laude longe præstaret. Ingenio acri et vehementi præditus, memoria vero tanta fuit, ut ad ea tollenda quæ animo semel insedissent diuturnitas temporis vix aliquid valeret.

Theologiam et eos scriptores qui de divinis rebus tractant omni ætate coluit... Ad hæc adjuvabat temperantia summa in victu et in omni vita. .

Quam vero doctrina et eloquentia, sermonis elegantia, verborum pondere sententiarumque gravitate inter hujus sæculi [XVI^i] scriptores præstiterit ejus orationes ad venerabiles patres Carthusiæ [quarum aliquas infra exscripsimns] testantur (2) : in quibus interdum sedati

(1) Uti addit Theod. Petreius, in *Bibliotheca Cartusiana*, Coloniæ, a. 1609, pag. 117.

(2) Quæ in singulis pene Ordinis domibus omnium manibus teruntur, teste Petreio, l. supra cit.

amnis more labitur, modo paulum assurgens, modo sine ullis salebris quasi torrens pro rei qualitate decurrit incitatior. Quam fluunt suaviter hujus orationes ; quam est hic nihil coactum, quam sunt omnia facilia, nihil hic durum, nihil scabrum, nihil tenebrosum. Candidus est, argutus, latinus.

Adulta jam ætate ad summos quidem honores et dignitates pervenerat beneficio principis, cujus liberos mira dexteritate ut literis ita bonis moribus ad humanitatem instituerat. Verum ipse putans tempus adesse ut animæ etiam suæ consuleret, spretis divitiis, spretis honoribus, relicta domo rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ conversationis habitum quærens, Carthusianæ familiæ se addixit (1). Cujus sodalitii summus Monarcha non longo post tempore factus... »

Obiit in majori Carthusia, 24 Julii 1535 (2).

De Assumptione Beatæ Mariæ. Sermo primus.

In omnibus requiem quaesivi. *Eccli.* XXIV.

Gloriosissimam Mariæ Virginis Dei et hominis genitricis Assumptionem hodierno die celebrantes, quia propter nostram insufficientiam illius excellentiam congruis illam laudibus attollere non sufficimus, omni qua valemus pietate nos decet illam venerari : digna nempe est cui post Deum nostras primum preces humiliter offeramus. Hodie enim super choros Angelorum e terris assumpta, et a dextris, hoc est, in potioribus bonis Filii sui materno jure sibi sedem vindicavit. Ad illam igitur totis animorum nostrorum desideriis accedamus, ut de illo supercœlestis

(1) Nempe in domo Carthusiana Vallis regalis, prope Gandavum, circa a. 1500 ; (quod quidem cœnobium anno 1577 ab hæreticis fuit funditus eversum). Postmodum fuit assumptus in Priorem domus Hollandiæ, prope montem S. Gertrudis ; unde anno 1521 electus est in majoris Carthusiæ Priorem, totiusquæ Ordinis generalem. Vid. Petreium, *Bibl. Cartusiana*, loc. jam cit. Et cf. eumdem in Notis ad *Chronicon Cartusiense* Petri Dorlandi (Coloniæ, a. 1608) pag. 101 (Nota ad cap. XXVI Dorlandi).

(2) Uti notat Petreius, *Bibl.*, p. 120.

fonte aliquod stillicidium gratiæ ejus meritis omnibus nobis impertiatur. Gabrielis igitur oraculo illam veneranter salutemus dicentes : Ave Maria, gratia plena.

In omnibus requiem quæsivi. (ut supra).

Hodiernæ solemnitatis gaudia, devotissimi patres, quamvis ab omnibus pie Christum profitentibus communi lætitia sint veneranda, nobis tamen abundantiori mentis jubilo ea celebrare convenit quod, spretis mundi hujus tumultibus, quisque nostrum cum propheta decantare possit : *Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine, expectans eum qui salvum me faciat a spiritu pusillanimitatis et tempestate* (1). Totus enim mundus iste in maligno positus est et simultatibus abundat. Surgit gens contra gentem et regnum adversus regnum. Non est vel unus qui requiem quærat. Pax et concordia relegatæ videntur. Charitas Dei emoritur quotidie propter temporis hujus malitiam. Amor proximi in quam nescio regionem peregrinatur. Verendum satis ne fera pessima devorarit illum. Nos autem quibus adhærere Deo bonum est et pristinæ conversationis prava tunica nos expoliamus, qui lavimus pedes nostros et animalis vitæ sordes abstersimus, qui omnem vanam sollicitudinem in Christum projecimus et cum Maria Virgine in omnibus requiem quærere decrevimus, hunc solemnissimum diem quanta possumus animi devotione celebremus, ut aliquando in illam regionem transeamus de qua Apostolus *ad Hebræos* (2) scribit dicens : *Festinemus ingredi in illam requiem*, nos qui credimus. Siquidem relinquitur sabbatismus hic populo Dei, hic est requies illa quam oculo futurorum præsago videbat castissimus Rachelis amator Jacob et Isachar filio suo affuturam pronuntiabat : *Isachar* (inquit) *azinus fortis vidit requiem quod esset bona et terra quod esset optima* (3). O terram optimam, beatus qui eam

(1) Ps. LIV, 8-9.
(2) IV, 11.
(3) *Gen.*, XLIX, 14-15.

habitare meruerit et pasci in divitiis ejus. O requiem bonam, ubi nulla molestia, ubi nullus timor, ubi nullus concipiscentiarum malarum insultus mentem exagitat. Sane beatus est qui potest vel ad horam omnium præsentium malorum oblivisci et vere requiem vel in modico prælibare. Beatior autem ille est qui in summæ tranquillitatis requie omne mentis suæ desiderium collocavit. Bonum quidem est elongari a malo, multo tamen melius immo quid optimum est summo illi bono inhærere. In hoc est requies illa, quam quæsivit in omnibus et invenit superbenedicta virgo Maria, hodie super choros omnium cœlestium creaturarum exaltata : *In omnibus* (ait) *requiem quæsivi.* Vox ista vox Sapientiæ, vox ista si libet audire etiam Ecclesiæ est, vox ista animæ sanctæ est, sed est et vox Mariæ. Sapientia in omnibus requiem quæsivit, sed in solis humilibus eam invenit. Ecclesia in omnibus mundi nationibus requiem quæsivit, sed in solis credentibus invenit. Sancta anima in omnibus requiem quæsivit, sed in solo Deo eam invenit : propterea unam petiit a Domino propheta Domini (1) : *ut requiescam* (inquit) *in die tribulationis* et per spiritualis vitæ exercitia *ascendam ad populum accinctum nostrum.* Maria autem virgo et mater beatissima in omnibus requiem quæsivit, sed hodie eam perfectissime invenit. Antea tamen tribulationem et dolorem invenit et Herodis impii sceleratissimum animum fugit et gladium. In Aegypto latitavit, et tandem post Judaicæ impietatis insidias, postquam doloris gladius animam ipsius transfoderat, postquam varias angustias sustulerat, in sancta assumptione invenit requiem quam quæsivit. Quare datum est illi dicere singulariter : Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Ac si confidenter dicat : Qui creavit me et requievit in tabernaculo corporis mei negare non poterit hodie mihi requiem cœli sui. Perge Maria, perge secura et in bonis filii tui intende,

(1) *Habac.*, III, 16.

prospere procede et regna. Requiem quærebas, requiem invenisti. Qui enim petit accipit et qui quærit invenit et pulsanti aperitur. Primo enim Christus suaviter quievit in tabernaculo corporis tui, postea suavius et diutius in cubiculo cordis tui. Super quem, inquit, requiescam nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? Super quem requiescam nisi super humilem? Et in omnibus requiem quæsivi, sed apud humilem ancillam inveni Non est inventa similis illi in gratia humilitatis. Ideo requievit in ea Jesus Christus, in quo habitat corporaliter omnis plenitudo divinitatis. Beatus, fratres, apud quem Deus requiem invenit Beatus in cujus tabernaculo vel una hora quieverit. Demus ergo operam, patres charissimi, demus operam ut secundum Apostolicam institutionem quieti simus et cum sacratissima Virgine Maria in omnibus verbis et operibus nostris requiem quæramus. Eo nos vocat humilis et mitis magister veritatis Jesus Christus dicens : Venite ad me omnes qui laboratis, luctantes cum affectibus et vitiis quæ militant adversus animam. Venite qui onerati estis lubricæ carnis sarcina. Venite, ait, ad me et invenietis requiem animabus vestris. Requiem, inquam, quæ vos omnibus passionibus altiores faciet. Quæramus in humilitate et timore Domini hanc requiem, quia ipsa est genitrix mansuetudinis, humilitatis magistra, compunctionis comes individua et indulgentiæ impetratrix efficacissima. Ipsa peccatorum speculum in quo lucidissime videt quisque delicta sua. Hanc quærebat divinus ille vates quando dicebat : *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, volabo et requiescam* (1). Hanc dilexit et cum timore Domini quæsivit Helias Propheta et in cœlum assumptus est. Hæc est scala monachorum per quam in civitatem sanctam Hierusalem ascendere poterimus. O requies vere beata, vere dulcis et amica, quæ post tempestatem tranquillum facis, jugum Christi suave et onus ejus leve reddis. Tu es

(1) Ps. LIV, 7.

omnis improbitatis interemptrix Tu es mater religionis, silentii parens, amica pacis, charitatis conservatrix et omnium virtutum cooperatrix. Tu es ager ille cui benedixit Dominus, qui tuis cultoribus fructus profers optimos. Tu es illa pars optima quam elegit illa quæ, ab omni strepitu vitiorum, ab omni sollicitudine terrenorum aliena, sedebat ad pedes Jesu et audiebat verbum illius. Hæc est requies quam quæsivit in omnibus et invenit virgo Maria, mater Jesu, super omnes et in omnibus benedicta. Hanc laudemus, hanc veneremur, hanc invocemus ut ejus meritis et interventu in omnibus requiem quæramus et quærendo non deficiamus. Perseveremus autem. Nam quærenti et perseveranti requies vera est promissa, locus nobis solitarius a Deo concessus est. Cellam quasi cœli secretum possidemus. Id tantillum temporis quod superest pietatis operibus impendamus. Nam pietas ad omnia valet, promissionem habens vitæ quæ nunc est et futuræ. Præsentis vitæ requies, quam spiritali otio hic prægustamus, æternæ quietis satietatem nobis promittit. Hanc nobis impetret beata Dei genitrix, cujus hodie requiem celebramus, ab eo qui requievit in tabernaculo cordis et corporis ejus : ipse est requies æterna, Jesus Christus, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat super omnia Deus. Amen.

De eadem solemnitate. — Sermo secundus.

HÆC REQUIES MEA IN SECULUM SECULI : HIC HABITABO QUONIAM ELEGI EAM (*Psalm.* CXXXI).

Gloriosissimam Mariæ Virginis etc. (ante primum Sermonem hujus solemnitatis).

Hæc requies mea in seculum seculi etc. loco præalleg.

Hodiernæ solemnitatis memoriam, venerandi patres, summa nos congruit pietate celebrare. Festivus etenim nobis esse debet dies iste, in quo Unigenitus Dei Patris Jesus Christus Mariam Matrem suam dignissimam æternæ vitæ et immarcessibilis gloriæ fecit cohæredem.

Stipatus namque candidato innumerabilium Angelorum exercitu, dulcissimæ suæ genitrici de mundi hujus ergastulo emigranti dulcissimus occurrit Filius, ac super omnem creaturam, perenni felicitate donatam ad dexteram suæ majestatis collocavit, impletaque est hodie scriptura in oculis nostris quam figurali sub umbra aliquando legimus Hodie enim non mysticus sed verus David, Jesus Christus, et omnis Israel cum eo arcam testamenti divini in civitate David cum gaudio deduxit : hoc est, Mariam Virginem Dei et Hominis genitricem, veram arcam in qua novem mensium spatio, Jesus Christus, verum manna aliquando fuit absconditum, cœlestis militia super cœlos cœlorum provexit. O jucundum et desiderabile tanti occursus spectaculum. Festiva nimirum et omni tempore admirabilis ac tantæ gratulationis et exultationis novitas, quæ non solum ineffabili cœlum afficit gaudio, sed quousque terrigenas et filios hominum multa gratiarum inundatione perfudit. Unde non immerito inter præclara ipsius Mariæ solemnia hæc una omnium censetur præcipua, et proinde a nobis abundantiori spiritus tripudio veneranda. Quanto enim figuram veritas, quanto plena visio specularem excedit contemplationem, tanto præsens solemnitas ceteris est eminentior. O felicem animam quæ ab hujus mortalis et perituræ vitæ ardoribus, periculis atque sudoribus ad beatissimum supernæ felicitatis refrigerium demigravit, et in sinu Abrahæ omnium malorum timore sublato requiescit. Hæc est requies felicissima, carens morte, vacans fine, ubi continuus sine nocte dies, ubi claritas perpetua et tenebræ non sunt ullæ. Hanc in omnibus quæsivit et invenit beata Maria Dei Genitrix et Virgo. Unde pleno cordis gaudio hodie cantare meruit : Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Quid enim aliud quæreret, quid aliud desideraret in terris quam requiem et sabbatismum qui relinquitur populo Dei ? Quid inquam affectaret, quæ nihil amabat terrenum, cui nihil sapiebat transitorium, sed

tota animi virtute cupiebat dissolvi et ascendere in civitatem illam sanctam Hierusalem, ubi Christus est in dextera Dei sedens, ibique corpore et anima illi addexterari qui nostræ mortalitatis stolam absque peccato de mundissima ipsius carne et purissimo sanguine induere dignatus est. Nihil enim habet hic immundissimus mundus, totus a malignitate absorptus, nisi lamentum, carmen et væ (1). Noverat hoc planissime Mariæ spiritus quæ nihil aliud spirare novit quam quod a Spiritu Sancto, quo plena erat, prius hauserat. Noverat hoc sanctissima ipsius anima. Si enim anima (ut cuidam dicere licuit) magis est ubi amat quam ubi animat : quis non plenissime prædicet et absque ulla ambiguitatis scrupulo asserat Mariæ animam unico suo Jesu Christo inseparabili amoris glutino adhæsisse ? Apostolo enim adhuc sub corporali sarcina laboranti si dicere licuit : *Nostra conversatio in cœlis est :* quis vel in modico subdubitabit Mariam spiritu continuo inhabitasse ? Quæ Mariæ ad Paulum collatio ? Quæ parilitas ? Illa Dei Genitrix et Virgo, mente et corpore sancta, ante mundi constitutionem præelecta. Ille misericordiam consequutus vocatus est Apostolus, sed corporali necessitate circumdatus et originali sub culpa ingemiscens et pœnam sustinens clamabat : *O infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ?* Maria autem sancta antequam nata, nullius peccati conscia, exultans cecinit : *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Sunt autem generationes cœli et terræ. Et de terra quidem habemus testimonium : *Beata*, inquit Elizabeth, *quæ credidisti : quoniam perficientup in te quæ dicta sunt tibi a Domino.* Ut autem ex ore multorum validius fiat testimonium, alia quædam mulier e media turba sustulit vocem dicens : *Beatus venter qui te portavit et ubera quæ suxisti.* De cœlesti autem generatione celebre habemus testimonium : *Viderunt illam filiæ Sion*

(1) Alludit ad *Ezech.* II, 9.

et beatissimam prædicaverunt. Iterum : *Surrexerunt filii ejus et beatissimam prædicaverunt ; vir ejus et laudavit eam.* Hujus rei gratia cœlestis chorus, veluti ad Mariæ præconia inferior, admirans dixit : *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum ?* Ascendit autem, non triumphalibus subvecta curribus, sed deliciis affluens, et quidem magnis quia spiritualibus, quibus referta ascendit super omne genus humanum, etiam angelicis spiritibus facta sublimior. Magnæ delitiæ : virginitas cum fœcunditate ; majores : gratiæ plenitudo ; maximæ vero : prærogativa gloriæ singularis, qua non solum humanum genus est supergressa sed et ipsos angelos transcendit, et, super omnem cœlestem atque terrestrem assumpta creaturam, pervenit ad illum qui lucem inhabitat inaccessibilem, ubi invenit quem diligit anima sua et assistit nunc vultui Dei pro nobis. Et quidem juste. Videlicet prædisposito honore suo ut perfruatur, et nostræ per eam miseriæ succurratur. Subest enim sibi posse cum voluerit, velle autem semper adjacet illi. Quæ, cum sit regina misericordiæ, ultronea nobis feret auxilium, quia seipsam negare non potest : ut enim mater infantis uteri sui non obliviscitur, ita clientulorum suorum non poterit non recordari patrona tam sapiens, tam fidelis, tam benigna. Quamvis enim aliunde egeni, inopes, miseri simus et miserabiles, in ea tamen parte feliciores credimur quod eam habemus negotiorum nostrorum defensatricem ; summus atque æquissimus judex nihil negare potest, sit quantumlibet caliginosa causa nostra, scriptura id asserente : *Pete* (inquit) *mater mea, neque enim fas est ut avertam faciem tuam* (1). Igitur cum hæc verba vera sint et fidelissima, nos miseri et infelices, quorum vita in exilio, via in periculo, finis in dubio quia in futurum omnia reservantur incerta : nos, inquam, qui per magni maris hujus fluctus procellosasque voragines adhuc navigamus, salutis nostræ por-

(1) Alludit ad Salomonem, 3 *Reg.*, II, 20.

tum a longe salutantes, ad Mariam maris stellam mentis oculos attollamus, illam comprecemur dicentes : O Maria, humani generis prima post Deum spes nostra, refugium nostrum et virtus, adjutrix in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis. O stella maris eximia. O spes omnium finium terræ et in mari longe, nobis inter caliginosas hujus vitæ nebulas tempestuosum pelagus innavigantibus, tua intercessione supernæ felicitatis lumen cordibus nostris infundatur, ne nos absorbeat profundum, ne nos absorbeat tempestas aquæ. Quin potius, in virtute tua fac nos omnes pervenire ad portum quem inhabitas, ut beata illic et plena requie perfruentes mellifluum perpetuæ felicitatis carmen tecum cantemus : Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam ; per gratiam Domini nostri Jesu Christi qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat super omnia Deus. Amen.

De eadem Solemnitate. — Sermo Tertius.

QUÆ EST ISTA QUÆ ASCENDIT DE DESERTO, DELICIIS AFFLUENS, INNIXA SUPER DILECTUM SUUM? *Cant.* VIII.

Gloriosissimam Mariæ Virginis Dei Hominis Genitricis Assumptionem etc. ante primum sermonem hujus.

Quæ est ista quæ ascendit de deserto etc. Loco præall.

Magnam, venerandi patres, internæ alacritatis dulcedinem sermo divinus nobis ingerit organo Spiritus Sancti pronuntians. Nobis, inquam, qui reliquimus omnia et desertum istud Carthusianæ vocationis inhabitamus. Nemo etenim modo subdubitare debet an a deserto potest aliquid boni esse, quando tam sacro sapientissimi regis oraculo Maria Dei genitrix ac mater et omnibus deliciis affluens ad summa cœlorum ascendisse prædicatur. Non enim de civitate sancta Hierusalem, non de arce Davidica, non de alio mundi hujus loco quantumvis celebri, sed de deserto ascendisse dicitur. Totum enim illud tempus quod post gloriosissimum Jesu Christi filii sui ascensum gessit in terris, totum transegit solitaria,

totum supernis theoriis, ut pie creditur, impendebat. Nam quomodo aut quo in loco vixerit canonicis literis non est nobis traditum O felix igitur desertum, quondam infertile, quondam terra sterilis et spinosa, nunc germinans germinasti et dedisti fructum in tempore suo. Hoc præsensit Esaias propheta dicens : *Lætabitur deserta et invia, et exultabit et florebit quasi lilium. Germinans germinabit et exultabit lætabunda et laudans* Et quidni laudaret ? Terra, inquam, quæ multis retroseculis maledicto sterilitatis erat obnoxia, nunc citra spem omnem cœlesti rore perfusa suæ fœcunditatis fructum cœlis invexit. In deserto enim hujus mundi felix illa plantula de radice Jesse est egressa, et humilis excrevit virgula de qua non pomum mortiferum sed flos fragrantissimus Jesus Christus prodiit, qui suavissimo odore terras pariter et cœlos inæstimabili implevit lætitia. Cujus odore in cœlestis vitæ amorem protrahimur. Erat namque Maria in hujus mundi deserto arbor vitæ, cujus fructus salutaris pomi quondam male gustati venenum sustulit. Ipsa est et rubus ille mysticus, quem in deserto Moses sine igne flagrantem aspexit. Pari forma sacerdotalis illa virga Mariam mira adumbrabat. Ut enim illa mortali manu non est consita, neque terrenis aquis irrigata : sic Maria concipiendo cœlitus sine dolore peperit et fructum vitalem illeso virginitatis secreto mundo edidit. Merito igitur exultet, lætetur et laudet desertum, de quo Maria Mater et Virgo hodierno die deliciis affluens ascendit in cœlum. Et quid est deliciarum affluentia nisi sanctarum virtutum exuberantia ? Sunt et deliciæ quæ non virtutibus sed flagitiis fomitem plerumque subministrabant, quas concionator ille detestatur dicens : *Vadam et affluam deliciis et fruar bonis. Et vidi quoque quod hoc ipsum esset vanitas* (1) Noverat enim ille quod spirituales et carnales deliciæ in eodem esse non patiuntur. Dum enim animus habet unde oblectetur

(1) *Eccle.*, II, 1.

externis, sine veris deliciis manet interius. Nec in eodem domicilio morantur compunctio cordis et voluptas corporis. Contraria etenim sibi sunt ad invicem. Ut enim illa est lacrymarum parens, sic ista bonorum operum est noverca. Centum annos, si libet, illicitis demus deliciis, addamus et alios centum, quibus si adhuc mille adjiciamus, quæ tandem ad æternæ vitæ delicias erit compensatio ? Quoniam mille anni ante oculos Dei tanquam dies hesterna quæ præteriit, delectationes autem veræ in dextera ejus usque in finem. Veræ itaque deliciæ sunt quæ non de creatura sed de creatore concipiuntur. Quibus comparata omnis aliunde voluptas afflictio est. Omnis suavitas dolor, omne dulce amarum est. Maria itaque non caducis, non terrenis ; veris et sempiternis deliciis affluebat innixa super dilectum suum. Illi enim soli innitebatur, illius virtuti incumbebat, illius gratiæ asscribebat quicquid in se boni collatum cognoverat. Unde et gratulabunda canebat dicens : *Magnificat anima mea Dominum. Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen ejus.* Magnificemus et nos, amantissimi patres, Dominum pro omnibus quæ retribuit nobis. Cum enim adhuc peccatores essemus et nihil boni fecimus, prævenit nos in benedictionibus suis, multiplicavit misericordiam suam, recepit in gratiam, vocavit ad sacram religionem et in hoc deserto velut in loco pascuæ nos collocavit. Amplexemur hanc benignitatis gratiam non in vacuum, sed exosculemur eam ut amplioribus divinarum gratiarum deliciis affluamus. Omnes etenim desertum istud ardenti desiderio ingressi sumus. Omnem popularem frequentiam, omnem mundi strepitum, omnem lubricæ voluptatis dulcedinem detestemur, ut per localis deserti solitudinem internam mentis quietem velut veras animæ delicias assequamur. Amemus igitur et omni quo possumus pietatis studio veneremur desertum, quod Jesus Christus sua frequenter decoravit præsentia, illustravit jejunio et oratione crebra sanctificavit. Quod enim aliquando fuit locus horroris et habitatio ferarum factum

est cellarium divini amoris et officina pietatis. Illum igitur precemur qui habet claves vitæ et mortis, ut ejus gratia spiritalibus istic deliciis affluamus, ut eo tandem feliciter perveniamus quo beatissima Virgo Maria hodierno die ascendisse legitur et creditur ; auxiliante eodem Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat super omnia Deus. Amen.

De eadem Solemnitate. — Sermo quartus.

DAVID ET OMNIS DOMUS ISRAEL DUCEBAT ARCAM DOMINI IN JUBILO. 2 *Regum*, VI.

Gloriossimam Mariæ Virginis etc. ante primum Sermonem hujus solemnitatis.

David et omnis domus Israel etc. Loco præalleg.

Triumphalem et jucundam beatissimæ Virginis Mariæ Assumptionem devotissimo mentis jubilo Ecclesia catholica hodie veneratur. Digna nempe solemnitas cui se pie et reverenter tota impendit Christiana religiositas. In ea enim exaltatur et ad summa provehitur cœli nostræ conditionis humanitas. Gaudeamus. Quemadmodum enim Jesum justum apud Patrem habemus advocatum, ita nunc Mariam Virginem apud Unigenitum filium suum patronam habemus irrefragabilem. Eo enim hodie assumpta est Maria, ubi Jesus Christus pro nobis introiit pontifex factus in æternum. Congruum quippe erat ut quando discipulis suis, de mundi hujus illecebris ad superna demigrantibus, felicissimas mansiones paraturus in cœlum ascenderat, ille et matri suæ amantissimæ splendidissimam super omnes choros angelorum mansionem præpararet. Et quod longe antea mysticis figurarum adumbrationibus nobis fuit prænuntiatum, hodie adimpletum cernimus. Positus est thronus matri Regis, quæ sedet ad dexteram ejus. Felicissimam igitur illam beatorum adepta est mansionem ; omnibus omnia facta est, quæ post Jesum primogenitum et unigenitum suum interiora velaminis, quod est ante oraculum illud super-

num, prima penetravit ; nec solum usque ad superexcelsas Cherubin et Seraphin sedes assumpta, quin etiam super ipsorum alas mirabiliter atque magnifice est exaltata. Ubi enim, discusso velamine, plena meridie lumen videt indeficiens, et repletur in bonis desiderium animæ suæ. Requiescit in gaudio, gaudet in requie. Gloriatur in satietate, satiatur in gloria. Sitivit anima ejus ad Deum fortem vivum, venit ad ipsum et incessanter bibit de torrente voluptatis ejus. Semper satiata semper bibit et semper bibens sine fastidio satiatur. O sufficiens beatitudo. O beata sufficientia. A dextris enim summi regis assistis, O regina potentissima, et assistis non nuda, non pannosa, sed in vestitu deaurato omnium virtutum, circumdata varietate. Ibi satiata in bonis domus Dei, perspicua videlicet veritate, indeficiente vivit æternitate et consummata fervet charitate. Verum in corpore an extra corpus Deus scit. Etenim si cuique liceret de suo sensu prophetare : non absurdum arbitrarer Mariam Virginem, Sanctorum omnium sanctissimam, unice a Deo esse privilegiatam ut sola inter homines ante universale judicium suæ carnis immortalitate perfruatur, per gratiam nulli hactenus concessam aut in posterum concedendam. Indignum sane foret ut venerabile illud templum Spiritus Sancti, thalamus cœlestis sponsi et æterni Regis hospitium terreno in pulvere cæterorum more computresceret. Quæ enim erat omnis corruptionis nescia communi corruptionis legi subjacere non debuit. Hoc si cui minus placuerit, vel saltem vacuo credat sepulchro. Eat, videat, audiat. Ecce locus ubi posuerunt eam, nempe Apostoli. Surrexit, non est hic. Assumpta est igitur de loco spinarum ad locum rosarum. Hoc est, de loco miseriarum ad montem æternæ felicitatis. Modum autem tam celeberrimæ assumptionis nunc, si libet, audiamus et audiendo contemplemur. Olim enim rex David et omnis domus Israel ducebant arcam Domini in jubilo, ut secundo Regum volumine legitur. Hæc autem in figura contingebant illis, nobis autem illuxit veritas et, sublato vetustatis

velamine, reconditum quod in se arca habebat mysterium nobis filiis lucis hodierno die revelatum est. Hodie namque Jesus Christus, verus David, cum tota cœlestis curiæ frequentia arcam mysticam, Mariam Virginem et Matrem suam, ineffabili cordis tripudio deduxit in civitatem suam. Est enim Maria arca illa testamenti Dei, exterius inaurata virtutibus, interius splendissimo divinæ majestatis fulgore resplendens. Ipsa florentem virgam, hoc est, Christum in se continuit. Qui licet impiis sit virga rigida, piis tamen est flos æternæ jocunditatis et fructus perpetuæ felicitatis. Habuit et in se manna, panem videlicet illum verum qui de cælo descendit et dat vitam mundo. Habuit et in se non legem solam sed ipsius legis conditorem. Erant præterea super hanc arcam Cherubin et propitiatorium : id est, plenitudo scientiæ est et humanæ salutis propitiatio. Et bene quidem supra, quia Christus est super omnia Deus benedictus in sæcula. Qui, pro filiali quam debuit matri reverentia, hodie de terra horribili, de mundo maligno, omnium cœlestium spirituum ac beatorum circumvallatus agminibus, Mariam matrem suam lætus deduxit in civitatem suam, civitatem sanctam, non manufactam sed æternam : hoc est, in ipsum cœlum, ut assistat nunc vultui Dei pro nobis, qui de terra nati et terrena massa gravati parturimus et ingemiscimus, ad te clamantes, ad te suspirantes, o Dei Mater alma. Dignum quippe est, o Regina cœli, o Domina mundi, ut coram te humiliemus animas nostras et poplitibus flexis invocemus dulce nomen tuum super nos. Quemadmodum enim David rex terrenus, veluti suæ dignitatis immemor, lusit humiliter et saltavit decenter coram arca testamenti, quæ umbram tantum suæ sanctitatis portendebat : ita et nos, cum profunda cordis humilitate, in hac gloriosissimæ assumptionis solemnitate psallamus spiritu, psallamus et mente, hoc psallamus sapienter, psallamus in spiritu humiliato et animo contrito, quoniam cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Hoc egit David, quando superbienti respondebat uxori dicens : Ludam et vilior

fiam plusquam factus sum et ero humilis in oculis meis. Ut autem umbra luci et figuræ veritas respondeat, æterna Sapientia Jesus Christus hodie a regalibus sedibus descendit in occursum suæ matris, et tota domus Israel quasi vir unus cum eo, deducentes eam in jubilo in civitatem David. Ut quæ in mundo filio ministravit humana, illi nunc a filio divina ministrentur in cœlo. O felix commercium et retributio gloriosa. Illa quondam filium vili collocavit in præsepio, is vero nunc Matrem supercœlesti ponit in solio. Hæc est mutatio dexteræ excelsi : ubi Dei Genitrix divina pro humanis, æterna pro transitoriis, immensa recepit pro modicis et, omni discusso corporalium rerum nubilo, revelata facie gloriam Dei speculatur. Ad reginam misericordiæ, patres amantissimi, puris animorum desideriis, castis affectibus et ardentibus votis, in hac lacrymarum valle gementes et flentes suspiremus et suspirando ascendamus ad eam, quæ nunc sedet in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ et requie opulenta et absque terrore quiescens omnium bonorum abundantia perfruitur, malorum timore sublato. Ad thronum gratiæ illius cum omni fiducia properemus, illi supplicemus. Quæ cum sit Mater misericordiæ non potest non misereri servorum suorum, quos reliquit in hujus mundi carcere et frequenter ad se clamantes audit de lacu miseriæ. Sacrata enim viscera illius jam totaliter in affectum cordis transierunt. Non quærit quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi : hoc est, quærit nos, quos Christus fratres suos vocare dignatus est. Quod si fratres, profecto filii sumus et matris quæ Deum peperit et hominem, Jesum Christum, qui habet potestatem remittendi peccata nostra, meritis et precibus dignissimæ Mariæ Matris ejus, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat super omnia Deus. Amen.

† G.-J., Episc. Brugen.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis novembris propositas.

I

Schema Iæ epistolæ s. Petri.

Q. *Ordine logico describe schema Iæ epistolæ s. Petri.*

R. Missa quæstione utrum necne epistola hæc s. Petri jam supponat persecutionem neronianam decretam et in Asiam minorem jam sævientem, hoc saltem ex ipsa epistola ut certum desumitur lectores illius propter fidem et vitam suam christianam variis calumniis, impugnationibus et tribulationibus subjacere. Hæc autem omnia nata erant non tantum nonnullos ad apostasiam, sed etiam communiter omnes christianos ad pusillanimitatem et ad relaxationem vitæ christianæ perducere. — Quare scribit ad eos Petrus hanc epistolam ut in tribulationibus suis eos consoletur et in fide et spe christiana confirmet (cfr v. 12). — Hisce adjunctis eoque scopo præ oculis habitis, conemur ad ordinem quemdam logicum varia idearum capita in hac epistola exposita reducere.

In *Introductione* — post inscriptionem et salutationem, 1, 1-2 — hymno laudatorio celebrat Petrus eximiam salutem ad quam Deus gratuitò vocavit christianos, vv. 3-5 ; quanta ergo erit merces fidei vestræ et ærumnarum quas pro fide sustentandas habetis, vv. 6-9 ; quam præclara erunt illa bona salutis, toties prædicta et tam ardenter concupita a prophetis V. T., vobis autem reservata, vv. 10-12.

Corpus epistolæ totum est exhortatio ad sanctitatem

vitæ, et quidem monentur lectores de sectandis officiis suis tum proprie christianis tum erga non-christianos, I, 13-IV, 6 ; — dein post primam quamdam expositionem, eadem hæc duplicis generis officia iterum exponuntur, fulcita novo quodam motivo, nempe exspectatione judicii divini, IV, 7-19. Hinc quatuor capita distinguere possumus :

I. *De sectandis officiis proprie christianis*, I, 13-II, 10.

1. *Adhortatio generalis ad sanctitatem*, vv. 13-21. Recedant lectores a peccatis anteactæ vitæ, vv. 13-14, et sectentur sanctitatem : qui enim eos vocavit sanctus est, vv. 15-16 ; aliquando secundum opera eos judicabit, v. 17 ; redempti fuerunt sanguine Christi, vv. 18-19 ; participes erunt aliquando gloriæ Christi, vv. 20-21.

2. *Adhortatio specialis ad charitatem fraternam*, vv. 22-II. 1. Sincero et indeficiente amore se invicem diligant, utpote renati ex verbo Evangelii quod et ipsum est indeficiens, vv. 22-25 ; et fugiant omne peccatum charitati oppositum, II, 1.

3. *Firmiter adhæreant Christo*, vv. 2-10.

In vera doctrina permaneant, vv. 2-3 ; Christo tamquam lapidi a Deo electo superædificentur, vv. 4-6, ut sic ad salutem perveniant, vv. 7-10.

II. *De sectandis officiis erga non-christianos*, II, 11-IV, 6.

Compendium et principium generale habetur in vv. 11-12 : Lectores qui, utpote christiani, non sunt de hoc mundo, sed cives patriæ cœlestis, ita se gerere debent in mundo ut non-christiani, ex visis bonis ipsorum operibus, Deum glorificent, et jam non valeant detrectare de christianis. — Hoc principium applicatur in exhortationibus sequentibus :

1. De obedientia et reverentia præstanda *erga* omnes *superiores civiles*, vv. 13-17 ; — nota principium generale in v. 15.

2. De obedientia a servis præstanda *dominis* suis, etiam duris et iniquis (non-christianis), vv. 10-21 : præprimis enim gratum erit Deo si, ad exemplum Christi,

patienter sufferunt ærumnas quas non meruerunt, vv. 22-25.

3. De obedientia et honore præstando a mulieribus christianis *erga viros non-christianos*, III, 1-6 ; — nota principium generale, vv. 1-2. — Item de reverentia exhibenda a viris *erga uxores suas*, v. 7.

4. De modo agendi erga eos qui, non participantes fidei, male agunt et male loquuntur erga christianos, vv. 8-18. Ne reddant malum pro malo, sed maledicentibus benedicite et malefacientibus benefacite ; sic enim obtinebitis benedictionem divinam, vv. 8-12 ; imo si forte, ad exemplum Christi, ipsi propter justitiam pati debeant, beatos se æstiment, vv. 13-18. — Nota iterum principium generale, vv. 15-16. — Hujus dedit Christus exemplum : benefaciens passus est, et patiendo bonum fecit, nos a peccatis liberando ; sic et vos patiendo a peccatis liberabimini, jam non committetis peccata anteactæ vitæ, IV, 1-6.

Quæ ponuntur in vv. intermediis, 18-22, habentur ut digressio de descensu Christi ad inferos, de efficacia baptismi et de ascensione Christi : quæ omnia in lucem ponunt salutares effectus passionis et mortis Christi.

III. Novo motivo desumpto ex exspectatione judicii divini, iterum inculcantur primò *officia proprie christiana*, IV, 7-11 :

Intuitu judicii divini sectentur sanctitatem in agendo et orando, v. 7 ; at præsertim sectentur caritatem fraternam : sint hospitales, v. 8, et facile cum aliis communicent varia dona et bona, quæ cæteroquin non eorum sunt, sed a Deo accepta, vv. 9-11.

IV. Ex eodem motivo judicii divini iterum inculcantur secundò *officia erga non-christianos*, IV, 12-19.

Patienter ferant tribulationes quæ ipsis inferuntur a non-christianis, et in judicio divino mercedem accipient, vv. 12-14 ; — caveant autem ne sint rei eorum criminum quibus accusantur, v. 15 ; sed si in odium suæ vitæ christianæ falso his criminibus accusantur, gaudeant et pergant bene agere coram Deo, vv. 16-19.

Quæ remanent haberi possunt ut *Epilogus* epistolæ, v, 1-14. In eo monentur presbyteri et ministri inferiores ut sedulo exerceant munera sua, v, 1-5[a], et omnes ut humiles sint, et vigilantes et fortes in pugna spirituali, 5[b]-11. Et tandem additur subscriptio, probabiliter manu s. Petri scripta, vv. 12-14.

A. Vander Heeren.

II

De dono supernaturali gratiae sanctificantis.

Q. *Explica hanc propositionem : gratia sanctificans est donum supernaturale animæ infusum et ipsi permanenter inhærens.*

R. 1. — Gratia sanctificans est id quod *gratuita* prorsus *ratione* tributum homini (1), ipsum facit *Deo gratum formaliter* (2) ; ideo vocatur *gratia,* sed et nominatur *sanctificans* quoniam est *principium primum sanctitatis,* et intelligimus sanctitatem formaliter sumptam, sive rectitudinem voluntatis circa ultimum finem.

2. — *a/ Donum supernaturale* est aliquid a Deo *donatum* et *naturæ positive indebitum.* « Potest autem », advertit s. Thomas, « intelligi duplex debitum : unum quidem ex merito proveniens, quod refertur ad personam, cujus est agere meritoria opera.... Aliud est debitum secundum conditionem naturæ ; puta si dicamus, debitum esse homini quod habeat rationem et alia quæ ad humanam pertinent naturam.... Dona naturalia carent primo debito. Sed dona supernaturalia utroque debito carent ; et ideo specialius sibi nomen gratiæ vindicant » (3).

b/ Jamvero solus Deus, prouti est in semetipso, est

---

(1) *Sum. Theol.*, I-II, q. 111, a. 1, ad 1 ; cfr *Collat. Brugen.*, XXI, p. 210.

(2) *Sum. Theol.*, I-II, q. 111, a. 1, ad 2 ; q. 114, a. 2 et a. 5, c.

(3) *Ibidem*, q. 111, a. 1, ad 2.

infinite supra omnes creaturas et supra omnem ordinem earum, itaque supernaturale simpliciter debet esse aliquid quo Deus communicat seipsum prout est in seipso (1) ; novimus autem revelatione, quod et Ecclesia authentice docet : hominem justificari « justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit, qua videlicet ab eo donati, *renovamur spiritu mentis nostræ*, et non modo reputamur, sed *vere justi nominamur et sumus*, justitiam in nobis recipientes » (2).

Hæc justitia Dei in nobis ergo recipitur ; nobis inest ut donum *animæ infusum*, et quidem non per modum actus transeuntis, sed *permanenter*, per modum causæ formalis, uti explicat Angelicus, qua, ut albedine res albæ constituuntur, ita *formaliter justi et Deo grati* reddimur (3).

c/ Per hoc donum igitur in novo quodam esse constituimur, ait s. Thomas (4) ; per hoc donum quasi novam naturam accipimus, qua ad ordinem divinum evecti, ad finem etiam hujus supernaturalis ordinis proprium, ad visionem videlicet intuitivam Dei pervenire possimus. Sed ita *vere et formaliter* sancti constituimur, et revera ipsum donum gratiæ est principium ex quo in potentiis animæ et speciatim in voluntate rectitudo circa finem ultimum resultat.

Gratia sanctificans est igitur *donum supernaturale*, sive aliquid homini *positive indebitum* et ipsi *gratuito* concessum, quod consistit in ipsa justitia Dei *participata* et *permanenter* in homine *recepta*, adeo ut ad ordinem divinum ita sublimatus, homo formaliter Deo gratus, vere justus et *sanctus* constituatur.

H. Lamiroy.

---

(1) Cfr Vander Meersch, *Tractatus de divina gratia*, n. 6, p. 4, Brugis, 1910.

(2) *Conc. Trid.*, sess. VI, *Decretum de justificatione*, cap. 7 (*Enchir. Symb.*, n. 799).

(3) *Sum. Theol.*, I-II, q. 110, a. 2, ad 1 ; cfr q. 111, a. 1, ad 1.

(4) *Ibidem*, q. 110, a. 2, ad 3.

III-IV

De divino præcepto communionis.

Q. *Determina præceptum divinum communicandi 1° quoad suum objectum et subjectum, 2° quoad tempus quo præceptum adimpleri debeat.*

R. Ad Ium.

I. Quod spectat objectum.

Hac duplici propositione determinatur :

A) *Objectum præcepti est sacramentalis et fructuosa susceptio sacramenti corporis et sanguinis Domini.*

Dicitur « *sacramentalis* susceptio », ad exclusionem sumptionis mere materialis et communionis pure spiritualis. Oportet enim ut ss. Eucharistia tanquam instrumentum gratiæ sacramentalis nobis applicetur, adeoque obtineant necesse est quæcunque ex parte subjecti quoad capacitatem, intentionem et sumptionis modum ad talem communionem postulantur.

Fructuosa susceptio ea est in qua gratia sacramenti actu recipitur.

Argumentum desumitur partim ex verbis Christi Domini, Jo., VI, 54 : « Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis », quæ verba sine ullo dubio et omnium catholicorum consensu de Eucharistia et non tantum de Christo, quatenus in se credentibus vitam æternam largitur, intelligenda sunt (1) ; partim deducitur ex fine hujus sacramenti, collata doctrina generali de efficacia sacramentorum eorumque effectuum distributione.

B) *Objectum præcepti non est utriusque speciei communio.*

Hoc constat ex definitionibus Ecclesiæ. Nam, cum utriusque speciei communionem divino præcepto necessariam esse Petrus Dresdensis initio sæculi XV docere cœpisset, ejusque doctrina brevi inter Hussitas, maxime a Jacobo

---

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, XXI, p. 361 ss.

Misense, Calixtinorum seu Utraquistarum sectæ capite, propugnata et sparsa fuisset, concilium constantiense, sess. XIII (15 Junii 1415), errorem hisce verbis damnavit : « Cum in nonnulis mundi partibus quidam temerarie asserere præsumant, populum christianum debere sacrum Eucharistiæ sacramentum sub utraque panis et vini specie suscipere, et non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent,... et communicandum esse pertinaciter asserant contra laudabilem Ecclesiæ consuetudinem... dicere, quod hanc consuetudinem aut legem observare sit sacrilegum aut illicitum, censeri debet erroneum, et pertinaciter asserentes oppositum præmissorum tanquam hæretici arcendi sunt... » (1).

Sæculo XVI, protestantes eundem errorem renovarunt, contra quos concilium tridentinum, sess. XXI, can. 1° decrevit : « Si quis dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis omnes et singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti sumere debere : anathema sit » (2).

Eidem errori adhærent Græci schismatici.

Contra hos asserimus :

1° *Ex s. Scriptura demonstrari nequit communionem utriusque speciei præceptam esse*

a) Non ex verbis institutionis.

Audiamus concilium tridentimum, sess. XXI, cap. 1° : « Nam, etsi Christus Dominus in ultima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis et vini speciebus instituit et Apostolis tradidit, non tamen illa institutio et traditio, eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstringantur » (3).

In specie, verbis « bibite ex hoc omnes » (Matth.

---

(1) Denzinger-Bannwart, *Enchiridion symbolorum*, ed. 13a, n. 626. Friburgi, 1921.

(2) *Ibidem*, n. 934.

(3) *Ibidem*, n. 930.

XXVI, 27) providere voluit Christus ut singuli apostoli aliquid inde degustare possint, at immerito ob ea verba contenderes omnes fideles Missæ adstantes teneri ad communicandum et quidem etiam sub specie vini.

Item, ex verbis « hoc facite in meam commemorationem » demonstrari nequit Christum voluisse ut hoc sacramentum sub utraque specie præbeatur, cum totus sub unaquaque specie contineatur, et melius profecto diceres ipsum hanc ulteriorem determinationem judicio Ecclesiæ reliquisse (1).

b) Neque ex verbis promissionis.

Ita pergit concilium tridentinum (2) : « Sed neque ex sermone illo apud Joannem sexto recte colligitur, utriusque speciei communionem a Domino præceptam esse, utcunque juxta varias sanctorum Patrum et Doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit : « Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis » [Jo. VI, 54], dixit quoque : « Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum » [Jo. VI, 52]. Et qui dixit : « Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam » [Jo VI, 55], dixit etiam : « Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita » [Jo. VI. 52]. Et denique qui dixit : « Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo » [Jo. VI, 57], dixit nihilominus : « Qui manducat hunc panem, vivet in æternum » [Jo. VI, 59].

Itaque Christus animæ refectionem sive solius panis sumptioni sive utriusque speciei communioni indifferenter tribuit.

---

(1) Nonne verba Pauli ὁσάκις ἐὰν πίνητε (I Cor., XI, 25) speciem restrictionis præ se ferunt, ita ut vi verborum absolutum præceptum sumendi calicem non detur sed, in hypothesi quod communio sub specie vini fiat, eam in memoriam dominicæ passionis faciendam esse statuatur. Nonne, salvo meliori judicio, indicium in his verbis reperiri potest etiam apostolorum tempore solum panem fractum fidelibus aliquando fuisse dispensatum ?

(2) Denzinger, n. 930.

Præterea, quæri potest num verba « manducare » et « bibere » ob diversas species sacramentales a Domino electa fuerint easque re vera respiciant.

Nimirum, Christus iterata vice inculcat seipsum, uti est, cum ipsa natura sua humana adeoque cum carne et sanguine, tanquam animæ nutrimentum sumendum esse ; porro, quia caro solida et sanguis liquidus est, merito, inspecta natura rei sumendæ, Jesus dicere potuit : « nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis ». Itaque verba « manducare » et « bibere » cadere possunt in naturam nutrimenti quod sumi debet, quin ipsam speciem sacramentalem respiciant. Jamvero, cum totus Christus sub una specie recipiatur, fideles, in omni communione sacramentali, spirituali carnis et sanguinis Domini alimento reficiuntur adeoque dominico præcepto re vera satisfaciunt.

2° *Ex traditione comprobatur communionem utriusque speciei divino præcepto non esse necessariam.*

a) Usque ad sæculum XII communio *publica* passim sub utraque specie ministrabatur.

At α) contrarius usus in quibusdam ecclesiis nonnunquam prævaluit. Ita, exempli gratia, Hierosolymis, ab antiquissimo tempore ; Constantinopoli, aetate s. Leonis et Gregorii magni ; in Gallia, a sæculo VI usque ad sæculum IX, communio sub specie panis præberi solebat (1).

β) Eucharistia in missa præsanctificatorum sub sola specie panis recipiebatur.

Hæc missa, in Oriente, a concilio laodicæo sæculo IV introducta, singulis diebus quadragesimæ, exceptis sabbatis, dominicis et Annuntiationis festo, celebrabatur et fideles in ea communicare consueverunt. In Occidente, eadem missa, de qua in sacramentario Gelasiano jam

(1) Cf. E. Dublanchy, *Dict. de Theol. cath.*, art. *communion eucharistique* (sous les deux espèces), t. III, col. 558 ss.

occurrit mentio, in parasceve Domini celebrabatur fidelesque, juxta Librum sacramentorum Gregorii magni et Ordinem romanum primum, sub sola specie panis in ea communicabant (1).

γ) Communio parvulorum, occasione baptismatis vel etiam postea suscepta, ob difficultates quas sumptio panis Eucharistici infantibus tenerrimæ ætatis præbet, sub sola specie vini ministrari solebat (2).

b) Eucharistia *privatim* sub specie panis recipiebatur.

Ita, α) communio absentibus et infirmis, juxta communiorem usum, sub sola specie panis portabatur, rarius sub sola specie vini, aliquando sub utraque. Quare, solus panis eucharisticus in ecclesiis asservabatur (3).

β) Communio domestica, inde a sæculo III, maxime sæviente persecutione, in usu fuit.

Plura testantur documenta fideles panem eucharisticum domi in arcula asservasse eamque quotidie ante omnem cibum sumpsisse. Communio domestica sæculo VIII in Oriente adhuc viget. Anachoretas, ad sacerdotium nondum promotos, hunc usum secutos esse constat (4).

Hisce inspectis, cum nemo dominicum præceptum supprimere vel antiquare queat, cumque Ecclesiam in imponendo vel auctorizando aliquam disciplinam ab errore doctrinali immunem esse noverimus, pronum est ut concludamus communionem utriusque speciei divino præcepto non esse necessariam.

3° *Ratio theologica idem probat.*

Ad rem tridentinum, sess. XXI, cap. 3 : « Insuper

---

(1) *Ibidem*, col. 563. In Gelasiano legitur : « Procedunt [diaconi] cum corpore et sanguinis Domini quod ante die remansit ».

(2) *Ibidem*, necnon H. Leclercq, *Dict. d'archéol. chrét. et de liturgie*, art. *communion des enfants*, fasc. XXXII, col. 2440 ss. et art. *communion sous une seule espèce*, ibidem, col. 2465. Aliquando pueris dispensabantur particulæ ex sacrificio residuæ.

(3) Cf. H. Leclerq, *l. c.*, art. *communion des absents et des infirmes*, col. 2437 ss. ; E. Dublanchy, *l. c.*, col. 557.

(4) Cf. E. Dublanchy, *l. c.*, col. 555 ss., H. Leclerq, *l. c.*, art. *communion sous une seule espèce*, col. 2463.

declarat quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, in suprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit et Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque sacramentum sumi ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt » (1).

Adverte addi consulto : « nulla gratia *necessaria*... eos defraudari » quia noluit tridentina synodus controversiam inter catholicos agitatam dirimere, an scilicet æque fructuosa sit unius ac utriusque speciei communio. At etiam si quis contenderet fructum in priori casu minorem esse et quamvis sacramentum sub ratione signi tunc integre non recipiatur, defectus iste, cum optimæ dentur rationes usum calicis restringendi, communionem sub una specie illicitam reddere nequit.

Nota. Sacrificium utriusque speciei communione integrandum est, itaque sacerdos utramque speciem sumere debet. Ast, inde non sequitur co-celebrantes ad utriusque speciei sumptionem adstringi. Neo-sacerdotes, qui una cum Pontifice offerunt et consecrant, sub una tantum specie communicare notum est.

II. Quod spectat subjectum.

1° Non-baptizati hoc præcepto non obligantur et proin contra illud specialiter non peccant.

Nam, uti scribit cl. Van den Berghe : « quoad subjectum Legis novæ, dicendum est præcepta naturalia a Christo confirmata, necnon præceptum credendi (supposita veritatis revelatæ propositione sufficienti) doctrinam Christi, item præceptum ingrediendi Ecclesiam a Christo institutam et proin suscipiendi baptismum, obligare omnes homines ; alia vero præcepta Legis novæ eos solos obligare qui Ecclesiæ sunt membra » (2).

---

(1) *Ench.*, n. 932.

(2) H. Van den Berghe, *tractatus de legibus*, ed. 2a, p. 46. Brugis, 1904.

2° Quod spectat baptizatos, eos solos obligari posse qui præcepti capaces sunt in propatulo est.

Ad hoc autem rationis usus necessarius est. Jamvero, ætas discretionis ea est in qua puer incipit ratiocinari, hoc est circa septimum annum, sive supra, sive etiam infra (1).

Præterea ex hoc tempore incipit obligatio dominico præcepto satisfaciendi, quamvis non illico, uti ex responso ad II^um patebit, eidem satisfaciendum sit. Tridentinum concilium ad hanc impellit conclusionem. Dum enim memorat, sess. XXI, c. 4 : « parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem », unam hanc rei rationem assignat, quod peccare non possint : « Siquidem, inquit, adeptam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt ». Ex quo patet hanc esse concilii mentem, tunc pueros communionis necessitate atque obligatione teneri quum gratiam peccando possunt amittere. Ita, in decreto « Quam singulari » s. congr. de Sacramentis, 8 aug. 1910 (2).

Ad II^um.

Concilium tridentinum, sess. XIII, cap. 2° hæc præclara docet : « Salvator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum [Ps. 110, 4], et in illius sumptione colere nos sui memoriam [I Cor., XI, 24] præcepit, suamque annuntiare mortem, donec ipse ad judicandum mundum veniat [I Cor., XI, 26]. Sumi autem voluit sacramentum hoc tanquam spiritualem animarum cibum [Matth., XXVI, 26], quo alantur et confortentur viventes vita illius, qui dixit : « Qui manducat me, et ipse vivet propter me » [Jo. VI, 58], et tanquam antidotum, quo

(1) Cf. *Decr. « Quam singulari » s. congreg. de Sacramentis*, 8 aug. 1910, apud *Collat. Brugen.*, XV, p. 579.

(2) Cf. *Collat. Brugen., l. c.*, p. 578.

liberemur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus præservemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ et perpetuæ felicitatis, adeoques ymbolum unius illius corporis, cujus ipse caput [I Cor., XI, 3 ; Ephes., V, 23] existit, cuique nos, tanquam membra, arctissima fidei, spei et caritatis conexione adstrictos esse voluit, ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata » (1).

Hisce inspectis in comperto est a Domino præceptum esse ut pluries in vita corporis et sanguinis ejus sacramentum recipiamus. Nullo tamen documento probatur Ipsum tempus et frequentiam communionis pressius determinasse, at certe Ecclesiæ est invigilare ne fideles, frigescente devotione, sacramenta dominico neglecto præcepto derelinquant. Et quia Ecclesia tantum annuam communionem et in mortis periculo viaticum præcipit (can. 859, 864), fideles qui his præceptis satisfaciunt, divinum quoque mandatum adimplevisse censentur.

In specie, quod spectat viaticum, communis est theologorum sententia communionem in periculo mortis ex divino præcepto necessariam esse. Argumentum desumitur ex perpetua sollicitudine Ecclesiæ Eucharistiam periclitantibus ministrandi, cujus sollicitudinis præclara et antiquissima exstant documenta (2), præprimis canon decimus tertius concilii nicæni : in quo communio morientium « *necessarium viaticum* » vocatur, quod « *juxta antiquam legis regulam* » iis qui vita creduntur discessuri ministrari debet. Refert quoque Paulinus diaconus, Honoratum Ecclesiæ Vercellensis sacerdotem, cum sanctus Ambrosius in eo esset ut moreretur, tertio vocem vocantis se audivisse dicentisque : surge, festina, quia modo est recessurus. Descendit, uti narrat Paulinus, obtulitque sancto Domini corpus : quo accepto, ubi deglutivit, emisit Ambrosius spiritum, *bonum viaticum*

(1) Denzinger, *l. c.*, n. 875.

(2) Cf. H. Leclercq, *l. c.*, art. *communion des morts* et *communion des mourants*, col. 2445 ss.

secum ferens. Aliquando, consuetudo fuit Romanis ut cum animæ egrederentur, communio Domini in ore esset. Imo, reprobanda sane et pluries ab Ecclesia damnata consuetudo, quæ olim exstitit, cadavera communicandi, suo modo indicium esse videtur fideles credidisse viaticum dominicum necessarium esse. Accedit argumentum ex momento et necessitatibus supremæ luctæ desumptum.

Frequentiam quod spectat, quamvis aliquis in peculiaribus spiritualis certaminis difficultatibus versari possit, opportunum non videtur *per accidens* usum annua communione frequentiorem ex divino præcepto urgere, cum alia quoque spiritualia adjumenta in rigore suppetant. Attamen, Eucharistia iis præsertim qui gravibus tentationibus contra castitatem vexantur, tanquam remedium efficacissimum enixe commendari debet.

V. Coucke.

V.

Grenzen van het oud bisdom Doornik.

V. *Doe de grenzen kennen van het oud bisdom Doornik vóór de kerkelijke regeling van 1559.*

A. De oudste bron, waaruit we eene volledige omschrijving van het oud bisdom Doornik kunnen opmaken, is een register op de kerkelijke beneficiën van dit bisdom in 1331 opgesteld (1).

---

(1) Dit register of « pouillé » berust in het provinciaal Archief te Gent en werd eerst uitgegeven door Piot in zijne studie : *Les limites et les subdivisions de l'ancien diocèse de Tournai.* — Annales Émulation de Bruges, 1870, p. 175-228. Het was nochtans voordien benuttigd geweest door den schrijver van *Histoire du diocèse de Bruges*, (illustrée par Canneel). Zijn nog te raadplegen Desnoyers, *Topographie ecclésiastique du diocèse de Tournai pendant le moyen-âge* (Bull. de la soc. hist. et littér. de Tournai, t. XVII, 1878) ; A. D'Herbomez, *Géographie historique du Tournaisis*, Bruxelles, 1892 ; vooral J. Warichez, *Les Origines de l'Église de Tournai*, Louvain, 1902 — en *Etat bénéficial de la Flandre et du Tournaisis au temps de Philippe le Bon* (1455), Louvain, 1912.

Aan de hand dezer zeer belangrijke oorkonde, kunnen we de gevraagde grenzen, althans voor het midden der XIVe eeuw als volgt beschrijven :

Ten westen had Doornik als natuurlijke grens de noordzee vanaf de monding van den IJzer tot aan de Hont of Westerschelde, boven de toenmalige eilanden Cadzand en Wulpen (1).

Ten noorden was Doornik van het bisdom Utrecht gescheiden, eerst door de Schelde, te dien tijde nog vloeiend onder Biervliet ; dan verder, vanaf Bouchoute, door eene lijn, die loopende onder de « Vier Ambachten » (het gebied van Bouchoute, Assenede, Axel en Hulst), weerom de Schelde vervoegde boven Saeftinghe (2).

Ten oosten was nogeens de Schelde grenslijn (3), nu tegenover het bisdom Kamerijk, vanaf Saeftinghe tot aan de monding van de Scarpe (Maulde).

De zuidergrens, tegenover het bisdom Atrecht, volgde eerst de Scarpe tot aan Brillon, dan de *Courant de Couticbes* tot aan zijnen oorsprong, den Pevelberg, liep dan verder in de Leie te Houplines, als grensparochiën medenemend Thumeries, Pont-à-Vendin, Meurchin, Provin,

---

(1) Daarover schrijft PIOT, *o. c.*, p. 211 « A l'époque de la rédaction de ce pouillé, il y avait à cette extremité-nord de la Flandre deux iles *Wulpen* et *Cadsant*. Dans l'ile de Cadsant il y avait une cure et deux chapellenies. Dans l'ile de Wulpen (aujourd'hui le banc de mer nommé le Peerdemarkt, à l'embouchure du *Zwijn*) il y avait : *curatus de Ostende in Wulpen*, *curatus de Havenkerke in Wulpen*, *curatus de Romboutsdorp in Wulpen* et *curatus de Brieilen in Wulpen* ».

(2) Volgens eene oorkonde van het begin der XVe eeuw behoorden bij de « Quatuor Officia Flandriæ » behalve Assenede en Bouchoute, ook nog Wynckel, Wachtebeke, Cluyssen, Ertvelde, eveneens in Oost-Vlaanderen gelegen. Zie VANDER KINDERE, *La formation territoriale des principautés belges au moyen-âge*, Bruxelles, 1902, t. I. p. 95.

Saeftinghe (Sinte Marie en Sint Laurentius in 't Saeftinghe) staat nog vermeld bij WARICHEZ, *État bénéficial....*, maar is thans zooals meer andere parochiën uit dit uiterste noordelijk deel door overstroomingen vernield en totaal verdwenen.

(3) Ook binnen de steden : te Gent, te Audenaerde zelfs te Doornik was de schelde grens tusschen Kamerijk en Doornik. Zie WARICHEZ, *Origines....* p. 103.

Hierin, Ligny, Beaucamps, Mesnil, Radinghem et Presmesque.

Aan de Leie gekomen paalde Doornik aan het bisdom Terenburg : de zuidwestergrens volgde nu deze rivier tot boven Waasten, klom dan op langs eene kronkelende lijn tot aan de Zarrenbeek, boven Staden, volgde deze beek tot aan den IJzer, dan den IJzer zelf tot aan Stuyvekenskerke (1), welke parochie ze omvatte, om dan, wederom langs den IJzer, aan de zee uit te komen. In ons huidig West-Vlaanderen waren aldus, volgens het register van 1331, de volgende parochiën grensparochiën van Doornik : *Commine*, *Houthem*, *Holebeke*, *Gheleveld*, *Besselare*, *Dadinsele*, *Morselede*, *Paskendale*, *Rosebeke sicca*, *Staden*, *Hansame*, *Werkine*, *Vlardsloo*, *Berst*, *Stavinskerke*, *Keyhem*, *Score*, *Mannekinsvere*, *Lombardie*.

* * *

De grenzen van het wijduitgestrekt bisdom Doornik zijn gebleven zooals we die komen te beschrijven tot in 1559 ; dit blijkt uit latere bronnen (2). Moeilijker echter is het na te gaan of deze grenzen ook in vroegere tijden dezelfde geweest zijn. Daarover loopen de meeningen nogal uiteen (3).

---

(1) Dat de Yzer hier niet verder de grens blijft, zooals te verwachten was, is misschien wel te verklaren uit het feit dat Stuyvekenskerke met Leke, Schoore, Keihem en Beerst, ontstaan is uit Vladsloo, een bezitting van St Pieters abdij te Gent. Deze abdij had de samenhangende groep van gemelde parochiën onder zijn patronaat, en heeft er denkelijk wel aangehouden dat ze onder hetzelfde bisdom zouden blijven. Het is wel mogelijk dat ook elders, in de nieuwe landen *(de terræ notæ)* gewonnen op de zee, het patronaatschap invloed had op de bepaling der grenzen van het bisdom. Zie onze studie *Les paroisses rurales primitives et les anciennes divisions territoriales du Franc de Bruges* in *Mélanges Moeller*, Louvain, 1914, t. I, p. 366 ss.

(2) Namelijk in het *Etat Bénéfécial* van 1455, hooger vermeld.

(3) Zie WARICHEZ, *Origines*... (IIIe Partie, Les circonscriptions diocésaines) ; en E. VAN CAPPEL, *Pagus mempiscus* in An Em., t. LX, 1910. bl. 103-134, bij wien volledige bibliographie over dit vraagstuk te vinden is en wiens besluiten wij hier volgen.

Allen nemen aan dat bij de grensbepaling der bisdommen, zooveel mogelijk, aan de verdeeling van het romeinsch Rijk in *provinciæ* en *civitates* gehouden werd. Dit komt overeen met de uitdrukkelijke voorschriften der Kerk en wordt door menigvuldige voorbeelden gestaafd. Er bestaat dus geen reden om de overeenkomst te verwerpen tusschen het bisdom Doornik en de romeinsche *civitas*.

Maar de vraag is met welke *civitas ?*

Volgens M. Vander Kindere (1) zou hier moeten eene *civitas Menapiorum* in acht genomen worden, die vermeld staat in een tekst van het eerste keizerrijk. Deze *civitas*, die volgens hem terug te vinden is in de *terra Menapiorum* of *Mempiscum*, waarvan vele onzer middeleeuwsche oorkonden gewagen, zou met de IIIe eeuw een ander naam gekregen hebben en *civitas Turnacensium* geworden zijn. Maar zoo deze onderstelling waar is, dan strekte de *civitas Turnacensium* — en meteen ook het bisdom Doornik dat er opgemaakt werd — zich in den beginne uit van aan de Aa tot aan de Hont; want het blijkt uit de oorkonden waar plaatsen vermeld staan, gelegen *in Mempisco*, dat deze landstreek de *Mempiscum* — door beide stroomen begrensd was.

Deze stelling is niet houdbaar. Vooreerst heeft de *civitas Menapiorum* uit de eerste jaren van het Keizerrijk volstrekt geen betrekking met onze gewesten : zoo een dergelijk bestuurlijk gebied bestond, dan is dit te zoeken op de boorden van den Rhijn en in het huidig Zeeland, waar de Menapiërs dan verbleven. In alle geval is deze *civitas Menapiorum* vóór de IIIe eeuw voor goed verdwenen.

Wel waren intusschentijd de Menapiërs over de Schelde gekomen en hadden ze zich langs de vlaamsche kust,

---

(1) Onder ander, in zijn anders zeer verdienstelijk werk : *La formation territoriale des principautés belges au moyen-âge*, Bruxelles 1902, t. I, p. 274, 278 ss. Zie VAN CAPPEL, *l. c.*, bl. 110.

ja tot aan de Aa, neergezet; maar met deze nieuwe woonplaats der Menapiërs werd geen rekening gehouden toen, tijdens de hervorming van het romeinsche rijksbestuur, alhier eigenlijke *civitates* werden opgericht. In de *Notitia provinciarum et civitatum Galliæ* (einde IVe eeuw) is er geen sprake meer van *civitas Menapiorum*. Voor onze streek treffen wij er aan: de *civitas Turnacensium*, benevens de *civitas Morinorum* en de *civitas Cameracensium*. En het blijkt wel dat de *civitas Turnacensium* zich niet uitstrekte over gansch de toenmalige woonplaats der Menapiërs — de *terra Menapiorum* of *Mempiscum* der latere oorkonden — anders bleef er wel geen ruimte over voor eene *civitas Morinorum*; daarbij en vooral, vele plaatsen worden in de oudste oorkonden aangegeven als gelegen *infra Mempiscum*, maar tevens ook *in pago Tarwanense*; welnu die behoorden zeker wel tot de *civitas* waarvan *Teruana* of *Morinum* de hoofdstad was.

Er is dus volstrekt geene overeenkomst tusschen de landstreken bedoeld door de drie benamingen: *civitas Menapiorum*, *civitas Turnacensium* en *pagus Mempiscus*; er is dus volstrekt ook geen grond voor de bewering dat het vroegste bisdom Doornik, geschoeid op de *civitas Tornacensis*, merkelijk verschilde van het bisdom Doornik der XIVe eeuw, hooger beschreven.

Dezelfde omschrijving vinden we ten andere nagenoeg weer in eenen tekst der *vita Eligii* (VIIe eeuw), die luidt als volgt: *Elegerunt S. Eligium ut præesset ecclesiæ Noviomagensi... constituerunt custodem urbium seu municipiorum his vocabulis, Vermandensi scilicet quæ est Metropolis urbs, Tornacensi vero quæ quondam regalis exstitit civitas, Noviomagensi quoque et Flandrensi, Gandensi et Corturiacensi* (1). Vermand en Noyon zijn de twee centra van het bisdom Noyon; maar de vier ander aangegeven steden of beter stêegebieden: Doornik, Kortrijk, Gent en Vlaanderen (de streek van Brugge, Oudenburg en Aarden-

(1) *AA. SS. Belgii*, t. III, p. 229.

burg), zijn wel de vier bijzonderste gewesten van het kerkelijk gebied van Doornik zooals het bekend is uit het register der XIVe eeuw (1).

Wij zeggen nu echter niet dat er geene kleinere veranderingen geschied zijn. Alhoewel immers de Kerk zooveel mogelijk altijd aan den algemeenen regel hield der onschendbaarheid van bestaande bisdommen, moest zij toch soms om redenen, die niet altijd te achterhalen zijn, kleine wijzigingen toestaan.

Zoo weten we dat reeds in 782, bisschop Gislebertus van Noyon-Doornik de abdij van Marchienne met andere kerken, *quæ sui episcopii erant*, aan het bisdom van Atrecht afstond, in verwisseling met de kerk van St-Maarten *supra Scarpum* (nu St-Amand-lez-eaux) (2).

Zoo weten we nog dat Dendermonde eerst aan Kamerijk behoorde; in het register van 1331 wordt gezegd: *Tenremonde in dyocesi tornacensi est de nuper* (3).

Doch de aanzienlijkste verandering geschiedde op de noordergrens. Men mag zich ten anderen hier vooreerst afvragen of de noordergrens van de *civitas Turnacensium*, en van het bisdom dat er op geschoeid werd, in den beginne wel kon bepaald worden; zij liep verloren in de vele kreken en zeearmen van de scheldemonding, die allengerhand aan 't verzanden gingen, en in de moerassen van de kuststreek, die eveneens maar stilaan werden uitgedijkt en in bouwland herschapen (4). Geen wonder

---

(1) Aldus WARICHEZ, *Les Origines...* p. 97. Bewijzen kan men ook vinden, alhoewel die niet heel hoog opklimmen, in afzonderlijke oorkonden waar de *Ordinarius* of *proprius Episcopus* vermeld wordt. Zoo weten we dat Zarren reeds in 1112, Passchendale in 1105, Becelaere in 1087 aan Doornik behoorden. Zie andere voorbeelden in de bespreking van het werk van WARICHEZ door J. OPDEDRINCK (An Em., 1905, p. 188).

(2) *Ibid.*, p. 97, naar de *Annales ordinis S. Benedicti*, (MABILLON *Annales*, t. II, p. 263).

(3) Zie PIOT, *a. c.*, p. 214.

(4) Volgens BLANCHARD (*La Flandre*, Lille, 1906, p. 146) was op het einde der romeinsche overheersching, omstreeks 400, de zee langzamerhand de moerassige zeevlakte binnengespoeld. Te dien tijde

zoo Doornik en Utrecht beide soms meenden aanspraak te mogen maken op deze maar later bewoonbaar geworden streken. Moeilijkheden onstonden inderdaad in den loop der XIe, XIIe en XIIIe eeuw tusschen beide kerken, waarover ons enkele bescheiden zijn overgebleven. Dank zij deze bescheiden weten we dat het bisdom Utrecht zich eerst uitstrekte over gansch het noorden van Oost-Vlaanderen, en ja zelf tot op het grondgebied van West-Vlaanderen.

Zoo zien we — wat vooreerst het noord-oosten van West-Vlaanderen betreft — omstreeks 1070, Willem bisschop van Utrecht eene aanklacht indienen te Rome tegen Radbod, bisschop van Doornijk, die volgens eerst genoemden ten onrechte op het kerkelijk gebied van Utrecht, te Brugge gelegen, het geestelijk gezag wilde voeren. Paus Gregorius VII besliste in 1075 ten voordeele van Utrecht, maar men gaf eerst geen gehoor aan zijne uitspraak ; het was slechts in 1122 dat de bisschop van Doornik, Lambertus, toegaf en erkende : « ... *Ecclesiam Trajectensem diu spoliatam fuisse a legitima sua possessione quæ est in Sysseele et appenditiis ejus* » (1).

Wat nu dit kerkelijk gebied was van Sysseele, dat eerst aan Utrecht behoorde, kan uitgemaakt worden uit andere bronnen : vooreerst bevatte het benevens Sysseele zelf voorzeker Oedelem, waarschijnlijk Assebroucke, maar

---

moest de vlaamsche vlakte veel gelijkenis bieden met de *Wadden* van het huidig Friesland. Dezelfde zandeilanden, die zich in de zee uitstrekten, dezelfde moerasachtige bodem, beurtelings droog en overstroomd, met tal van kreken en geulen doorsneden. Allengerhand nochtans komt de vlakte weer droog. Van de VIIe tot de XIIe eeuw krijgen bijna al de dorpen van Midden-Vlaanderen en van de zeevlakte hunnen naam.

(1) WARNKOENIG-GHELDORF, *Histoire de la ville de Bruges*, p. 45 ss. geeft eene bondige ontleding der oorkonden die nopens deze zaak overgebleven zijn en uitgegeven werden in *Miræus* en *Foppens*, *Opera diplomatica*, t. II. Zie ook BEAUCOURT DE NOORTVELDE, *Description historique de l'église collégiale de Notre Dame à Bruges*, Bruges, 1773 ; WARICHEZ, *Les origines*... p. 101.

vooral O. L. Vrouw te Brugge (*eccl. Sancte Marie in Brugis, quæ erat prius in Sissela*) met de parochiën die er later uitgemaakt werden (St-Gillis, Ste-Catherina en Coolkerke) (1). De terugkeer van het Sysseelsche naar Utrecht duurde echter niet lang. Hoe het geschiedde weten we niet, maar in alle geval had Doornik voor goed de bovenhand met het einde der XIIIe eeuw ; alleen bleven de collegiale en de onderhoorige kerken van O. L. Vrouw te Brugge voort tienden betalen aan Utrecht.

Middelerwijl waren tusschen Doornik en Utrecht nieuwe moeilijkheden ontstaan betreffende de verdere grenzen, in 't noorden van Oost-Vlaanderen, totdat eindelijk door een scheidsgerecht de zaak vereffend werd, in 1264.

Het pleit liep thans over Eecloo-Ste-Kruis (Oost-Eecloo) Caprycke, Lembeke die aan Doornik werden toegekend, Bassevelde, Watervliet, Hamere en Saeftingen die ook aan Doornik werden toegezegd, doch mits vergoeding ; Biervliet (locus Willeminorum) die onder Utrecht gesteld werd en eindelijk Moerbeke, voor wie de oplossing verdaagd werd (2). Moerbeke (Waas) werd ook naderhand bij Doornik gevoegd, en zoo kwam men tot de grenzen welke wij hierboven, volgens het register van 1331, beschreven hebben.

Voegen we hier nog bij dat dit uitgestrekte bisdom Doornik, althans met het midden der XVe eeuw, in twaalf dekenijen verdeeld was, gerangschikt als volgt onder drie aartsdiakonaten :

Aartsdiakonaat Doornik, met de dekenijen: Doornik, Helkijn, Kortrijk, Rijssel, Séclin (sedert 1369) en 217 parochiën

---

(1) Dit bewezen we in onze reeds aangehaalde studie, *Les paroisses rurales primitives* etc. p. 369.

(2) De oorkonde is uitgegeven door VAN LOKEREN, *Chartes de S. Pierre*, t. I, p. 336 s.

Aartsdiakonaat Brugge, met de dekenijen : Brugge, Oudenburg en Aardenburg, en 129 parochiën

Aartsdiakonaat Gent, met de dekenijen : Gent, Roeselare, Audenaerde en Waes, en 160 parochiën (1).

R. Deschepper.

VI

Importance des réunions trimestrielles du bureau des marguilliers.

Q. *Établissez l'importance des réunions trimestrielles du bureau des marguilliers au point de vue de la régularité de la comptabilité fabricienne.*

R. Conformément à l'article 34 du décret de 1809, le trésorier doit présenter au commencement de chaque trimestre, c'est-à-dire, le premier dimanche de janvier, avril, juillet et octobre, un bordereau (2), signé de lui et certifié véritable, de la situation active et passive de la fabrique pendant les trois mois précédents : ces bordereaux seront signés par les marguilliers qui auront assisté à l'assemblée, et déposés dans la caisse ou armoire de la fabrique pour être représentés lors de la reddition du compte annuel ; le bureau déterminera, dans la même séance, la somme nécessaire pour les dépenses du trimestre suivant. Cet article est complété par l'article 53 : « Si le trésorier n'a pas dans les mains la somme fixée à chaque trimestre, par le bureau, pour la dépense courante, ce qui manquera sera extrait de la caisse, comme aussi ce qui se trouverait y avoir d'excédent sera versé dans cette caisse ».

---

(1) Warichez, *État bénéficial* (1455).... p. 343.

(2) On entend par *bordereau* une indication ou état sommaire des recouvrements et paiements effectués conformément au budget et établissant l'encaisse à la fin du trimestre. Voir dans Van Coillie-De Meester, *La sépulture et les fabriques*, p. 474 un modèle de bordereau.

Ces dispositions empruntées presque textuellement aux anciens règlements des fabriques (1), sont d'une incontestable utilité tant pour assurer la régularité de la comptabilité fabricienne que pour faciliter le contrôle que doit exercer sur elle le bureau des marguilliers (2).

Un simple coup d'œil jeté sur les actes fondamentaux de la comptabilité des fabriques mettra nettement en relief l'importance de ces réunions trimestrielles (3).

1° Nous avons à la base de cette comptabilité le *budget annuel* qui prévoit pour chacun des articles des dépenses des allocations qui ne peuvent pas être dépassées, et pour chacun des articles des recettes des chiffres qui doivent être atteints.

Le montant de la recette et de la dépense inscrit sur le bordereau de situation présenté par le trésorier à la fin du trimestre doit correspondre au montant des recouvrements et paiements effectués dans le même laps de temps conformément aux inscriptions budgétaires.

2° Pour qu'il soit possible au bureau de juger de

---

(1) Voir Jousse, *Traité du gouvernement spirituel et temporel des paroisses*, p. 116, 160.

(2) Il n'est pas sans intérêt de reproduire ici l'article 26 de l'Instruction française sur la comptabilité des fabriques, du 15 décembre 1893, qui développe l'art. 34 du décret de 1809 : « Le comptable de la fabrique remet au président du bureau des marguilliers, à la fin de chaque trimestre, comme document servant à contrôler et à suivre les diverses opérations qu'il exécute, un bordereau de situation qui représente, par exercice, les sommes à recouvrer et à dépenser, ainsi que le montant des recouvrements et des paiements effectués sur chaque article du budget et qui fait ressortir l'encaisse à la fin du trimestre, avec la distinction du numéraire immédiatement disponible et des fonds placés en compte-courant au Trésor. — Pour les fabriques peu importantes, le bordereau peut être réduit aux seuls développements nécessaires pour donner à l'ordonnateur (le présidents du bureau) une connaissance exacte de la situation des crédits ouverts à chaque article du budget. » Voir Marques di Braga et Tissier, *Manuel de la comptabilité des fabriques*, p. 238, Paris, 1894.

(3) Voir Van Coillie De Meester, *o. c.*, p. 230, n° 160 ; Lauwers, *Code de droit civil-ecclésiastique*, p. 452 ss.. Bruges, 1859 ; *Rev. ecclésiast. de Metz*, 1906, t. XVII, p. 279 s. ; *Collat. Brugen.*, t. XI, p. 393 s.

l'exactitude de cet état sommaire de la comptabilité trimestrielle, le trésorier devra reproduire à l'appui son *registre-journal ;* ce qui l'obligera à tenir fidèlement à jour son journal des dépenses et des recettes.

3° Comme mesure complémentaire de contrôle, l'assemblée vérifiera chaque fois *la caisse* de la fabrique pour constater si l'état réel de la caisse répond au bordereau présenté ; cette vérification à laquelle le trésorier s'attend régulièrement, le portera à faire plusieurs fois la révision de la caisse. Cette opération lui fera découvrir peut-être des erreurs et des omissions d'inscription, qu'il lui sera plus facile de corriger et de réparer quand elles remontent à une date récente.

4° Ces réunions trimestrielles seront également pour le curé l'occasion de faire inscrire au registre-journal les recettes qu'il pourrait avoir été dans le cas de faire, par exemple les dons qui lui auraient été remis, et d'observer les prescriptions de l'article 26 du décret de 1809 : « Il sera rendu compte à la fin de chaque trimestre par le curé ou desservant, au bureau des marguilliers, des fondations acquittées pendant le cours du trimestre ».

5° Ces réunions trimestrielles préparent en plus *la gestion des trois mois suivants.* Le trésorier s'enquerra au bureau du chiffre approximatif des dépenses à faire pendant cette partie de l'exercice, en conformité avec les prévisions budgétaires. S'il est nanti de fonds, il ne doit rien faire de plus. S'il en est dépourvu, il demandera de puiser dans la caisse, sous son récépissé, les sommes nécessaires. S'il a de l'excédant, il le versera à la caisse et le constatera sur le bordereau de situation qu'il présentera le trimestre suivant (1). Il suit de là que le trésorier ne doit ordinairement avoir à sa disposition que les fonds nécessaires pour le service du trimestre.

---

(1) Voir art. 53 du décret ; VAN COILLIE-DE MEESTER, *o. c.*, formulaire, n. 10 et 11, p. 474.

Cette prévision des sommes à dépenser amènera naturellement le bureau à arrêter et à faire signer par le président *les marchés* et *les mandats de paiement* (1).

6° Enfin, l'observation de ces prescriptions facilite la confection et la vérification du compte de tout l'exercice. En effet, ces bordereaux, dûment signés, seront de préférence inscrits sur un registre particulier, tenu en double : un exemplaire reste entre les mains du trésorier pour lui servir de pièce justificative et être soumis au bureau toutes les fois qu'il en est besoin ; l'autre est conservé dans l'armoire de la fabrique, pour être représenté lors de la reddition du compte annuel (2).

A. De Meester.

(1) Art. 28 du décret.
(2) Art. 34 du décret.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis decembris propositas.

I

I Petri, I, 1-2. — Lectores Iæ Petri.

Q. *Interpretare* I Petr., *I, 1-2.*

R. Duo primi versiculi Iæ ep. s. Petri sunt inscriptio (*het adres*) et salutatio, satis similes inscriptionibus et salutationibus quibus s. Paulus epistolas suas inchoare solet.

Vers. 1 determinat lectores ad quos epistola dirigitur. Sunt nimirum *electi advenæ dispersionis*, ἐκλεκτοὶ παρεπιδήμοι διασπορᾶς : fuerunt enim inter omnes alios discreti et præ omnibus aliis electi ut essent christiani ; hanc autem dignitatem christianorum figurate describit Petrus eos vocando παρεπιδήμους, i. e. *advenas* seu peregrinos (1) ; sunt enim christiani cives regni cœlorum adeoque in hac terra veram patriam suam non habent ; et versantur hîc *in dispersione* seu diaspora : sicut enim Judæi extra patriam suam vel exsules coacti vel libere commorantes, dicebantur dispersi inter gentes seu versari in diaspora, sic christiani versantur extra patriam cœlestem et in medio hominum, qui ad patriam illam non pertinent, commorantur (2).

---

(1) Παρεπιδήμος proprie ille extraneus est qui mere transeunter in aliquo loco versatur, et distinguitur ab illo qui vocatur πάροικος, ille nimirum extraneus qui permanenter alicubi versatur, sub protectione civili vel ea saltem permittente, quin tamen ibi jus civitatis habeat.

(2) Quidam ex illa expressione *advenis dispersionis* concludere voluerunt lectores esse inter solos *Judæo*-christianos quærendos, quasi de illis tantum dici potuerit eos peregrinari extra patriam suam Palæsti-

Lectores epistolæ versantur in *Ponto*, *Galatia*, *Cappadocia*, *Asia* (i. e. provincia Asiæ) *et Bithynia*. Hisce major pars Asiæ minoris designatur, exceptis nempe regionibus meridionalibus : Lycaonia, Pisidia, Pamphylia (1) et Cilicia. Omnes istæ regiones videntur fuisse non a s. Petro, sed a s. Paulo evangelizatæ ; nullam facit Petrus allusionem ad relationes quaslibet personales quas cum lectoribus habuisset, et jus suum interveniendi apud illos unice fundat in dignitate sua apostolica (cfr I, 1 ; V, 1).

Vers. 2 ulterius evolvit illam electionem ad dignitatem christianam quam v. 1 indicaverat. Assignat enim successive — ubi notabis mentionem trium Personarum ss. Trinitatis :

a/ ultimam causam eorum electionis : electi fuerunt *secundum præscientiam Dei Patris*, i. e. non ex propriis suis meritis, sed secundum benevolum Dei decretum, ex prædestinatione divina (cfr *Eph.*, I, 4 s. ; *Rom.*, VIII, 28 ss.) ;

b/ causam instrumentalem qua Deus ad decretum suum

---

nam. Ast immeritò. Etenim sensus figuratus quem indicavimus, de christianis nempe ut sic exsulibus a patria cœlesti, optime est possibilis (cfr *Jac.*, I, 1; *Hebr.*, XI, 9 s., 13 ss); et si ita, est porro solus possibilis ; etenim *a*/ lectores sunt, plerique saltem, non Judæo-sed Ethnico-christiani (cfr I, 14 ; II, 9 s. ; III, 6 ; IV, 3) ; — *b*/ II, 11 utraque vox παρεπιδήμος et πάροικος, quamvis in sensu proprio omnino distinguenda (v. *notam* præced.), conjungitur et pro eodem habetur ; quod indicat ea vocabula communi quodam sensu figurato audiri ; — *c*/ eodem loco s. Petrus ut lectores suos hortetur ad sancte vivendum motivum desumit ex eo quod sunt peregrini et advenæ ; et I, 17 dicitur eos sancte vivere debere tempore incolatus sui, dum sunt πάροικοι ; nonne forte etiam Judæo-christiani in Palæstina degentes vel ad eam redeuntes eodem titulo ad eamdem sanctitatem tenebantur ? — unde hîc est sensus ut quia cives patriæ cœlestis in hac terra peregrinantes qua cives cœli se gerant.

(1) Tres istæ regiones quamvis utique pertinuerint ad provinciam romanam Galatiæ, non videntur tamen sub nomine *Galatiæ* a Petro comprehendi, sed Galatia hîc intelligi videtur eodem sensu quo, probabilius saltem, etiam a Paulo in *ep. ad Gal.* et a Luca in *Act. Ap.*, XVI, 6 ; XVIII, 23 intelligitur, nempe de Galatia proprie dicta seu Celtica, sita in parte septentrionali provinciæ romanæ Galatiæ.

exsequendum et ad lectores evehendos ad dignitatem christianismi usus est : *in sanctificatione* (ἐν ἁγιασμῷ) *Spiritus ;* Spiritus sanctus et qui eos gratia sua justos et sanctos fecit et genuinos christianos (cfr *I Thess.*, IV, 7 s. ; *II Thess.*, II, 12 s. ; *Eph.*, I, 4) ;

c/ causam finalem ejusdem electionis : *in obedientiam et aspersionem sanguinis Jesu Christi.* Hæc manifeste alludunt ad solemnitatem quæ *Ex.*, XXIV, 3-8 describitur. Sicut enim Judæi fœdere illo antiquo Deo promittebant plenam obedientiam et sicut per aspersionem sanguinis victimarum in populum Dei assumebantur, sic etiam Christiani novo quasi fœdere promiserunt Deo plenam obedientiam et, aspersi sanguine Christi, in novum populum Dei acceptantur. Unde hic est finis a Deo intentus : elegit eos ut in fide et vita sua plene sint Deo addicti et ut jugiter se gerant ut pertinentes ad populum peculiarem Dei. — Ultima verba v. 2 sunt solita Judæis salutatio : *Gratia*, benignus Dei favor, *et pax*, omne bonum salutare inde resultans, *vobis multiplicetur*, in dies copiosius vobis contingat (1).

A. VANDER HEEREN.

II

De causa formali justificationis.

Q. *Demonstra Deum non esse causam formalem nostræ justificationis.*

Prænotanda. — 1/ Forma sive *causa formalis* est « id quo aliquid est determinatum ad specialem rationem entis, sive sit forma substantialis qua ens corporeum determinatur ad unam speciem in genere substantiæ, sive sit forma accidentalis qua res in suo primo esse jam

(1) Cfr VAN STEENKISTE-CAMERLYNCK, *Commentarius in epistolas catholicas*, ed. 5a, 1909 ; W. VREDE, in *Die heilige Schrift des Neuen Testaments*, Bonn, 1916.

constituta, determinatur ad participandum esse secundum quamdam perfectionem sibi superadditam » (1). Sensus propositionis demonstrandæ itaque est : *Deus non est ipsa forma immediate unita animæ* tanquam subjecto, ita ut ex hac unione anima formaliter justa constituatur (2).

2/ Hæc demonstratio est independens a quæstione inter theologos disputata utrum necne detur unio specialis inter personam justi et personam Spiritus sancti *inhabitantis* animam justi, *qua unione passive sumpta*, homo *justus per gratiam*, secundum se totum dignificatur, et *formaliter filius Dei adoptivus* constituitur (3).

3/ Videtur P. Lombardus docuisse vel logice tenere debuisse sententiam. quæ Deum esse causam formalem nostræ justificationis affirmat. S Thomas sic mentem illius explicat : « Magister... ponit quod charitas (quam a gratia non distinguit), non est aliquid creatum in anima, sed ipse Spiritus sanctus mentem inhabitans » (4).

Resp. 1/ Sententia quæ tenet Deum esse causam formalem nostræ justificationis excluditur primo, quia certo certius *minus congruit testimonio sacræ Scripturæ*, quæ id quo justi reddimur ut germen divinitatis describit (5).

Minus etiam cohæret cum *variis effatis Patrum*. Expresse loquitur s. Augustinus : « Non dixit (Apostolus) : justitia hominis, vel justitia propriæ voluntatis ; sed : justitia Dei, non qua Deus justus est, sed qua induit hominem, cum justificat impium » (6). Ita pariter s. Cyrillus alex. : « Formatur in nobis Christus, inferente nobis Spiritu sancto divinam aliquam formam per sanctificationem et justitiam » (7) ; Spiritus « nos ad formam

---

(1) Billot, *De Sacramentis*, I, p. 56, Romæ, 19155.

(2) Cfr *Collat. Brugen.*, IV, p. 451.

(3) Cfr ill. ac rev. Waffelaert, *Disquisitio de unione justorum cum Deo*, apud *Collat. Brugen.*, XV, p. 627.

(4) *Sum. Theol.*, II-II, q. 23, a. 2, c.

(5) *I Jo.*, III, 9.

(6) *De spiritu et littera*, IX, 15 (MPL, XLIV, 209).

(7) *In Isaiam comment.*, IV, 2 (MPG, LXX, 936).

Christi perficit, per sanctificationis qualitatem » (1). Merito itaque docet concilium tridentinum : « Unica formalis causa (justificationis) est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit » (2).

2/ Ex multis locis sacræ Scripturæ constat *justitiam* hominum esse *inæqualem* (3) ; oportet ideo crescamus in gratia et caritate (4), quod etiam sæpius inculcant ss. Patres : « Ipsa gratia meretur augeri », ait s. Augustinus, « ut aucta mereatur et perfici » (5).

Eamdem doctrinam explicite proponit s. tridentina synodus : « Vere justi nominamur et sumus, justitiam (Dei) in nobis recipientes, *unusquisque secundum mensuram,* quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult » (6) ; « sic ergo justificati,... euntes de virtute in virtutem... crescunt atque magis justificantur » (7).

Atqui « si Deus esset causa formalis nostræ justificationis, nos essemus justi formaliter ipsa justitia Dei », itaque « essemus omnes *eodem modo* justi, nempe *eadem infinita Dei justitia* nobis unita » (8).

3/ Tandem « si Deus esset causa formalis nostræ justificationis, ipse esset nobis unitus ut *actus potentiæ ;* atqui hoc non est » (9) nec esse potest.

Etenim talis unio esset vel *substantialis* vel *accidentalis,* quod utrumque esse nequit. Non primum, quia repugnat

---

(1) *Homilia pasch.*, x, 2 (MPG, LXXVII, 617).

(2) *Conc. Trid.*, sess. VI, *Decretum de justificatione*, cap. 7 (*Enchir. Symb.*, n. 799) ; cfr can. 10 et 11 (*Enchir.*, n. 820 et 821).

(3) *Ephes.*, iv, 7 ; *Mt.*, xxv, 15 ; *Lc.*, vii, 47.

(4) *I Petr.*, ii, 2 ; *II Petr.*, iii, 18 ; *Ephes.*, iv, 11 s.

(5) *Epistola* 186, 3, 10 (MPL, XXXIII, 819) ; cfr etiam s. Prosper aquitanus, *Resp. ad capit. Gallorum*, 6 (MPL, LI, 161) et s. Gregorius magnus, *In Ezech. hom.*, II, 3, 4 (MPL, LXXVI, 960).

(6) *Conc. Trid.*, sess. VI, *Decr. de justif.*, cap. 7 (*Enchir.*, n. 799) ; ultima verba citata desumuntur ex I Cor., xii, 11.

(7) *Ibid.*, cap. 10 (*Ench.*, n. 803) ; cfr can. 24 et 32 (*Ench.*, 834 et 842).

(8) Van der Meersch, *Tract. de divina gratia*, n. 112, 1°, p. 109, Brugis, 1910.

(9) *Ibidem*, n. 112, 2°.

ut Deus, ipsum esse subsistens, nobiscum constituat novam naturam, uti fit per unionem formæ ad materiam in composito substantiali (1) ; non secundum, quia rursus repugnat ut ipse Deus tanquam accidens nobis inhæreat.

Ergo Deus non est causa formalis nostræ justificationis.

H. Lamiroy.

III-IV

De lotione stomachi relate ad s. communionem.

Q. *An et cur licet stomachum lavare 1° ante et 2° post s. communionem ?*

Prænota. Agitur de stomacho lavando ope siphonis. Res ita describitur apud Gennari (2) : « La pompe gastrique est un tube ou sonde élastique, qu'on introduit par la bouche dans l'estomac, afin de le laver avec de l'eau pure ou médicamenteuse. Une manœuvre facile permet ensuite de retirer cette eau, en même temps que les restes de nourriture non digérés. C'est donc un simple lavage de l'estomac que l'on fait à l'aide de cet instrument, pour le débarasser des matières non digérées. On introduit la sonde lubréfiée à l'aide d'huile d'amandes douces, ou même toute sèche, l'huile n'étant pas absolument nécessaire ».

R. Ad I^um^.

1° *Quod spectat ipsam lotionem.*

Primo aspectu videri posset obstare legem jejunii naturalis (can. 858, § 1), quæ cibi potusve sumptione

---

(1) Notetur in incarnatione Verbi, secundam personam ss. Trinitatis *non* uniri humanæ naturæ ut *actum potentiæ, nec causalitatem*, proprie loquendo, *formalem* exercere, sed uniri *secundum subsistentiam* ; cfr Van der Meersch, *o. c.*, p. 109, nota 2.

(2) Card. Gennari, *Consultations de morale, de droit canonique et de liturgie*, trad. Boudinhon, Paris, 1907, *Morale*, t. II, p. 123.

læditur (1). Verum, notum est in jejunii læsione dijudicanda, multum valere communem hominum æstimationem. Jamautem, quamvis partem aquæ in stomacho infirmi remansisse quis noverit, dummodo id præter intentionem factum sit, juxta communem æstimationem non eum bibisse sed unice stomachum mundasse sentiet.

Nec refert quod aqua, quæ in stomacho loto superest, non ita modica sit, quodque eadem quantitas aquæ, si casu deglutiretur ab eo qui os suum lavat, jejunium fregisse diceretur. Nam, cum omnia adjuncta simul consideranda sint, modus quoque quo aqua in stomachum introducitur nonnihil facit ut homines hunc *deglutiendo* bibisse existiment, illum autem, qui stomachum lavit, jejunum habeant.

Pariter non obstat quod, si *consulto* quis aquam in stomacho relinqueret, bibere diceretur : quia hæc ipsa intentio plurimum valet ut passim bibere dicatur qui, deficiente hac intentione, jejunus haberetur.

2° *Quod spectat siphonis gastrici inunctionem.*

Multi censent ea agendi ratione usum siphonis ante communionem prohibendum esse, quia jejunium unguento frangitur. At, salvo meliori judicio, contraria sententia præplacet (2). Quis enim, cum modicum oleum adhibeatur ut canalis facilius introducatur, ægrotantem hoc linimen bibere merito dixerit ?

Post aliquot vices, unctio ut plurimum absque incommodo omitti potest.

Ad IIum.

Cum nulla detur prohibitio Ecclesiæ in hac parte, sola consideranda venit reverentia sacramento debita. Jam age :

---

(1) Datur aliquod responsum s. Congregationis s. Officii, 23 april. 1890, quæ quæstionem *theoreticam*, cum de ea interrogata non fuerit, insolutam reliquit.

(2) Cf. Leroux, *Revue ecclésiastique de Liége*, 1920-1921, p. 156, n. 1 ; Génicot-Salsmans, *Institutiones theologiæ moralis*, II, n. 220.

Culpa nulla est, si lotio perficitur quando non jam probabile est ss. Sacramentum in stomacho remanere : Cum lotio ob rationabilem causam peragatur, ss. Eucharistiæ expulsionem, mere possibiles, ex reverentia vitare non tenemur.

Ast, lavare stomachum si ss. Eucharistia probabiliter adhuc in eo reconditur, dato periculo probabili Eamdem expellendi nullaque gravissima causa excusante, irreverentia est sacramento illata, tantoque major quanto hoc sacramentum cetera omnia dignitate antecellit. Porro, speciebus panis vel vini corruptis, sacramentum esse desinit. Tota igitur quæstio est quamdiu post communionem Eucharistia accidentia sua retinet.

Jamvero, juxta peritorum experimenta :

1° A veritate alienum esse videtur speciem panis jam ante deglutionem corrumpi, eo quod præcipua ejus pars, amylum, actione salivæ, in ore communicantis tota in saccharum convertatur. Hoc verum esse nequit nisi quis s. Hostiam diu in ore servans, sæpius salivam renovet et species variis motibus dissolvere conetur (1).

2° In stomacho sano, *minimum* postulatur semi hora ut hostia minor, et una saltem hora ut major corrumpatur (2).

3° In stomacho infirmo, fragmenta hostiæ post duas tresve horas incorrupta manere compertum est. Attamen, si post communionem jam sumpta sit sat magna cibi quantitas, hoc periculum citius removetur, cum valde verisimile sit species, si nondum concoctæ sint, aliorum ciborum impulsu breviore temporis spatio in intestinum gracile fuisse devectas (3).

---

(1) Ita Génicot-Salsmans, *l. c.*, n. 179 juxta investigationes docti professoris universitatis lovaniensis.

(2) Ita *Le canoniste contemporain*, 1897, p. 138, juxta experimenta doctoris L. Georges et Coze relata in periodico *L'Université catholique*, déc. 1893, p. 604 ss., neenon apud Gasparri, *Tractatus canonicus de ss. Eucharistia*, Parisiis, 1897, t. II, n. 1194.

(3) Cf. Génicot-Salsmans, et Gasparri, *l. c.*

Itaque, qui stomacho laborant, tutius ante communionem lotionem perficiunt, nec possunt eam post sumptionem Eucharistiæ peragere nisi, de judicio timorati medici, post plures horas, attento casu concreto, absque probabili periculo id fieri possit.

Nota. Si inter alimenta e stomacho educta quædam specierum fragmenta vel vestigia reperiantur, applicetur, rubrica Missalis, *De defectibus in celebratione Missæ occurrentibus*, x, 14 : « Si sacerdos evomat Eucharistiam, si species integræ appareant, reverenter sumantur, nisi nausea fiat ; tunc enim species consecratæ caute separentur et in aliquo loco sacro reponantur, donec corrumpantur, et postea in sacrarium projiciantur. Quod si species non appareant, comburatur vomitus, et cineres in sacrarium mittantur ». V. Coucke.

V

De lectione spirituali.

Q. *Quid et quomodo legendum ut lectio spiritualis maximam utilitatem afferat ?*

R. Inter media efficacissima nutriendi quotidie vitam spiritualem annumeranda est lectio assidua librorum spiritualium (1), utpote quæ tum menti ingerat ideas supernaturales vividas, tum cordi infundat affectus sanctos, quæ simul, sponte sua, ad actus consentaneos inclinant (2). Eam autem utilitatem lectionis piæ sibi quisque augere potest 1° *materiam* lectionis prudenter deligendo, 2° ad *modum legendi* diligenter attendendo.

1° Materia lectionis spiritualis.

1. Prima, in se præstantissima nobisque simul peculiaris utilitatis est *S. Scriptura* utpote verbum Ipsiusmet

(1) Argumento auctoritatis et rationis vindicavimus utilitatem lectionis spiritualis ad devotionem fovendam t. XXI, p. 502 ss. Ibidem citantur opera consulenda.

(2) Lege A. Eymieu, *Le gouvernement de soi-même*, t. I, Les principes.

Dei, quasi litteræ a Patre cœlesti ad nos e cœlo missæ. Hi etenim libri, inspirante Spiritu Sancto a sanctis viris conscripti specialem virtutem, quasi spiraculum vitæ divinæ, adnexam sibi retinent, quam pie legentes sponte percipiunt : « Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus » (1). Verba hæc spiritus et vita sunt, fons inexhaustus vitæ supernaturalis (2).

Ut autem uberiorem fructum ex lectione S. Scripturæ capiamus, genuinum et traditionalem sensum ejus hauriemus ex homiliis ss. Patrum et Doctorum Ecclesiæ, utpote interpretum legitimorum divinæ revelationis (3).

2. Reliqui libri pii ad tres categorias reduci possunt. De singulis pauca notamus.

a/ *Libri hagiographici*, seu « *vitæ sanctorum* ». Horum quidem lectio generatim omnibus, tam doctis quam rudibus, delectabilis est et proficua valde (4). Attamen

---

(1) *II Tim.*, III, 16.

(2) Vere miranda est hæc vitalitas S. Scripturæ e qua omnes retro generationes nova semper documenta vitæ deprompserunt. Non omnes tamen libri V. T., v. g. libri historici, Canticum Canticorum, omnibus indiscriminatim conveniunt, imo nec nobis quovis tempore indifferenter usurpandi sunt. Evangelia autem et reliquæ partes N. T., edita scilicet juxta præscriptiones canonicas, communiter omnibus commendanda sunt. Cfr. *Collat. Brug.*, t. XIX, p. 480, sq.

(3) Cf. Illmus ac Revmus Waffelaert, *Prospectus generalis in theologiam mysticam*, apud *Collat. Brug*, t. XVI, p. 387 sq. Quam provide mater nostra Ecclesia quotidie ministris suis aliquam particulam doctrinæ Patrum et Doctorum in lectionibus divini officii apponit ad instar cibi spiritualis quo eos nutriat simulque appetitum ad ulteriora apud illos quærenda acuat !

(4) « We zouden moeten met eenvoudiger en levendiger geloof de *levens der heiligen* lezen. Naar het welgepaste woord van den H. Franciscus van Sales, is er tusschen het Evangelie en het leven der heiligen het verschil dat bestaat tusschen geschreven muziek en gezongen muziek. Elk heilige mag den H. Paulus nazeggen : « Weest mijne navolgers, zooals ik het ben van Christus ». (*I Cor.*, XI, 1). H. Mahieu, *over geestelijk leven*, bl. 103. Cuique ætati providet Deus exempla sanctorum adaptata : in nostra, naturalismo infecta, multiplicavit specimina præcelsa vitæ supernaturalis. Hæc pauca nomina recolantur :

alio et alio modo ad ædificationem fidelium conferunt vitæ sanctorum pro diversitate donorum gratiæ quæ in ipsis relucent. Alii namque sancti, gratiis gratis datis per vias extraordinarias a Deo mirabiliter deducti, mundo apparent tamquam gigantes pœnitentiæ, heroes fortitudinis, angeli puritatis, cherubim contemplationis, seraphim divini amoris. Horum historia admirationem nostram excitat divinæ bonitatis atque æmulationem et generositatem provocat ad perfectionem status nostri prosequendam, saltem eorum spiritum pro modulo nostro participando. Alii vero cum gratiis omnibus præparatis per vias ordinarias incedentes, in communibus vitæ humanæ conditionibus sanctitatem adepti sunt. Quorum exempla, maxime si vel in statu nostro vel ætate nostra vixerunt, directe ad imitationem nos provocant nobisque fiduciam addunt eumdem scopum attingendi quem isti et istæ consecuti sunt (1).

b/ *Libri didactici,* qui theoretice de vita spirituali tractant ejusque vel structuram generalem exponunt, vel unam aliamve partem magis in specie elucidant. Alii sunt ascetici, alii mystici. Difficiliores pro studio, faciliores tantum iique præprimis qui a sanctis viris cum unctione spirituali conscripti sunt, pro lectione pia usurpentur (2).

B. Joa-B. Vianney, P. Chevrier, P. Paquay, l'abbé Henri Chaumont, P. W. Doyle, S. J., Sœur Marie du Divin Cœur, Sœur Thérèse de l'Enfant Jésus, Mère Marie de Jésus, Sœur Elisabeth de la Trinité, Gemma Galgani etc.

(1) Ut hos fructus afferant vitæ sanctorum supponuntur debito modo descriptæ. Duo autem sunt defectus oppositi in hagiographia æque vitandi : alter est illorum auctorum qui, pietate sua decepti, ita velant naturam, ita extollunt gratiam ut sancti jam nihil fere humani retineant ; alter est eorum qui, scepticismo quodam infecti circa ea quæ naturam excedunt, studiose minuunt partes Dei, ita ut sancti fere ut profani homines, utut magni, appareant. Cfr. H. Mahieu, *Collat. Brug.*, t. XI, p. 669, ss.

(2) Exempli causa citemus opera s. Thomæ, s. Bonaventuræ, Lessii, Ludovici Granatensis, Ludovici Blosii, Scupoli, s. Francisci Salesii, s. Theresiæ, s. Joannis a Cruce, B. Rusbrochii, Bossuet.

c/ *Libri sententiales* seu affectivi, qui veritates quæ devotionem nutriunt vivide, sapide et affectuose proponunt atque ex iis succum vitæ spiritualis educunt (1).

Regula. Hos libros nobis eligemus aliisque directioni nostræ commissis consulemus qui personaliter cuique conveniant utpote conformes proprio ipsius instituto vel statui, genio, spiritui, capacitati, dispositionibus actualibus, circumstantiis peculiaribus ita ut omnia quæ leguntur ad propriam vitae normam legentis dirigantur (2).

2° Modus instituendi lectionem spiritualem.

Sint hæc quædam monita practica circa tempus, methodum, spiritum quo melius instituitur lectio spiritualis.

Tempus. — Sit in ordine nostro diurno statuta hora huic exercitio assignata, potius matutina, aut vespertina, quam aliis occupationibus minus obnoxiam esse experientia novimus. Praeterea per diem interstitia seu segmenta temporis (verloren oogenblikken) bona quadam temporis avaritia lectioni impendantur (3).

Protrahatur lectio per sat notabile tempus (4), v. g. per semi-horam, aut, minimum, per horæ quadrantem. Quodsi diutius continuetur, « sit temperata, cui finem consilium, non lassitudo imponat » (5).

---

(1) Tales sunt *Imitatio Christi*, *Soliloquia* dicta s. Augustini, *Visitationes Ss. Sacramenti* s. Alphonsi de Ligorio, *Maximes de s. Thérèse*, *Memoriale vitæ sacerdotalis* auctore Arvisanet, *De katholiek van de daad* van Palau S. J., *De imitatione ss. Cordis Jesu* R. P. Aernoudt etc.

(2) Cfr. Illmus et Revmus Waffelaert, *l. c.*, p. 388. H. Mahieu, *Collat. Brug.*, t. XIII, p. 348, ss. Ideo opera mystica, obscura plerumque et charismatibus plena, ne commendentur incipientibus, ob periculum errorum, illusionum, dejectionis aut præsumptionis animi. Item nec timoratis libri severiores, nec sensitivis libri valde affectivi conveniunt.

(3) Cfr. Illmus et Revmus Waffelaert, *Analecta ascetica et mystica*, apud *Collat. Brug.*, t. XX, p. 309, ss. *De subsecivis lectionibus*.

(4) H. Mahieu, *Het inwendig gebed*, p. 79.

(5) *Epistola ad Demetriadem, de virginitate* S. Hieronymus, *Opera omnia* ed. Maurinorum, t. V, col. 25. Hæc epistola ibidem inter supposititias recensetur, col. 11.

Methodus. — « Non multos libros perfunctorie sed paucos [et quidem electos] legito accurate, cum debita mora, tractim et quiete, ut divinæ illustrationi et inspirationi locus relinquatur » (1).

Quod notatu dignum, continuo est seligendum ac seponendum : amissum enim est quidquid memoriæ fidelitati (quæ potius infidelitas diceretur) commissum (2).

Spiritus. — « Si vis profectum haurire, lege humiliter, simpliciter et fideliter, nec unquam velis habere nomen scientiæ » (3).

a) *Humiliter.* Nimirum ad lectionem spiritualem accedendum est cum spiritu paupertatis, id est, ex intimo sensu indigentiæ nostræ, tamquam esurientes et sitientes et cæcutientes (4). Adeoque et orationi insistendum, tum ante lectionem, invocando Spiritum Sanctum qui est « spiritalis unctio », ut ex lectione unctionem spiritus percipiamus, tum post lectionem, in gratiarum actionem pro refectione animæ, tum inter legendum, usurpando sanctas aspirationes « quæ lectionem interrumpant et non tam impediant interrumpendo quam puriorem continuo animum ad intelligentiam lectionis restituant » (5).

---

(1) Joa. Bona, *Horologium asceticum*, c. II, § 2.

(2) *Analecta ascetica et mystica*, l. c., p 311, sq. Lectissima tantum excerpenda, non omnia quæ observanda occurrunt. Lege ibidem, p. 313, sq. circa modum practicum excerpendi. Merito tamen notat Blosius, *Speculum monachorum :* « Non autem turberis si bona quæ legis vel audis, universa in memoria non retines. Nam quemadmodum vas, quod sæpius aqua perfunditur, purum permanet, etiam si aqua infusa statim effluat, ita si mentem benevolam doctrina spiritualis crebro pertransierit, quamvis ibi non persistat, ipsam tamen mentem nitidam Deoque placentem reddit et conservat ». Editio Lovanii, 1568, p. 798.

(3) *Imitatio Christi*, L. I, c. 5.

(4) Cogita : « In carcere corporis hujus detentus, duobus me egere fateor, cibo scilicet et lumine » *Imit. Christi*, L, IV, c. 11 ; vel cum Psalmista : « Ego autem mendicus sum et pauper, Dominus sollicitus est mei » ; vel audi Dominum monentem : « Nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cæcus et nudus ». *Apoc.* III, 16-17.

(5) Joa. Bona, *Horologium asceticum*, c. II, § 2. « Perceptio... verbi Dei externi per auditionem et lectionem sterilis manebit, nisi accedat verbum internum divini luminis atque inspirationis. Atvero hoc ver-

b) *Simpliciter*. Simplici et pura intentione legendi sunt libri spirituales, nimirum non ex profana curiositate litteraria aut ex sola sciendi cupiditate, sed neque, saltem primaria intentione, ad utilitatem aliorum, at vero ad nutriendam ex doctrina accepta propriam vitam spiritualem, puritatem scilicet interiorem paratamque voluntatem adimplendi nutum divinum, quam vitam dein in alios efficaciter effundere licebit (1).

c) *Fideliter* tandem seu ex fide et cum affectu legendi sunt libri pii, auscultando in ipsis vocem Dei, cum reverentia etiam externa, cum pietate et promptitudine animi (2).

A. LEGRAND.

VI.

De throno expositionis.

Q. *An et qualis requiritur thronus ad exponendum SS^m^ Sacramentum?*

R. PRÆNOTANDA. — Nomine throni designatur communiter sedes in qua sedere solet rex aut princeps civilis vel ecclesiasticus in solemnioribus functionibus. Unde thronus habetur ut symbolum aut etiam synonymum regiæ potestatis et majestatis.

Secundum æstimationem communem, tria tanquam propria videntur generatim pertinere ad thronum : *a)* scabellum seu basis plus minusve alta, ut in throno sedens, omnibus supereminens, omnia videat et ab omnibus conspiciatur ; — *b*) sedes quæ, commoditatis gratia, brachiis et tergo, sæpe altiori, muniatur, et in honorem sedentis pulchre ornetur ; *c*) baldachinum sedi obum-

---

bum non percipitur nisi tamquam Dei responsum datum orationibus nostris ». ILLmus AC REVmus WAFFELAERT, *Prospectus generalis in theologiam mysticam*, apud *Collat. Brugen.*, t. XVI, p. 388.

(1) *Imitatio Christi*, L. I, c. 20, L. III, c. 43.

(2) A. GRATRY, *Les sources*, p. 52.

brans, quod nunc quidem solius honoris causa superimponitur, olim autem etiam in protectionem admoveri solebat contra pulverem, solis æstum aut aëris intemperiem.

Nil igitur mirum quod usus s. Scripturæ thronum assignaverit Regis regum infinitæ majestati (1); quod ars christiana etiam primitiva sæpius repræsentaverit thronum in quo gloriose sedet Pater æternus (2) vel Filius hominis in persona aut in symbolo (3); quod tandem liturgia fere ab exordio sanctum altare, quod est sedes Agni pro nobis sese immolantis, construxerit ad instar throni, cum subjacenti basi et supereminenti umbraculo. Nostris etiam diebus, supra altare, si non sit erectum ciborium, appendi deberet in rigore juris (4) baldachinum pensile, altare obumbrans; vi tamen consuetudinis contrariæ non est de præcepto illud baldachinum, quod de facto frequentius non adest.

An requiritur? — Invalescente, medio ævo, usu expositionis publicæ, solebat s. Hostia quasi in throno exponi. Petit nempe s. Carolus Borromæus (5) ut supra vas eucharisticum expositum in mensa altaris, expandatur velum sericum ita obumbrans ss. Sacramentum ut ejus aspectus non velutur. (6) Postea vero cœpit ostensorium exponi sub baldachino aut umbella, vel in throno.

Tandem Instructio Clementina præscripsit, § 5, ut « super altare expositionis et in eminenti situ sit taber- « naculum sive thronus cum baldachino proportionato

---

(1) Recole v. g. innumera loca Apocalypseos in quibus thronus commemoratur.

(2) Juxta visionem Isaïæ.

(3) In antiquis operibus musivis non raro occurrit in throno ornato liber evangelii vel crux Christi, Agnus Dei, IXΘUS.

(4) Cf. *Cær. Episc.*, I, XII, 13, 14; XIV, 1; Decreta 2912; 3525, 2; 4213, 3.

(5) In synodo provinc. IV, a. 1576. Alias synodos quæ idem decreverunt vide ap. *Ephem. Liturg.*, 1913, p. 152, nota.

(6) Ita etiam in processione defertur ss. Eucharistia sub baldachino vel umbella.

« albi coloris super cujus planitie ponatur corporale ad « exponendum ostensorium aut custodiam radiis circum- « fulgentem, contra vero quivis absit ornatus ex quo « ss. Sacramenti aspectus impediatur ».

1. Thronus igitur indubie est de præcepto in *Urbe Roma, pro expositione Orationis XL horarum*. Excipiunt tamen nonnulli casum quo supra altare expositionis erectum est ciborium aut appositum baldachinum pensile (1). Et quamvis hæc exceptio minus quadret cum prælaudato textu Instructionis Clementinæ (2), est consentanea traditioni supra expositæ et fuit admissa a s. Rit Cong. decreto 27 maii 1911 (3), quod tamen non fuit assumptum in nova collectione authentica, n. 4268.

2. Pro *aliis expositionibus* et universim « *extra Urbem* non obligare » Instructionem Clementinam declaravit S. R. C. (D. 2403), sed et simul declaravit « laudandos esse qui se illi conformare student, nisi aliud ab Ordinariis locorum statutum sit » (D 2403), et « illi inhærendum, quantum fieri potest » (D. 3049, IV, 1) et : « expedit illam servare » (D. 4015, 5).

Unde non solum in solemnissima sed in omni solemni expositione jam solet adhiberi thronus, quem ceteroquin auctores communiter commendant et requirunt, et quem s. Rit. Congregatio in pluribus decretis regulariter supponit, aut etiam requirit (4), et ejus usum et qualitatem accuratius determinat, ut ex sequentibus patebit.

Unde regulam practicam solent auctores sat communiter ponere : thronum certe non requiri ad expositionem *privatam*, quæ fit per pyxidem in tabernaculo expositam ;

---

(1) Cf. *Ephem. Liturgicæ*, 1910, pp. 290 ss. et 606 ss.

(2) Cf. *Ephem. Liturgicæ*, 1910, pp. 145 ss. et 489 ss.

(3) Cf. *Collat. Brugen.*, XVI, 1911, p. 547.

(4) Notatim decr. 3349. quod damnat consuetudinem exponendi Sanctissimum ope machinismi cujusdam aut in manu statuæ B. M. V. et addit : « et sacramentum ipsum exponendum est sub throno in eminentiori loco ».

requiri *ad omnem expositionem solemnem seu publicam*, quæ fit in ostemorio (1).

Excipiunt tamen nonnulli casum expositionis improprie dictæ quæ fit simpliciter ad dandam benedictionem, etiamsi nonnullæ preces benedictionem præcederent : quo casu sufficeret ut ostensorium ponatur super mensa altaris, ad normam rubricarum Ritualis, IX, v, 5 et Cæremonialis Episcoporum II, XXXIII. 24-27, in fine processionis Corporis Christi (2).

QUALIS. — 1. In planitie throni poni potest scabellum ornatum, vulgo *thabor* nuncupatum, sed certe sterni debet mundum ac benedictum *corporale* aut palla, cujus loco non admittitur pulvinar.

2. Thronus ita construatur ut superimpositum habeat *baldachinum*, ex panno vel ex ligno vel metallo forte deaurato confectum, super ostensorium eminens, quod convenienter in modum coronæ regiæ vel imperialis effingi potest, quodque dorsello seu postergali cum basi conjungi solet. Baldachinum potest etiam ad modum ciborii sustentari quatuor columellis.

3. Instructum *velis* sericis a baldachino pendentibus, quibus in thronum vere regium ordinetur. Vela sint coloris albi, ss. Sacramento proprii (*Instr. Clem.* § V), quamvis pars accessoria, præsertim exterior possit esse alius coloris, festivi tamen, v. g. rubri, ut in multis ecclesiis videmus. Imo S. R. C. n. 3767, 29, 3 declaravit servari posse consuetudinem « suspendendi in medio altaris pallium rubrum ad instar magni conopei,

---

(1) V. g. MARTINUCCI-MENGHINI, *Manuale sacrar. cærem.*, parte I, vol. II, p. 105 et 395 ; DE HERDT, *s. Liturg. praxis*, II, n. 15, § VI et n. 191 ; VAN DER STAPPEN, *De administrat. Sacram.*, q. 178 ; FORTESCUE, *The ceremonies of Roman rite described*, London, 1917, p. 240 ; HAEGY, *Manuel de liturgie et cérémonial*, 1922, t. I, p. 547 ; P. BATTISTINI, apud *Ephem. Liturg.* 1921, p. 459-467 ; P. SCHOBER, *Cæremoniæ missarum solemnium*, Ratisbonæ, 1909, p. 210.

(2) Cf. *Ephem. Liturg.*, 1913, p. 149 ss. — Hanc sententiam impugnat P. BATTISTINI, *l. c.*, p. 465 s.

defluentis ex corona supra altare dependente, in cujus centro collocatur thronus pro ostensorio ».

4. Thronus juxta Instruct Clem. debet poni « *super altare... in eminenti situ* » quia locus eminentior sane convenit omnium Domino. Quod et in aliis expositionibus convenit observare, ita tamen ut pro frequentioribus expositionibus non nimis difficilis sit accessus ad thronum nec oporteat v. g. in altare ascendere ad exponendum ostensorium. Vitari debet modus exponendi indecorus, puta machina quadam cujus ope elevaretur aut deponeretur ostensorium (D. 3425) aut velo quodam quod cordulæ tensione relaxatur vel expanditur (DD. 4077, 1, 2 ; 4257, 3).

Potest tamen thronus exstrui in muro post altare « modo non nimis distet ab altari cum quo debet unum quid efficere » (D. 4268, 5). Unde posset etiam deferri ostensorium per gradus post altare, ut a parte posteriori exponatur sub baldachino throni in ipso altari erecti. Imo, si alia dispositio vix aut ne vix quidem obtineri potest, pro thono ordinetur ipsum tabernaculum, appenso in medio tabernaculi pulchro velo albo, post quod, tempore expositionis, recondantur alia vasa sacra. Convenit in hoc casu ut ostiolum tabernaculi dividatur et aperiatur in medio, ut pars ostioli intus ornata a dextris et a sinistris conducat ad majorem ornatum ss. Sacramenti.

5. Quum thronus soli ostensorio sit reservandus, convenit ut sit « *amovibilis* » ab altari (D. 4268, 4) et amoveatur quoties non est expositum ss. Sacramentum ; aut debet saltem construi ut claudi (1) vel abscondi (2) possit, ita ut extra expositionem non appareat qua thronus.

C. Callewaert.

---

(1) Qua de re vide *Eucharistisch Congres te Rousselare*, Verslagen p. 103 ss, ; Besluiten, p. 50 ; C. B. XVI, 549-50.

(2) Vide exemplum ap. Raible, *Der Tabernakel einst und jetzt*, p. 301.

Législation civile.

Les Associations sans but lucratif.

Modèle de Statuts.

Monsieur le chanoine Loncin, Secrétaire de l'Archevêché de Malines, a publié dans la *Vie diocésaine* (1), une étude fort remarquable sur la loi du 27 juin 1921 relative aux associations sans but lucratif (2). Après avoir retracé les antécédents de la loi et en avoir transcrit le texte, Monsieur le chanoine Loncin expose d'abord les principes généraux qui régissent les dispositions nouvelles, et explique avec précision et dans le détail les mentions que doivent comporter les statuts d'une association légalement constituée.

Il donne ensuite un *modèle des Statuts* répondant aux exigences de la loi et aux règles de la prudence, modèle qu'il a rédigé en collaboration avec M. J. Corbiau, professeur de droit commercial à l'Université de Louvain et avec d'autres professeurs à la Faculté de droit.

Dans une dernière partie, l'auteur a réuni les formalités à remplir dans les différentes circonstances de la vie sociale des associations. Pour la plus grande facilité des membres et des administrateurs, il a classé ces formalités en trois catégories : *les formalités initiales*, c'est-à-dire à remplir lors de la constitution et de la première organisation de l'association ; 2° *les formalités annuelles* à remplir pour les actes se répétant périodiquement ; 3° *les formalités occasionnelles*, pour les actes à poser dans certaines éventualités (3).

---

(1) T. XI, p. 5-19, p. 42-101. Voir également sur la question, l'ouvrage récent de M. Nève, *Commentaire pratique de la loi du 27 juin 1921 sur les associations sans but lucratif*, Gand, Buyens, 1922, in 8. F. 4,50.

(2) Voir *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 425 ss.

(3) On trouvera dans cette partie une riche documentation ; de nombreux modèles d'actes, par ex., un modèle de budget et de compte, un modèle de déclaration du patrimoine ; des renseignements fiscaux très précieux, etc. Il aurait été utile d'y trouver également une formule du transfert des biens au nom de l'association.

L'étude se termine par un tableau succinct, résumant les conditions requises pour la validité des décisions de l'assemblée générale, et par une énumération des publications exigées par la loi.

Nous engageons vivement tous ceux que la loi intéresse à se procurer l'étude du savant auteur. Ils y trouveront une abondance d'observations judicieuses, de conseils pratiques, d'observations utiles qui leur faciliteront la tâche d'associé ou d'administrateur.

Pour faire profiter nos lecteurs du travail de M. le chanoine Loncin, nous lui avons demandé l'autorisation de reproduire dans les *Collationes* le modèle français et flamand des statuts types. Cette autorisation il nous l'a accordée avec une bienveillance dont nous lui savons grandement gré. Faisons remarquer toutefois que cette communication ne dispensera pas le lecteur de recourir à l'étude de savant juriste, tant pour comprendre le libellé de cette formule que pour se rendre compte des autres formalités de l'érection et de la gestion d'une association sans but lucratif.

* * *

MODÈLE DE STATUTS.

Pour acte sous seing privé :

Entre les soussignés :

M. A. . . .
M. B. . . .
M. C. . . .
M. D. . . .
M. E. . . . etc.

(indiquer les nom, prénoms, profession, domicile et nationalité de chacun)

il a été convenu de constituer, entre eux et toutes les personnes qui viendront à en faire partie dans la suite, une association sans but lucratif, aux conditions suivantes :

Ou bien pour acte de notarié :

Par devant nous, . . ., notaire à . . ., ont comparu :

M. A. . . .
M. B. . . .
M. C. . . .
M. D. . . .
M. E. . . . etc. *(comme ci-dessus).*

lesquels comparants, voulant constituer entre eux et toutes personnes qui viendront à en faire partie dans la suite une association sans but lucratif, nous ont requis d'en acter les statuts ainsi qu'il suit ;

TITRE I. — **Dénomination — Siège — Objet — Durée**

Art. 1er. — L'Association prend pour dénomination : **Association des œuvres paroissiales du doyenné de . . .** ou **Association des Religieuses . . .** ou **Abbaye de . . . Monastère de . . . Couvent de . . . Pensionnat . . .** ou **Association scolaire . . .** etc.

Art. 2. — Le siège de l'Association est fixé à . . . .

Art. 3. — L'Association a pour objet :

(pour les œuvres paroissiales) l'exercice, la direction, la diffusion, le développement et le soutien de l'enseignement primaire, ménager, professionnel, technique ou industriel libre, à caractère confessionnel catholique dans le doyenné de . . . — la recherche et la poursuite de l'apaisement et du progrès social par l'organisation, la direction et le soutien de toutes œuvres de patronages, ouvroirs, cercles d'études, de recréation et de sport — l'organisation, la direction et le soutien des œuvres charitables pour les soins de malades pauvres, l'hospitalisation de vieillards ou d'infirmes, indigents, et autres secours de la charité chrétienne.

(pour les Collèges et Instituts d'enseignement secondaire) l'exercice, la direction, la diffusion, le développement et le soutien de l'enseignement secondaire (professionnel et technique) libre, à caractère confessionnel catholique dans le Diocèse de . . .

(pour les Communautés comtemplatives) la poursuite et l'exercice de la perfection chrétienne, dans la vie religieuse en commun selon la règle de St... et dans la prière et la méditation contemplative.

(pour les Communautés enseignantes) la poursuite et l'exercice de la perfection chrétienne, dans la vie religieuse en commun, selon la règle de St... et l'exercice, la direction, la diffusion, le développement et le soutien de l'enseignement libre primaire (secondaire) de jeunes filles (de jeunes gens) à caractère confessionnel catholique.

(pour les Communautés hospitalières) la poursuite et l'exercice de la perfection chrétienne, dans la vie religieuse en commun, selon la règle de St... et l'organisation, la direction et le fonctionnement de toutes œuvres de charité, telles que hôpitaux, hospices, cliniques et dispensaires, maisons de refuge et d'asile, orphelinats, etc.

(pour les Communautés d'apostolat) la perfection et l'exercice de la perfection chrétienne dans l'apostolat de la prédication et l'exercice du culte catholique — la diffusion et la propagation de la foi chrétienne dans les missions étrangères, etc.

Elle pourra posséder, soit en jouissance, soit en propriété, tous immeubles nécessaires à la réalisation de son objet.

Art. 4. — L'Association est constituée pour une durée illimitée. Elle peut, en tout temps être dissoute.

TITRE II. — **Associés — Admissions — Sorties — Engagements**

Art. 5. — Le nombre des associés est illimité, sans pouvoir être inférieur à trois. Les premiers membres sont les x... constituants soussignés.

Art. 6. — Les admissions de nouveaux membres sont décidées souverainement par le conseil d'administration *(ou :* par l'assemblée générale).

Toutefois, sont admis de plein droit, sur leur demande écrite, les doyen et curé de la paroisse dans le ressort de laquelle sont établies les œuvres visées par l'objet de la présente association ;

ou les directeurs des Collèges et établissements d'instruction visés par l'objet de la présente association ;

ou le Supérieur et les membres du conseil de la communauté religieuse à laquelle est dévolue la réalisation de l'objet de la présente association.

Leur qualité d'associé cesse de plein droit par la cessation des fonctions qui leur ont conféré le droit de la réclamer.

Art. 7. — Les démissions et exclusions de membres ont lieu dans les conditions déterminées par l'article 12 de la loi.

Art. 8. — L'interdiction d'un associé entraîne de plein droit sa retraite de l'association.

Art. 9. — Les associés démissionnaires, exclus, ou sortants pour cause d'interdiction, ainsi que les héritiers de l'associé décédé, n'ont aucun droit sur le fonds social. Ils ne peuvent réclamer le montant des cotisations versées par eux ou par leur auteur. Ils ne peuvent réclamer ou requérir ni relevé ou reddition de comptes, ni apposition de scellés, ni inventaire.

Art. 10. — L'engagement de chaque associé est strictement limité au montant de ses cotisations. Celles-ci sont déterminées, chaque année, par le conseil d'administration à un chiffre égal pour tous les membres, sans que ce chiffre puisse dépasser pour chacun :

a) une cotisation d'entrée de ... francs ;

b) une cotisation annuelle de ... francs.

Ou bien : Les associés ne sont astreints à aucune cotisation. Ils n'encourent du chef des engagements sociaux aucune obligation personnelle.

TITRE III. — **Administration — Gestion journalière**

Art. 11. — L'association est administrée par un conseil d'administration, composé de trois membres au moins, nommés parmi les associés par l'assemblée générale, pour ... (1) ans au plus, et en tout temps révocables par elle.

---

(1) Pour les couvents, mettre la durée du mandat d'administrateur en concordance avec la durée des fonctions de Supérieur.

Ils sont renouvelés en vertu d'un roulement arrêté par l'assemblée générale sur la base du tirage au sort. Ils sont rééligibles.

Tout administrateur désigné pour pourvoir à une vacance survenue en cours de mandat, n'est nommé que pour le temps nécessaire à l'achèvement de celui-ci.

Ou bien : L'association est administrée par un conseil d'administration, composé de trois membres au moins, nommés parmi les associés par l'assemblée générale. Leur mandat n'expire que par décès, démission ou révocation.

Art. 12. — Le conseil choisit parmi ses membres un président, un secrétaire et un trésorier. En cas d'absence ou d'empêchement du président, ses fonctions sont assumées par le plus âgé des autres administrateurs.

Art. 13. — Le conseil se réunit sur convocation du président ou de deux administrateurs.

Il ne peut statuer que si la majorité de ses membres est présente. Ses décisions sont prises à la majorité absolue des votants, la voix du président ou de son remplaçant étant, en cas de partage, prépondérante (1). Elles sont consignées dans des procès-verbaux, signés du président et du secrétaire et inscrits dans un registre spécial. Les extraits à en fournir, en justice ou ailleurs, sont signés du président ou de deux administrateurs.

Art. 14. — Le conseil d'administration a dans sa compétence tous les actes relevant de l'administration sociale dans le sens le plus large.

Dans cet ordre d'idées il peut, notamment, faire et recevoir tous payements et en exiger ou donner quittance ; faire et recevoir tous dépôts ; acquérir, échanger ou aliéner, ainsi que prendre et céder à bail, même pour plus de neuf ans, tous biens meubles ou immeubles ; accepter et recevoir tous subsides et subventions, privés ou officiels ; accepter ou recevoir tous legs et donations ; consentir et conclure tous contrats, marchés et entreprises ; contracter tous emprunts, avec ou sans garantie ; consentir et accepter toutes subrogations et cautionnements ; hypothéquer les immeubles sociaux, contracter et effectuer tous prêts et avances ; renoncer à tous droits, obligationnels ou réels, ainsi qu'à toutes garanties, réelles ou personnelles ; donner main-levée, avant ou après payement, de toutes inscriptions privilégiées ou hypothécaires, transcriptions, saisies ou autres empêchements ; plaider, tant en demandant qu'en défendant, devant toutes juridictions, et exécuter ou faire exécuter tous jugements ; transiger ; compromettre.

C'est le conseil également qui, soit par lui-même, soit par délégation, nomme et révoque tous les agents, employés et membres du personnel de l'association, et fixe leurs attributions et rémunérations.

Art. 15. — Le conseil peut déléguer le gestion journalière de l'association, avec l'usage de la signature sociale afférente à cette gestion,

---

(1) Pour les couvents, mettre ces dispositions en concordance avec les règles de votation tracées par leurs Constitutions.

à un administrateur-délégué, choisi parmi ses membres, et dont il fixera les pouvoirs ainsi que la rémunération éventuelle.

Il peut également conférer tous pouvoirs spéciaux à tous mandataires de son choix.

Art. 16. — Pour tous les actes autres que ceux qui relèvent de la gestion journalière ou d'une délégation spéciale, il suffira, pour que l'association soit valablement représentée vis-à-vis des tiers, des signatures conjointes de deux administrateurs, sans que ceux-ci aient à justifier d'aucune délibération, autorisation ou pouvoir spécial.

Art. 17. — Les actions judiciaires, tant en demandant qu'en défendant, sont intentées ou soutenues au nom de la société par le conseil d'administration, sur poursuites et diligences du président ou de l'administrateur délégué.

TITRE IV. — **Assemblée générale**

Art. 18. — L'assemblée générale est le pouvoir souverain de l'association. Sont réservées à sa compétence :

1° Les modifications aux statuts sociaux ;

2° La nomination et la révocation des administrateurs ;

3° L'approbation des budgets et des comptes ;

4° La dissolution volontaire de l'association ;

5° Les exclusions d'associés (1) ;

6° Toutes décisions dépassant les limites des pouvoirs légalement ou statutairement dévolus au conseil d'administration.

Art. 19. — Il doit être tenu au moins une assemblée générale chaque année, dans le courant du mois de . . .

L'assemblée peut être réunie extraordinairement, autant de fois que l'intérêt social l'exige. Elle doit l'être lorsqu'un cinquième au moins des associés en font la demande.

Toute assemblée se tient aux jour, heure et lieu indiqués dans la convocation.

Tous les associés doivent y être convoqués.

Art. 20. — Les convocations sont faites par le conseil d'administration, soit verbalement (2), soit par lettre missive ordinaire adressée à chaque membre huit jours au moins avant la réunion et signée, au nom du conseil, par le président, ou par l'administrateur-délégué, ou par deux administrateurs. Elles contiennent l'ordre du jour. L'assemblée ne peut délibérer que sur les points portés à celui-ci.

Art. 21. — L'assemblée est présidée par le président du conseil d'administration ou, à son défaut, par le plus âgé des autres administrateurs présents. Le président désigne le secrétaire.

---

(1) Eventuellement mettre : 5° *les admissions et exclusions d'associés*, si à l'article 6 on a réservé l'admission de nouveaux membres à l'assemblée générale.

(2) Pour les associés vivant en communauté une convocation verbale est suffisante. Pour les autres, il est à conseiller de faire la convocation par lettre, pour son efficacité et la facilité de preuve éventuelle.

Art. 22. — Chaque associé a le droit d'assister et de participer à l'assemblée, soit en personne, soit par l'intermédiaire de tout mandataire de son choix, associé lui même *(ou bien :* associé ou non) (1), nul mandataire ne pouvant toutefois disposer de plus d'un mandat.

Tous les associés ont droit de vote égal, chacun d'eux disposant d'une voix.

Art. 23. — En règle générale, l'assemblée est valablement constituée quel que soit le nombre des membres présents ou représentés, et ces décisions sont prises à la majorité absolue des voix émises. En cas de parité de voix, celle du président est prépondérante (2).

Par dérogation à l'alinéa précédent, les décisions de l'assemblée comportant modifications aux statuts, exclusion d'associé, ou dissolution volontaire de l'association, ne sont prises que moyennant les conditions spéciales de présence, de majorité et éventuellement d'homologation judiciaire à ce régulièrement requises par les articles 8, 12, et 20 de la loi.

Art. 24. — Les décisions de l'assemblée générale sont consignées dans des procès-verbaux, signés du président et du secrétaire, ainsi que des membres qui le demandent, et inscrits dans un registre spécial. Les extraits à en produire, en justice ou ailleurs, sont signés par le président du conseil d'administration ou par deux administrateurs. Ces extraits sont délivrés à tout associé ou à tout tiers qui en fait la demande, moyennant, par celui-ci, justification de son intérêt légitime.

TITRE V. — **Budgets et comptes**

Art. 25. — Chaque année, à la date du . . . . ., est arrêté le compte de l'exercice écoulé et est dressé le budget du prochain exercice. L'un et l'autre sont soumis à l'approbation de l'assemblée générale ordinaire du mois de . . . . suivant.

TITRE VI. — **Dissolution et liquidation**

Art. 26. — En cas de dissolution volontaire l'assemblée générale désignera un ou deux liquidateurs et déterminera leurs pouvoirs.

Art. 27. — Dans tous les cas de dissolution, volontaire ou judiciaire, à quelque moment et pour quelque cause qu'elle se produise, l'actif social restant net après acquittement des dettes et apurement des charges sera affecté (3) à une œuvre de but et objet analogues à ceux de la présente association, œuvre libre à caractère confessionnel catholique,

---

(1) Le choix d'un mandataire, qui ne serait pas associé lui-même, est absolument à déconseiller.

(2) Pour les couvents, mettre ces dispositions en concordance avec leurs règles de votation tracées dans les constitutions.

(3) Pour les couvents, stipuler l'affectation que prescrit le droit canonique (can. 1501).

qui sera déterminée par l'assemblée générale. A défaut de décision de l'assemblée générale à cet égard, dans les trois mois de la dissolution, la dite affectation sera, autant que possible dans les limites de but et d'objet ci-dessus indiquées, souverainement décidée par l'archevêque *(ou* l'évêque) de... ou, à son défaut, par celui ou ceux qui, d'après les règles de la hiérarchie ecclésiastique catholique, seront à ce moment les chefs légitimes de l'archidiocèse *(ou* du diocèse).

Au cas où, par suite d'une raison quelconque, légale ou autre, l'application des clauses précédentes s'accuserait impossible, le susdit actif sera attribué, en propriété personnelle, entière et exclusive, à la personne qui, au dit moment, sera, d'après les règles de la hiérarchie catholique, le chef légitime de l'archidiocèse *(ou* du diocèse) *(ou* le titulaire du doyenné) *(ou* le titulaire de la paroisse) *(ou* le supérieur provincial de l'ordre).

A défaut d'application de cette dernière clause, l'actif sera dévolu comme suit :

a) les biens apportés, donnés au légués à l'Association feront retour aux auteurs respectifs des dits apports, dons ou legs, ou à leurs héritiers et ayants droit, pourvu que revendication en soit faite par les intéressés dans l'année de la dissolution.

b) le solde actif restant après qu'auront été effectuées ces reprises, ou qu'aura passé sans revendication le délai assigné à leur exercice, sera, de plein droit, attribué en propriété personnelle, entière et exclusive, aux membres associés au jour de la dissolution, chacun pour une part égale, les modes de liquidation, de réalisation et de partage de la copropriété indivise ainsi advenue entre eux étant déterminés par décision prise par eux à la simple majorité des parts indivises.

Pour acte sous seing privé : Fait à... en... exemplaire le... 192...

Pour acte notarié : Dont acte... etc...

MODEL VAN STATUTEN.

Voor onderhandsche akte :

M. A. . . .
M. B. . . .
M. C. . . .
M. D. . . .
M. E. . . . enz.

(Naam, voornamen, beroep, woonst en nationaliteit van ieder aanduiden).

is overeengekomen, onder hen en al de personen die er later zullen deel van uitmaken, een vereeniging zonder winstgevend doel op te richten, onder de volgende voorwaarden :

Ofwel voor notarieele akte :

Voor ons, . . ., notaris . . ., zijn verschenen :
M. A. . . .
M. B. . . .
M. C. . . .
M. D. . . .
M. E. . . . enz. *(zooals hooger)*

welke comparanten een vereeniging zonder winstgevend doel willende oprichten onder hen en al de personen die er later zullen deel van uitmaken, ons hebben verzocht, akte op te maken van de statuten zooals volgt :

TITEL I. — **Naam** — **Zetel** — **Doel** — **Duur**

Art. 1. — De vereeniging wordt genoemd : **Vereeniging der Parochiale Werken van de Dekenij** . . ., of **Vereeniging van de Zusters** . . ., of **Abdij** . . ., **Klooster** . . ., **Pensionaat** . . ., **Schoolvereeniging**. . . enz.

Art. 2. — De zetel van de Vereeniging is gevestigd te . . .

Art. 3. — De Vereeniging heeft als doel :

(voor de parochiale werken) het geven, besturen, verspreiden, ontwikkelen en ondersteunen van het vrij lager, huishoud-, beroeps-, technisch, of nijverheidsonderwijs met confessioneel katholiek karakter in de dekenij van . . . — het nastreven en betrachten van den socialen vrede en vooruitgang door het oprichten, besturen en steunen van alle patronages, studie-, vermaak- en sportkringen, — het oprichten, besturen en steunen van liefdadige werken voor het verzorgen van behoeftige zieken, het onder dak brengen van oude of gebrekkige menschen, armen, en andere werken van christene liefdadigheid.

(voor de colleges en inrichtingen voor middelbaar onderwijs) het geven, besturen, verspreiden, ontwikkelen en steunen van het vrij middelbaar onderwijs (beroeps- of technisch onderwijs) met confessioneel katholiek karakter in het Bisdom . . .

(voor de contemplatieve Orden) het betrachten en beoefenen van de christelijke volmaaktheid door het gemeenschappelijk kloosterleven, volgens den regel van den H..., en door het gebed en de beschouwende overweging.

(voor de onderwijzende Orden) het betrachten en beoefenen van de christelijke volmaaktheid door het gemeenschappelijk kloosterleven volgens den regel van den H..., en door het geven, besturen, verspreiden, ontwikkelen en ondersteunen van het vrij lager (middelbaar) onderwijs voor meisjes (jongens) met confessioneel katholiek karakter.

(voor de liefdadige Orden) het betrachten en beoefenen van de christelijke volmaaktheid door het gemeenschappelijk kloosterleven volgens den regel van den H..., en door het oprichten, besturen en in werking houden van alle liefdadige werken, zooals gasthuizen, godshuizen, clinieken, dispensariums, refugiehuizen en gestichten, weezenhuizen, enz.

(voor de Missie-Orden) het betrachten en beoefenen van de christelijke volmaaktheid door het prediken en beoefenen van den katholieken godsdienst, het verspreiden en voortplanten van het christelijk Geloof in de vreemde missies, enz.

Zij zal alle onroerende goederen, die tot het verwezenlijken van haar doel noodig zijn, mogen bezitten, hetzij in vruchtgebruik, hetzij in eigendom.

Art. 4. — De Vereeniging is voor een onbepaalden duurtijd opgericht. Zij kan ten allen tijde ontbonden worden.

TITEL II. — **Deelgenooten — Aanneming — Ontslag — Verplichtingen.**

Art. 5. — Het getal deelgenooten is onbeperkt, maar moet ten minste 3 bedragen. De eerste leden zijn de ondergeteekende stichters.

Art. 6. — De beheerraad (*of* algemeene vergadering) beslist zonder beroep over de aanneming van nieuwe leden.

Nochtans zijn van rechtswege aangenomen, op hun schriftelijk verzoek, de deken en de pastoor van de parochie, onder welker gebied de werken, die het doel uitmaken van deze vereeniging, gevestigd zijn ;

of de bestuurders van de colleges en onderwijsinrichtingen die het doel uitmaken van deze vereeniging ;

of de overste en de leden van den Raad der kloostergemeenschap, die de verwezenlijking van het doel der vereeniging nastreeft.

Hunne hoedanigheid van deelgenoot eindigt van rechtswege wanneer de functie eindigt, die hun het recht gaf op die hoedanigheid aanspraak te maken.

Art. 7. — De ontslagnemingen en uitsluitingen van leden geschieden op de wijzen door art. 12 van de wet bepaald.

Art. 8. — De schorsing van een deelgenoot brengt van rechtswege zijn uitsluiting uit de vennootschap mede.

Art. 9. — De ontslaggevende, uitgesloten, of wegens schorsing uittredende deelgenooten, evenals de erfgenamen van het overleden lid, hebben hoegenaamd geen recht op het kapitaal van de vereeniging. Zij kunnen het bedrag van de bijdragen gestort door hen of door hun lastgevers, niet terugeischen. Zij kunnen noch opgave of overlegging van rekeningen, noch plaatsing van zegels, noch inventaris eischen of vorderen.

Art. 10. — De verplichting van elken deelgenoot is strikt beperkt tot het bedrag zijner bijdragen. Deze worden elk jaar door den beheerraad vastgesteld op een bedrag voor al de leden gelijk, zonder dat dit bedrag voor ieder mag overschrijden :

a) een aanvangsbijdrage van ... fr. ;

b) een jaarlijksche bijdrage van ... fr.

Of wel : De deelgenooten zijn tot geene bijdrage verplicht. Zij hebben geene persoonlijke verplichting uit hoofde van de verplichtingen der maatschappij.

TITEL III. — **Bestuur — Dagelijksch beheer**

Art. 11. — De vereeniging wordt beheerd door een beheerraad, samengesteld uit ten minste 3 leden, benoemd onder de deelgenooten door de algemeene vergadering, voor ten hoogste ... (1) jaar, en te allen tijde door haar afstelbaar.

Zij worden hernieuwd krachtens een beurtwisseling door de algemeene vergadering bij loting vastgesteld. Zij zijn herkiesbaar.

Elk beheerder, aangeduid om te voorzien in een tijdens het mandaat opengevallen plaats, is slechts benoemd voor den tijd dat het mandaat nog duurt.

Ofwel : De vereeniging wordt beheerd door een beheerraad samengesteld uit ten minste 3 leden, door de algemeene vergadering benoemd onder de deelgenooten. Hun mandaat eindigt slechts door afsterven, door ontslag of afstelling.

Art. 12. — De beheerraad kiest onder zijn leden een voorzitter, een secretaris en een schatbewaarder. Bij ontstentenis of verhindering van den voorzitter, worden zijn functies waargenomen door den oudste der beheerders.

Art. 13. — De raad vergadert op bijeenroeping van den voorzitter of van twee beheerders.

Hij mag slechts uitspraak doen indien de meerderheid zijner leden aanwezig is. Zijne beslissingen worden getroffen bij volstrekte meerderheid van stemmen ; bij staking van stemmen, is de stem van den voorzitter of van zijn plaatsvervanger beslissend (2). Zij worden opgenomen in processen-verbaal, onderteekend door den voorzitter en den secretaris en in een bijzonder register ingeschreven. De uittreksels, die men ervan moet geven, hetzij in rechten, hetzij elders, worden geteekend door den voorzitter of door twee beheerders.

Art. 14. — De beheerraad heeft in zijn bevoegdheid al de handelingen die behooren tot het beheer van de maatschappij in den ruimsten zin genomen.

In dien zin kan hij namelijk alle betalingen doen en ontvangen en daarvan kwijtschrift geven of eischen ; alle inbewaargeving doen en ontvangen ; alle roerende of onroerende goederen verkrijgen, verwisselen of vervreemden, evenals huren of verhuren, zelfs voor langer dan 9 jaar ; alle private of officieele subsidiën en tegemoetkomingen aanvaarden en ontvangen ; alle legaten en giften aanvaarden en ontvangen ; alle contracten, verkoopingen en ondernemingen aannemen en sluiten ; alle leeningen met of zonder waarborg sluiten ; alle subrogatiën en borgstellingen toestaan of aanvaarden ; toestemmen in de hypotheken op de onroerende goederen van de vereeniging ; alle

---

(1) Voor de kloosters brenge men het mandaat van beheerder in overeenstemming met den duurtijd van het mandaat van Overste.

(2) Voor de kloosters moeten deze bepalingen in overeenstemming gebracht worden met de regelen voor de stemming door hunnen Regel voorgeschreven.

leeningen en voorschotten sluiten en doen ; van alle zakelijke of uit de verplichtingen voortspruitende rechten afstand doen, evenals van alle zakelijke of persoonlijke waarborgen ; handlichting geven, voor of na betaling, van alle bevoorrechte of hypothecaire inschrijvingen, overschrijvingen, beslagleggingen of andere beletselen ; pleiten als eischer of als verweerder vóór alle rechtbanken, en uitvoeren of doen uitvoeren van alle vonnissen ; dading treffen ; compromis aangaan.

De raad benoemt eveneens, hetzij zelf, hetzij bij opdracht, al de agenten, bedienden en leden van het personeel der vereeniging en stelt ze af ; bepaalt hun werkzaamheden en bezoldiging.

Art. 15. — De raad kan het dagelijksch beheer der vereeniging in opdracht geven, met het gebruik van de maatschappelijke handteekening aan dit beheer verbonden, aan een afgevaardigde-beheerder, gekozen onder de leden, en van wien hij de bevoegdheid en de eventueele bezoldiging vaststelt.

Hij kan evenzoo alle bijzondere bevoegdheden aan eender welken mandataris zijner keuze opdragen.

Art. 16. — Voor al de andere akten dan deze die vallen onder het dagelijksch beheer of waarvoor bijzondere opdracht werd gegeven, volstaan, opdat de vereeniging geldig vertegenwoordigd weze tegenover derden, de gezamenlijke handteekeningen van twee beheerders, zonder dat deze van eenige beraadslaging, machtiging of bijzondere machtiging moeten doen blijken.

Art. 17. — De rechtsvorderingen, én als eischer én als verweerder, worden ingesteld of verdedigd uit naam van de vereeniging, door den beheerraad, op vervolging en benaarstiging van den voorzitter of van den afgevaardigde-beheerder.

TITEL IV. — **Algemeene vergadering**

Art. 18. — De algemeene vergadering is het souvereine gezag van de vereeniging. Tot haar bevoegdheid zijn voorbehouden :

1° De wijzigingen aan de statuten der vereeniging ;

2° De benoeming en de afstelling van de beheerders ;

3° De goedkeuring van de begrootingen en rekeningen ;

4° De vrijwillige ontbinding der vereeniging ;

5° De uitsluiting van deelgenooten (1) ;

6° Al de beslissingen die de grenzen overschrijden van de wettelijke, of door de statuten, aan den beheerraad opgedragen bevoegdheid.

Art. 19. — Er moet ten minste elk jaar een algemeene vergadering gehouden worden in den loop der maand . . . .

Een buitengewone vergadering kan gehouden worden, telkens als

---

(1) In voorkomend geval : 5° *de toelatingen en uitsluitingen van deelgenooten*, indien men in art. 6 de toelating van nieuwe leden aan de algemeene vergadering voorbehouden heeft.

het belang der vereeniging het eischt. Zij moet gehouden worden wanneer ten minste 1/5 der deelgenooten het aanvragen.

Elke vergadering wordt gehouden op dag, uur en plaats aangeduid op den bijeenroepingsbrief.

Al de deelgenooten moeten ertoe uitgenoodigd worden.

Art 20. — De bijeenroepingen worden door den beheerraad gedaan hetzij mondeling (1), hetzij per gewonen zendbrief, aan elk lid gericht ten minste 8 dagen vóór de vergadering en onderteekend, in naam van den raad, door den voorzitter of door den afgevaardigde-beheerder of door twee beheerders. Zij bevatten de dagorde. De vergadering mag slechts de hierop vermelde punten behandelen.

Art 21. — De vergadering wordt voorgezeten door den voorzitter van den beheerraad, of bij ontstentenis van dezen, door den oudsten der andere aanwezige beheerders. De voorzitter duidt den secretaris aan.

Art. 22. — Elk deelgenoot heeft het recht aanwezig te zijn op, en deel te nemen aan de vergadering, hetzij persoonlijk, hetzij door tusschenkomst van gelijk welken door hem gekozen mandataris, die zelf deelgenoot is *(ofwel :* al of niet deelgenoot) (2) ; geen mandataris mag echter over meer dan een mandaat beschikken.

Alle deelgenooten hebben gelijk stemrecht ; ieder beschikt over eene stem.

Art. 23. — In algemeenen regel is de vergadering geldig samengesteld, welk ook het getal der aanwezige of vertegenwoordigde leden zij, en hare beslissingen worden genomen bij volstrekte meerderheid der uitgebrachte stemmen. Bij staking van stemmen, is deze van den voorzitter beslissend (3).

Bij afwijking van de voorgaande alinea worden de beslissingen van de vergadering welke wijzigingen aan de statuten medebrengen, uitsluiting van een deelgenoot, of vrijwillige ontbinding van de vereeniging, slechts genomen mits de bijzondere voorwaarden van aanwezigheid, meerderheid, en eventueele rechterlijke homologatie daartoe geregeld vereischt door art. 8, 12 en 20 van de wet.

Art. 24. — De beslissingen van de algemeene vergadering worden opgenomen in processen-verbaal geteekend door den voorzitter en den secretaris, alsook door de leden die het vragen, in een bijzonder register ingeschreven. De in rechten of elders voor te brengen uittreksels daarvan worden geteekend door den voorzitter van den beheerraad

---

(1) Voor de in gemeenschap levende deelgenooten volstaat een mondelinge bijeenroeping. Voor de andere, daar dit zekerder is en in voorkomend geval de bewijslevering vergemakkelijkt, is het geraadzaam de bijeenroepingen per brief te doen.

(2) De keuze van een mandataris, die zelf niet deelgenoot is, is beslist af te raden.

(3) Voor de kloosters, moeten deze bepalingen in overeenstemming gebracht worden met de regelen voor de stemming door hunnen Regel voorgeschreven.

of door twee beheerders. Die uittreksels worden gegeven aan elken deelgenoot of aan elken derde, die het aanvraagt, mits deze zijn wettig belang doet blijken.

TITEL V. — **Begrootingen en Rekeningen**

Art. 25. — Elk jaar, op *(dag)* . . . . , worden de rekeningen van het verloopen dienstjaar vastgesteld, en wordt de begrooting opgemaakt voor het volgend dienstjaar. Beide worden onderworpen aan de goedkeuring van de gewone algemeene vergadering van de maand . . . .

TITEL VI — **Ontbinding en Vereffening**

Art. 26. — In geval van vrijwillige ontbinding, duidt de algemeene vergadering een of twee vereffenaars aan en bepaalt hunne bevoegdheid.

Art. 27. — In elk geval van ontbinding, hetzij vrijwillige of rechterlijke, op welk oogenblik en voor welke oorzaak zij zich ook voordoet, wordt het netto overblijvend maatschappelijk actief, na het vereffenen der schulden en het aanzuiveren der lasten, besteed (1) aan een werk met gelijk doel en voorwerp als deze van de huidige vereeniging, een vrij werk met confessioneel katholiek karakter, hetwelk door de algemeene vergadering wordt aangeduid. Bij gebrek aan een beslissing der algemeene vergadering op dit punt binnen drie maanden na de ontbinding, wordt over deze bestemming, zooveel mogelijk binnen de grenzen van het doel en het voorwerp hierboven aangeduid, zonder beroep beslist door den aartsbisschop *(of* bisschop) van... of, bij ontstentenis van deze, door hem of diegenen die, volgens de regelen der katholieke hiërarchie op dit oogenblik het (de) wettige hoofd (en) van het aartsbisdom (of bisdom) is (zijn).

Voor het geval dat, door gelijk welke, hetzij wettige hetzij andere reden, de toepassing der bovenstaande bepalingen zich als onmogelijk zou voordoen, wordt het bovenvermelde actief, in persoonlijken geheelen en uitsluitenden eigendom toegekend aan den persoon, die op het gezegde oogenblik, volgens de regelen der katholieke hiërarchie, het wettig hoofd is van het aartsbisdom (*of* van het bisdom) (*of* de titularis van het dekanaat *of* de titularis van de parochie) (*of* de provinciale overste der orde).

Wordt deze laatste bepaling niet toegepast, dan wordt het actief als volgt verdeeld:

a) De goederen, aangebracht, geschonken of vermaakt aan de vereeniging gaan terug naar de onderscheiden schenkers der gezegde bijdragen, giften of legaten, of aan hun erfgenamen of rechtverkrijgenden, voor zoover terugvordering ervan gedaan wordt door de belanghebbenden binnen het jaar na de ontbinding.

---

(1) Voor de kloosters, de bestemming aanduiden die het kerkelijk recht voorschrijft (can. 1501).

b) Het overschot dat blijft na de uitvoering van deze terugneming, of nadat de termijn bepaald voor het terugnemen zonder opvordering verstreken is, wordt van rechtswegen in persoonlijken geheelen en uitsluitenden eigendom toegekend aan de leden, die op den dag der ontbinding deelgenooten waren, ieder een gelijk deel ontvangend ; de wijzen van vereffening, de in waarde brenging van de onverdeelden gemeenschappelijken eigendom aldus onder hen tot stand gekomen, worden bepaald bij beslissing door hen zelf getroffen bij eenvoudige meerderheid der onverdeelde deelen.

Voor onderhandsche akte : gedaan te... in... exemplaren, den...

Voor notarieele akte : Waarvan akte, enz.

* * *

Chaque association devra apporter à ces formules les additions et modifications que sa nature, sa constitution et son régime rendront nécessaires ou utiles.

Comme nous l'avons fait remarquer précédemment les statuts seront, autant que faire se peut, mis en concordance avec les prescriptions canoniques (1).

Donnons quelques exemples : *a*) « Les ordres religieux peuvent se contenter de constituer leur association en n'y comprenant que quelques-uns des membres de la communauté. C'est à cette association réduite que sera dévolue la plénitude des droits civils du groupement, dont les autres membres seront envisagés comme des affiliés, des adhérents. »

« Cette disposition permettra toujours de mettre les exigences légales en concordance avec les prescriptions du droit canonique concernant les ordres religieux. Ils auront soin de choisir pour associés investis de la plénitude des droits civils, ceux qui, d'après les règles canoniques, jouissent de la plénitude des droits de la communauté ; ils y ajouteront, s'ils le jugent utile, quelques autres membres : il y aura une distinction, non un antagonisme, entre l'association-personne civile et la communauté religieuse. Sans cette distinction, il y aurait, par exemple,

(1) *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 444.

conflit dans le cas de renvoi d'un religieux : canoniquement ce renvoi est de la compétence du supérieur et de son conseil, alors que la loi réserve l'exclusion d'un membre à la décision des 2/3 de l'assemblée générale » (1).

b) Les directeur, aumônier, recteur des communautés religieuses ne peuvent pas comme tels faire partie de l'association et à fortiori du conseil d'administration. Cela les investirait de droits qu'ils ne possèdent point en vertu de leurs fonctions. Autre chose est pour eux d'intervenir à titre de conseil.

c) « Les administrateurs des associations des couvents, comme les associés eux-mêmes, n'oublieront pas que les règles canoniques exigent l'approbation de l'autorité ecclésiastique pour certains actes concernant l'administration des biens (2) : il serait correct de solliciter cette approbation avant de prendre un engagement au nom de l'Association » (3).

Nous croyons même qu'il serait opportun, pour faire face à toute éventualité, d'insérer dans l'article fixant les attributions des administrateurs une clause limitative exigeant l'autorisation préalable des supérieurs ecclésiastiques compétents pour tous les actes de gestion et d'administration qui requièrent l'observation de cette formalité.

Cette remarque vaut également pour les autres personnes morales ecclésiastiques se constituant en associations sans but lucratif.

d) D'une façon générale nous recommandons de tenir compte dans la confection des statuts des droits de la hiérarchie ecclésiastique pour corriger le caractère trop laïque de la loi de 1921.

A. De Meester.

---

(1) Loncin, *o. c.*, p. 55.
(2) Placements de fonds, aliénations, legs, etc.
(3) Loncin, *o. c.*, p. 59.

Notæ Bibliographicæ

Van Crombrugghe, C. *Tractatus de Verbo incarnato.* Ed. altera. Gandæ, 1920. — In-8°, 174 p.

In hoc egregio tractatu quem, in usum auditorum suorum in seminario majori gandavensi, concinnavit R. a D. Van Crombrugghe, s. theologiæ dogmaticæ in seminario gandavensi et in universitate lovaniensi professor, ex ordine tractantur variæ altissimæque quæstiones quæ ad mysterium incarnationis pertinent, nimirum, in prima parte, ipsa unio Verbi cum natura humana, consectaria hujus unionis hypostaticæ, excellentiæ et infirmitates naturæ assumptæ; in altera parte consideratur opus redemptionis in se et indicantur relationes, quæ inter incarnationem et redemptionem existunt.

Hæc altera editio hinc inde discrepat a prima editione, a. 1909, debitis laudibus in hoc periodico celebrata (*Collat. Brugen.*, XV, p. 126 s.), tum quoad ordinem quæstionum, tum etiam quoad intimiorem et magis aptam explicationem. Eminet præsertim objectiva et critica demonstratione ipsius dogmatis, quod contra varias objectiones tum antiquorum hæreticorum, quum imprimis hodiernorum rationalistarum ac modernistarum solide tuetur.

Multum exoptandum est ut omnes sacerdotes, quorum tantum interest quæstiones de incarnatione et redemptione penitius intelligere, ut possint easdem populo fideli melius proponere et contra difficultates defendere, tractatum eximii auctoris præ manibus habeant

H. Lamiroy.

H. Mink-Jullien. *Appuyé sur l'autel.* Les lendemains d'une conversion. Paris, Téqui. 1921, in-12, XII-149 p. F. 3,00.

L'auteur, une femme élevée sans religion, socialiste militante, après avoir raconté dans « *Les voies de Dieu,* » l'histoire de sa conversion au catholicisme, retrace ici la pénible situation que cet acte de courage lui a créée au milieu d'un monde qui lui est devenu subitement hostile.

A. Bessières. *Naar een zonniger toekomst,* bewerkt door A. v. M. Sekretariaat van E. K., Abdij van Averbode, 1921.

Goede bewerking van 't schoon boekje van Bessières « *Pour rebâtir la cité* », Collection Hostia, Toulouse, te verkrijgen bij Casterman te Doornijk. Warm aanbevolen.

A. Legrand.

Collationes Brugenses

Analecta ascetica et mystica

De recta notione et indole propria divinæ contemplationis.

Quum sæpius jam egerimus de divina contemplatione (1), quumque de notione ejusdem et porro de assertis cum notione connexis, Auctores ascetici et mystici diversa utantur terminologia, et vel de re ipsa non omnes idem sentire videantur ; utile duximus ea quæ variis in locis hac de re exposuimus, uno conspectu breviter exhibere, adjectis aliquibus declarationibus, sperantes fore ut ad conciliandos auctores aliquid conferamus, et offusa luce facilius vitetur confusa vel et erronea mentis conceptio in re sane momentosa.

Primo distinguamus contemplationem mere *naturalem* a *supernaturali* contemplatione. Prior est intuitus intellectualis veritatis divinæ seu Dei (ut ponimus), qui quidem actus fit solis et meris viribus naturæ, puta a philosopho, etiam inter antiquos gentiles. De hujusmodi contemplatione non est præsens sermo. Posterior est intuitus divinæ veritatis qui sit actus salutaris cum divina gratia positus, de quo solo hic agitur.

Secundo. Ponamus jam hominem justum, omnibus

(1) V. inter alia *Collationes Brugenses*, t. XVII, p. 496 ; t. XVIII, p. 121-123 ; t. XIX, p. 5-25 ; item opuscula *Eening der minnende ziel met God*, hoofdst. IV, §§ 2 et 3, en *Geestelijke duif*, IIIe deel ; et in versione gallica, iisd. loc.

gratiæ gratum facientis donis instructum. In eo contemplatio divina contingere potest duobus modis :

1° Modo ordinario, cum homo ille propria activitate, adjuta gratiæ donis, facultates suas præprimis intellectum, fide et gratia illuminatum, applicat ad contemplandum Deum divinasque veritates. Hæc contemplatio merito *activa* vel *acquisita* vocatur (1).

2° Modo extraordinario, qui excedit modum operandi cum gratia ordinaria, ita ut homo potius a Deo recipiat et quasi patiatur, quam agat – quamquam intellectus, sicut et voluntas, utpote potentiæ vitales, mere passivæ esse nequeunt. Hujusmodi contemplatio dicitur *infusa* (contradistinguendo ab acquisita), vel *passiva* (contradistinguendo ab activa), quatenus præcise a Deo infunditur et ab homine recipitur. Igitur hæc contemplatio fit quidem donis etiam ordinariis gratiæ et est entitative supernaturalis sicut et activa ; præterea vero speciali lumine a Deo infuso exercetur *modo* etiam supernaturali, nunc explicando.

Tertio. Hic modus extraordinarius rursum duplici ratione diversa contingere potest, ita quod contemplationem infusam merito dispescere liceat in infusam latiore et stricto sensu, seu inter activam et stricte infusam aliquam intermediam contemplationis speciem discernere.

Videlicet, hæc contemplatio latiore sensu infusa contingit hoc modo : homo interior qui vivida fide et fervente charitate sese exercet in contemplatione activa, brevi crescente fervore experitur in se fruitionem Dei atque quietem in Deo, ultra activitatem : etenim gratiam, ut loquitur Ruusbrochius, dat Deus ad operandum, Seipsum autem ad fruendum ac quiescendum. Sentit porro homo

(1) Hanc quidam quoque *naturalem* vocant, quam contradistinguunt ab infusa stricte dicta (de qua paulo infra) quæ sola ab ipsis dicitur supernaturalis, quin tamen negent illam priorem quoque exerceri adjuvante gratia ordinaria. Modum hunc loquendi merito dixeris mirum. De varia terminologia vide infra notam p. 180.

ille, ultra unionem cum Deo mediatam per gratiam, unionem immediatam cum Spiritu sancto, et cum Ipso et per Ipsum cum Patre et Filio, augustissima Trinitate, uno Deo, siquidem Deus dividi nequit, ut ait idem Ruusbrochius ; aliis verbis, sentit homo Deum seu vividam conscientiam acquirit Dei in se habitantis, non sola omnipræsentia sicuti ubique, sed sicut in templo suo amorosa præsentia, tamquam amici cum amico, imo patris cum filio. Quo autem diutius et ferventius homo perseverat in hac amorosa contemplatione, eo intimior fit unio cum Deo, ita quod in aliquo temporis momento Deus nobilissima quadam ac præpotenti actione gratiæ, cui homo respondet supremo quodam gradu donorum Spiritus sancti, præprimis intellectus et sapientiæ, hominem internum adducat ad claram et plenam conscientiam intimæ unionis suæ cum Deo, et simul contemplationem ejus ad apicem suum evehat, qui via ordinaria, sine dono gratis dato seu miraculoso, attingi possit. Hujusmodi contemplatio merito vocatur *infusa modo ordinario seu latiore sensu*, ratione excellentiæ luminis, licet non miraculose a Deo accepti.

Hæc autem contemplatio differt ab infusa stricte dicta, quæ solet (1) ibi incipere, ubi illa invaluerit. In contemplatione *infusa stricto sensu*, jam homo non solis donis gratiæ gratum facientis, ad eam assurgit, sed eum Deus prævenit infuso dono extraordinario pertinente non ad gratiam gratum facientem, sed ad gratias quas vocant gratis datas, ita ut contemplatio hæc sit non solum supernaturalis entitative, sicut activa ac porro omnis oratio et actio salutaris, nec imò, sicut infusa latiore sensu, fiat sub lumine et motione divinis etsi excellentissimis atque summo gradu donorum Spiritus sancti, via tamen ordinaria absque dono gratis dato ; sed præterea sit etiam

(1) Dicimus : *solet*, quoniam hanc stricte dictam infusam contemplationem Deus tribuere potest cui et quando voluerit, vel et ipsis incipientibus in via perfectionis.

secundum modum supernaturalis vi præcise hujusmodi doni gratuiti ad modum gratiæ gratis datæ concessi ; ita ut intellectus jam non agat modo suo naturali agendi sub et cum gratia salutari, sed modus quoque ille sit supernaturalis nullum habens agendi modum similem in naturalibus. Hæc omnes Auctores in re ipsa admittere videntur, sed terminologia diversa utuntur (1), quod sedulo notandum est, ne male interpretemur eorum dicta, et confusioni atque errori ansa præbeatur.

De contemplatione hac stricto sensu infusa agendo, ut plenius explicetur, verbulum addendum est de natura doni gratuiti, quo fit hæc ipsa contemplatio.

Itaque adverte gratias gratis datas seu charismata com-

---

(1) De terminologia hæc advertantur : sæpe diximus de contemplatione tractantes, omnem contemplationem salutarem esse supernaturalem quoad substantiam actus, solam vero contemplationem stricto sensu infusam esse præterea supernaturalem quoad modum, sensu modo explicato in textu. Atvero, dum alii auctores loquuntur sicut nos fecimus, alii oppositum loquendi modum usurpant, et substantialiter supernaturalem dicunt contemplationem stricte infusam, omnem vero aliam contemplationem salutarem aiunt esse supernaturalem quoad modum. Et ipse quidem s. Thomas eadem terminologia utitur, quam et alii in hoc sequuntur. Dicit enim 2-2, q. 171, a. 2, ad 3m, actus virtutum infusarum, tum theologalium, tum moralium, esse supernaturales quoad modum ; supernaturales vero quoad substantiam vocat illos solos actus quibus homo influxu Dei extraordinario operatur et qui nullum modum similem habent in ordine naturæ, v. g. actus faciendi miracula, cognoscendi res soli Deo cognoscibiles. Vides de verbo, non de re, esse dissensum.

Sunt imo aliqui scriptores qui solam stricto sensu infusam contemplationem dicunt supernaturalem, omnem vero aliam, etiam quam salutarem agnoscunt vocant naturalem, quod supra advertimus sat mirum videri. Ita loquitur cum quibusdam aliis Philippus a ss. Trinitate, in *Summa theologiæ mysticæ*, tom. II, tr. 1, d. 11 ; ast rursum ostendit ejus expositio dissensum non esse de re ipsa. Ipse quoque s. Joannes a Cruce, necnon s. Theresia, sæpe usurpant vocem *supernaturale* et oppositam *naturale*, ut supernaturale intelligant de eo solo quod s. Thomas vocat quoad substantiam actus, et nos diximus supernaturale etiam quoad modum, et aperte vel explicite vel implicite significent naturale non esse intelligendum ita ut agatur de ordine mere et pure naturali, exclusa gratia.

Hæc igitur sedulo attendantur in legendis auctoribus.

muniter a theologis accipi prout opponuntur gratiæ gratum facienti, quatenus conceduntur alicui ad utilitatem aliorum seu Ecclesiæ, non vero directe saltem ad sanctificationem propriam (1). Ast, nihil prohibet hoc nomine quoque comprehendi specialem quamdam revelationem, ac lumen divinum infusum in ordine ad contemplationem, quæ sanctificationem quoque contemplantis promoveat (2). Quod vel ex eo patet quod hujusmodi altissima stricte infusa contemplatio extra ordinem conceditur in modum gratiæ gratis datæ, et raro conceditur animabus etiam valde perfectis, utpote non necessaria ad sanctificationem et perfectionem, dum gratia gratum faciens cum virtutibus et donis infusis omnibus necessaria est et nemini bene disposito negatur.

Addamus et hoc : donum istud gratuitum quo fit contemplatio infusa nequaquam esse confundendum cum manifestationibus mere externis quæ ad essentiam contemplationis minime pertinent, sed eam aliquando, imo rarius comitantur, ut sunt alienatio sensuum, extasis et similia, quæque potius infirmitatem partis sensitivæ indicant, quatenus absorptis quasi lumine et operatione divina superioribus viribus intellectus et voluntatis, sensus ab operando deficit. Quod quidem non contigisse apud excellentissimam contemplationem, v. g. in Beatissima Virgine ratione status integritatis seu perfectæ subjectionis partis inferioris rationi, merito conjicimus. Hujusmodi charismata extrinseca contemplationi appetere seu desiderare non licere communis doctrina est

---

(1) S. Paulus plura enumerat I *Cor.*, XII, 8 et sqq. Et Cf. *Collat. Brugen.*, t. XIX, p. 10 et sqq.

(2) Ruusbrochius, *De ornatu spir. nuptiarum*, l. III, ad hanc contemplationem infusam expresse requirit « occultam Dei revelationem », et loquitur de Dei amatore « quem Deus eligere voluerit ad superessentialem contemplationem in divino lumine et secundum modum Dei.... Neque ullus, ait, ad hoc pervenire potest per artem et subtilitatem nec per quævis exercitia, sed quem Deus in Spiritu suo unire voluerit et per semetipsum illuminare, ille contemplari Deum valet, et nemo alius ».

auctorum mysticorum, dum contra ipsam contemplationem etiam stricte infusam desiderare atque a Deo postulare omnino licet et servata profundissima humilitate prosequi.

Hæc, ni fallamur, haud parum conferre poterunt ut notio divinæ contemplationis illustretur et auctores inter se concilientur. Sed et aliud momentum practicum afferunt tum nobismetipsis sacerdotibus, tum in ordine ad dirigendas animas electas nobis commissas.

Evidens enim est, recta notio propriæ indolis divinæ contemplationis tam activæ quam utriusque infusæ præluceat oportere nostro agendi modo in ea prosequenda et in dirigendis ad eam animabus. Ea quoque notio necessaria est ut videamus quo pervenerit anima in stadio orationis ac vitæ perfectæ et quid ulterius sit aggrediendum.

Hoc quidem stadium totum percurrendi locus hic non est, quod cæteroquin omnem de vita spirituali tractatum complectitur. Non possumus tamen quin unum indicemus ducem hac in re securum atque egregium s. Joannem a Cruce, quem legendum vehementer commendamus, singulariter ubi indicat et exponit tria signa quibus simul existentibus dignoscitur tempus advenisse quo transitus fiat ab oratione discursiva seu meditatione ad contemplationem (1) ; apud quem tum iisdem locis citatis tum passim in ejus scriptis præclara documenta de contemplatione, tum activa, tum infusa reperiuntur ; necnon consilia utilissima pro directione animarum (2).

† G. J., Episc. Brugen.

---

(1) *La montée du Carmel*, liv. II, 2e partie. Traduction H. Hoornaert, p. 141 (1e édit.), p. 103 (2e édit.) ; et *La nuit obscure*, § X, p. 41 (1e éd.). Cfr *La vive flamme d'amour*, IIIe strophe, 2e vers, § IV et suiv.

(2) Hoc præcipue *Vive Flamme*, l. cit.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis januarii propositas.

I

Partes Silvani in scribenda Iª Petri.

Q. *Interpretando* I Pet., v, 12, *determina partes quas circa hanc Iam epistolam s. Petri gerendas habuit Silvanus.*

R. Finita epistola cum v. 11, jam subjungitur *epilogus* in quo Auctor affirmat se scripsisse per Silvanum, paucis verbis complectitur argumentum epistolæ, defert salutationem Ecclesiæ e qua scribit (1) et Marci, et tandem omnibus Christianis optat gratiam. — Hæc optime intelliguntur fuisse addita ab ipso Petro, auctore epistolæ, juxta morem s. Pauli qui et ipse, absolutis epistolis suis per amanuensem conscriptis, in fine sua manu quædam addere solebat.

Cum sententia communi admittimus *Silvanum* de quo v. 12 mentio fit, seu, ut alibi vocatur, Silam eumdem esse de quo tum in epistolis Pauli tum in Actibus Apostolorum agitur, quique fuit discipulus et comes Pauli, signanter decursu 2i itineris ejus apostolici per quod visitavit eas ecclesias Asiæ minoris ad quas nunc scribitur epistola Petri (cfr. 1, 1). Hinc est quod Silvanus a Petro tamquam notus lectoribus introducitur : *Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ* (nota art.) *πιστοῦ ἀδελφοῦ*...

Ut rite intelligatur v. 12 notandus est textus græcus et attendendus ordo et connexio verborum : *Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι δι' ὀλίγων ἔγραψα.* Hic textus — missis aliis rationibus — vetat ne *ὑμῖν* jungamus

(1) Vide infra responsum ad qu. 1 mensis februari.

cum ἔγραψα et vertamus : *Breviter vobis scripsi per Silvanum*, sed ὑμῖν jungendum est cum τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ : *Per Silvanum, qui vobis est fidelis frater, scripsi.* - Alterum autem incisum : ὡς λογίζομαι, *ut arbitror*, attento ordine verborum jungi posset vel cum præcedentibus vel cum sequentibus. In hac secunda hypothesi sensus esset : Per Silvanum... scripsi vobis, et quidem, *ut arbitror, breviter ;* — ast hujusmodi animadversio a parte Petri omnino inutilis et vana apparet ; sola obvia apparet prior hypothesis : *Per Silvanum, fidelem vobis, ut arbitror, fratrem, scripsi vobis.* — Hujus autem dicti sensus et scopus videtur esse pervius, nimirum :

Petrus non ipse testatur Silvanum esse fidelem, talem nempe qui bene fungatur munere sibi commisso, sed potius provocat ad mentem lectorum : Silvanus, per quem brevem hanc epistolam scripsi, est vobis, ut arbitror seu ut scio (1), fidelis, seu : Scio vobis persuasum esse Silvanum esse talem qui bene fungatur munere sibi a me commisso.

Manifestum est scopum Petri in hujusmodi commendatione Silvani eum esse ut auctoritatem conciliet illi epistolæ quam per laudatum Silvanum scripsit. Et inde jam quærere licet quodnam fuerit munus illud Silvano commissum, seu quasnam partes circa hanc Iam Petri gerendas habuerit.

Equidem *a/ Per Silvanum scripsi*, posset utique — absolute loquendo — intelligi : Per Silvanum epistolam meam *transmisi*, ita ut Silvanus *lator* epistolæ fuerit (2) ; verum non est hic sensus verbi *scripsi* obvius ; præterea satis inutilis apparet sub hoc respectu laus Silvani : etenim ad fideliter *deferendam* epistolam non ita egregiæ

---

(1) Patet additum illud : ὡς λογίζομαι non esse restringentis vel dubitantis, quasi fidelitas Silvani non esset tum Petro tum lectoribus extra omne dubium posita.

(2) Quo sensu præpositio διὰ adhibetur in *Act. Ap.*, XV, 22 ; in epist. s. Ignatii *ad Philad.*, XI, 2 ; *ad Smyrn.*, XII, 1 ; *ad Rom.*, X, 1 ; in epist s. Polycarpi *ad Philad.*, XIV, 1.

qualitates requiruntur ; et utrum Silvanus hujusmodi munus fideliter adimpleret ipse eventus ostenderet ; et tandem in hypothesi hujus sensus satis impertinens appareret additio : *breviter* : quid enim sibi vellet Apostolus : per Silvanum *breviter* scripsi, i. c. *transmisi epistolam ?*

b/ Per Silvanum scripsi melius intelligeretur : Per Silvanum *tamquam amanuensem* scripsi, ita nempe ut Petrus dictaverit, Silvanus vero dictata tamquam merus secretarius seu copista scripto commendaverit ; quo modo novimus Paulum non paucas saltem ex epistolis suis scripsisse. — Verum etiam hic sensus non videtur admittendus : iterum enim ad tale munus bene exsequendum non ita egregiæ dotes necessariæ apparent ; et utrum Silvanus tale munus fideliter exsecutus fuisset, non ex opinione lectorum dirimendum erat, sed ipse Petrus examinando et relegendo scriptum Silvani apprime cognoscere poterat, suffecissetque illi, si tale quid notandum judicasset, testari : Per Silvanum scripsi, et ille bene munere suo functus est.

c/ Unde *Per Silvanum scripsi* melius intelligitur si Silvanus certas quasdam partes majoris momenti circa epistolas gesserit, ut puta si Petrus, epistolam aramaice scriptam, in linguam græcam transferri curaverit per Silvanum *interpretem :* quæ utique « interpretatio valde commendatur ex lingua fere classica epistolæ ; nam, quamvis linguam græcam didicerit Petrus, eam tamen facilitatem non acquisiverit qualis requireretur ut stylo tam classico opus exararet ». Cæteroquin « hæc est etiam, ut videtur, sententia s. Hieronymi qui diversis interpretibus adscribebat characteres discrepantes duarum epistolarum Petri » (1). — Verum etiam in hac sententia satis impertinens videtur laus Silvani et provocatio ad opinionem lectorum circa Silvani qualitates : ut quid enim notasset Petrus : Silvanus epistolam meam in

(1) Tobac, in *La Vie diocésaine*, 1912, t. VI, pp. 132 ss.

linguam græcam transtulit, et scio aptitudinem Silvani in hujusmodi munere exercendo vobis esse perspectam?

d/ Unde tandem cum nonnullis exegetis æstimamus majores adhuc partes gessisse Silvanum in componenda epistola, ita ut verbi gratia — determinari enim nequit quousque collaboratio Silvani se extenderit — Petro mandante et proponente doctrinam, tum dogmaticam tum moralem, in epistola exponendam, ipse Silvanus ulterius, induens personam Petri, *composuisset* seu *redegisset epistolam*, utique tamquam epistolam Petri : hæc esset vero sensu « epistola Petri scripta per Silvanum ». — In hac sententia perfecte intelligitur animadversio quam Petrus, absoluta epistola a Silvano, propria manu addiderit : « Hanc epistolam scripsi, utique non per meipsum eam redigendo, sed per Silvanum ; nihilominus scio vos eamdem plena fide esse accepturos : scio enim Silvani, utpote qui olim apud vos simul cum Paulo fidem prædicavit, egregias qualitates et aptitudinem vobis esse perspectas ». — Hæc sententia simul explicat, ut apparet, characteres linguæ et styli de quibus supra, necnon discrepantias sub hoc respectu inter hanc I^am^ et I^am^ epist. Petri vigentes ; item explicat, ex eo quod Silvanus fuerat individuus comes Pauli, illud quod notant exegetæ, doctrinas ipsas et sententias hujus epistolæ I^æ^ sæpe theologiam Pauli redolere et tam intimam vigere I^am^ Petri inter et epistolas Pauli, maxime ad Romanos et ad Ephesios, connexionem ; et tandem egregie explicat illud secus satis difficile intellectu, Petrum nempe Apostolum vix alludere ad suas relationes personales cum Christo (I, 8 ; V, 1) (1).

A. Vander Heeren.

---

(1) Cfr Tobac, *l. c.*, ; — Jacquier, *Hist. des livres du N. T.*, t. III, pp. 252 ss. ; — Van Steenkiste-Camerlynck, *Comment. in epist. cath.*, ed. 5, 1909.

II

Gratia sanctificans est qualitas.

Q. *Proba hanc propositionem : gratia sanctificans est accidens et quidem qualitas.*

R. 1/. In præcedenti responsione demonstravimus hoc donum, quo homo fit justus, non esse ipsum Deum ; erit igitur aliquid a Deo distinctum et ab ipso creatum (1).

Jamvero *nequit esse substantia aut principium substantiale ;* ergo erit accidens (2).

Et enim *a/* novimus revelatione et authentica doctrina Ecclesiæ, hominem justum per donum gratiæ *interne renovari*. Hoc autem dici nequit, si gratia habeatur substantia quædam completa.

Revera *α/* aut recipitur hæc substantia completa in homine per modum *unionis accidentalis*, ambabus substantiis completis scilicet perfectis remanentibus, sicut ex lapidibus conjunctis fit acervus, et tunc non explicatur hominem *interne* renovari ; *β/* aut recipitur hæc substantia completa in homine ita ut constituat cum ipso novam quamdam substantiam et naturam mixtam, sicut ex diversis elementis perfectis in natura, sed in commixtione permutatis, fit unum, et tunc non intelligitur *ipsum hominem*, in natura sua non mutatum, renovari.

b/ Ne concipi quidem potest hoc donum gratiæ esse *principium aliquod substantiale*, unitum tanquam forma substantialis naturæ humanæ tanquam materiæ, nam *α/* principia substantialia ex definitione sunt *incompleta* ; jam vero natura humana in se perfecta dicitur ; *β/* deinde principia substantialia, rursus ex definitione, habentur *ejusdem ordinis*, quia sese mutuo complent, ad unam

---

(1) Quomodo gratia dicatur creari vide apud *Sum. Theol.*, I-II, q. 110, a. 2, ad 3.

(2) Cfr *Sum. Theol.*, *l. c.*, ad 2.

substantiam constituendam ; sed revelatione novimus donum gratiæ esse ordinis supernaturalis (1).

2/. Hoc donum gratiæ est itaque *accidens*, et quidem *reale sive prædicamentale*, quod definiri potest : « forma quædam realis, (sive principium reale determinativum quoddam) alicui (enti) in suo esse substantiali jam constituto superadveniens, eique tanquam subjecto inhærens » (2).

Porro novem enumerantur genera accidentium : quantum, quale, ad aliquid (relatio), ubi (locus), quando (tempus), agere, pati, situm esse (scil. actio quæ exprimitur per verbum activum intransitivum, uti stare, sedere) et tandem habere (videlicet status intransitivus passivus, uti calceatum, armatum esse).

Manifestum est hoc donum gratiæ, quod *interne* renovat hominem, non esse accidens relativum, sed inter accidentia absoluta reponendum. Deinde hoc donum gratiæ, quandoquidem aliquid *permanens et homini inhærens* reduci nequit ad prædicamentum actionis aut correlativæ passionis ; etiam non est actio intransitiva aut status intransitivus ; non facit hominem quantum nec ipsum ponit in loco aut in tempore, sed ipsum *facit talem*, scil. justum ac gratum Deo, et ideo merito quædam *qualitas*, utique ordinis supernaturalis, dicitur.

H. Lamiroy.

III-IV

De materia sacramenti Eucharistiæ.

Q. *Quænam est materia ex qua Eucharistia valide conficitur 1° sub specie panis, 2° sub specie vini ?*

R. Ad valorem sacramenti postulatur ut Eucharistia pane triticeo et vino de vite conficiatur.

---

(1) Cfr Van der Meersch, *Tract. de divina gratia*, n. 113, p. 110.
(2) De Jaegher, *Institutiones philosophicæ*, n. 246, p. 232, Brugis, 1920.

PROBATUR.

Christus, sacerdos secundum ordinem Melchisedech (1) in pane et vino consecravit (2), jussitque ut idipsum sacerdotes in sui memoriam agerent. Præterea, scripta Patrum et documenta antiqua (3), praxis Ecclesiæ ex liturgia nota (4) pluraque concilia (5) testantur panem et vinum Eucharistiæ consecrandæ materiam esse necessariam.

Sed postulatur panis *triticeus* et vinum de *vite*. Decretum pro Armenis (6) hoc declarat : « Tertium est Eucharistiæ sacramentum cujus materia est panis triticeus et vinum de vite ». Idem eruitur e rubrica Missalis romani, *De defectibus in celebratione Missarum occurrentibus* II.

---

(1) *Hebr.*, v, 6 ; vi, 20-ss., coll. *Gen.*, xiv, 10. Ad rem EUSEBIUS CÆSARIENSIS, *Demonstratio evangelica*, v, 3 scribit : Quemadmodum ille [Melchisedech], qui sacerdos gentium erat, nusquam videtur sacrificiis corporalibus functus, sed vino solo et pane, dum ipsi Abraham benedicit, ita sane primus ipse Salvator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt sacerdotes in omnibus gentibus, spirituale secundum ecclesiasticas sanctiones sacerdotii munus obeuntes, vino ac pane et corporis illius et salutaris sanguinis mysteria repræsentant, quæ sane mysteria Melchisedech tanto ante spiritu divino cognoverat et rerum futurarum imaginibus usus fuerat ».

(2) Quamvis verba Christi « non bibam amodo de hoc genimine vitis » (*Matth.*, xxvi, 29 ; *Luc.*, xxii, 18) ad alium calicem referenda videantur, tamen tum ex rituali paschatis judaïci quum ex tota narratione cœnæ dominicæ, apparet calicem consecrationis vinum continuisse.

(3) Ita, quod spectat duo priora sæcula, *Didaché*, vi, 9 ; s. JUSTINUS, *Apologia*, 1, 65 ; Epitaphium Abercii ; s. IRENÆUS, *Adversus hæreses* v, 2, 2. Adde monumenta picta cryptæ Licinæ in cæmeterio s. Calixti et capellæ Græcæ in cæmeterio s. Priscillæ, de quibus cf. *Dictionnaire de theol. cath.* t. V, col. 1183 ss.

(4) Enchratitæ aquam vino substituerunt. Cf. A. SCHEIWILER « *Die elemente der Eucharistie in den drei ersten Jahrhundesten* » Mainz, 1903 ; ubi refellitur HARNACK, « *Brot und Wasser, die Eucharistischen elemente bei Justin* ».

(5) Conc. later. iv, lugdun., florent., in decr. pro armenis, trid. ; cf. DENZINGER, *l. c.*, n.n. 430, 465, 698, 877. Vide quoque *Canones Apostolorum* apud KIRCH, *Enchiridion fontium historiæ ecclesiasticæ antiquæ*, n. 693, Friburgi, 1914.

(6) DENZINGER, *l. c.*, n. 698.

Tandem, Catechismus romanus, P. II, c. IV, n. 13, tenet : « Nullus panis nisi triticeus apta ad sacramentum materia putandus est ; hoc enim apostolica traditio nos docuit et Ecclesiæ catholicæ auctoritas firmavit ». Hujus traditionis antiquissimus testis Irenæus (1) scribit : « quemadmodum lignum vitis depositum in terram suo fructificat tempore, et granum tritici decidens in terram et dissolutum multiplex surgit per spiritum Dei qui continet omnia, quæ deinde per sapientiam in usum hominis veniunt, et percipientia verbum Dei eucharistia fiunt, quod est corpus et sanguis Christi ; sic et nostra corpora... ».

Explicatur.

1° *Quod spectat materiam panis.*

a/ De notione *panis* est ut sit igne tostus, v. g. in furno, intra ferrum calidum, vel sub cineribus. Itaque, massa triticea cruda, vel butyro frixa, aut aqua elixa non constituit materiam aptam. Contra, quamdiu panis concoctionem non amisit, ut si postea tantum madefiat, materia valida est.

b| Oportet ut panis sit *triticeus.*

Plures species vel saltem plures varietates ejusdem speciei triticeæ reperiuntur et novæ hominum industria gignuntur. Jamvero, num granum aliquod ad tritici genus vel speciem pertineat potius juxta communem et vulgarem hominum æstimationem quam scientifica inquisitione determinandum est. Ratio est quia Christus in instituendis sacramentis captui hominum sese accomodare voluit.

Præterea animadvertendum est verborum acceptionem pro diversitate regionum nonnunquam differre, ita ut idem nomen in una regione pro frumento vere triticeo, in alia autem pro alio frumento supponat. Hac ratione explicatur quomodo alii siliginem, speltam et far mate-

(1) *Adversus hæreses*, v, 2, 3.

riam validam, alii invalidam habeant. Triticum spelta (spelt) in Svevia et Helvetia sine scrupulo adhibetur, etiam consciis nuntiis apostolicis et episcopis. Spelta quæ in patria nostra crescit vulgo *baardtarwe* vocatur et, sub respectu botanico, generica signa tritici habet. Secale (rogge) materia dubia est.

Deinde notandum est subtractionem elementi ingredientis constitutionem panis *triticei*, additionem substantiæ heterogeneæ, vel ipsius tritici corruptionem, pro momento rei, posse dubiam vel etiam invalidam reddere materiam consecrandam. Ad rem, rubrica Missalis, *De defectibus* III, 1 hæc habet : « Si panis non sit triticeus, vel si triticeus, admixtus sit granis alterius generis in tanta quantitate, ut non maneat panis triticeus vel sit alioqui corruptus, non conficitur sacramentum ».

Itaque dubia foret consecratio hostiæ coloratæ, quæ ad obsignandas litteras adhibetur, propter admixtam alienam substantiam ; item, quia præcipua tritici elementa sunt amylum et gluten, panis ex solo glutine vel solo amylo confectus, ob momentum rei subtractæ, materiam valde dubiam constituit.

c/ Tandem, quia panis *usualis* ex farina et aqua naturali conficitur, modica ut libet addita quantitate salis, dubia foret materia si alia substantia puta butyrum, lac vel aqua rosacea aquæ naturali substitueretur. Quare rubrica Missalis, *De defectibus* III, 2 monet : « si [panis] sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis, dubium est an conficiatur [sacramentum] ».

Contra, si grana solummodo contunduntur, deinde per aliquot horas in aqua infunduntur et postea manibus comprimuntur, de materia alba hoc modo obtenta hostiæ valide consecrandæ conficiuntur. Ita, juxta responsionem s. Congreg. S. Off., 23 junii 1852 (1).

Nota. Indifferens est sub respectu validæ consecrationis

(1) *Collectan.*, I, n. 1076.

utrum panis azymus sit an fermentatus. Hoc docet concilium florentinum (1) et rubrica Missalis (2).

2° *Quod spectat materiam vini.*

a/ Excluditur quod non est *de vite*, quodque improprie vocatur vinum utpote proveniens ex piris, pomis etc. Vinum ex uvis silvestribus Siami est materia dubia (3).

b/ Sensu stricto, *vinum* est liquor *alcoholicus*, fermentatione suci uvarum obtentus (4). At, judicio Ecclesiæ, valida esset materia — non tamen licita — ipsum *mustum* seu sucus qualis est postquam uva torculari calcata fuit, quamvis fermentatio tunc tantum incipiat. Habet enim rubrica, *De defectibus* IV, 2 : « si vinum... fuerit... mustum de uvis tunc expressum... conficitur sacramentum, sed conficiens graviter peccat ».

Elementa vini stricte sunt quæcumque in musto fermentato solvuntur, et vite vitaliter elaborata sunt, v. g. alcoholum et substantia colorata. Late dicta elementa non ab ipsa vite producuntur sed ab extrinseco originem habent. Ita fermenta et aqua. Porro ex aqua et elementis musti non datur chemica compositio, et ideo, inter certos limites, a vino aufferri aliaque postea restitui potest,

---

(1) Denzinger, *l. c.*, n. 692.

(2) *De defectibus*, III, 3. Quod spectat controversiam sæculo xi inter azymitas et fermentarios agitatam, vide *Dict. de theol. cath.*, v. azymes.

(3) Cf. *Decr. S. C. de prop. Fide*, 1819 (sine die et mense) apud *Collectan.*, I, n. 732.

(4) Fermentationis principalis effectus est conversio sacchari in alcoholum, cum exhalatione anhydridi carbonici effervescantiam efficiente. Simul producuntur in minore quantitate variæ aliæ substantiæ quæ partim saltem suum cuique vino florem et odorem tribuunt.

Vina sicca sunt si omne saccharum fermentatum fuerit, secus dulcia remanent. Consequenter ad hanc fermentationem obveniunt quædam alteriones quibus ipsa vini essentia nullatenus afficitur ; ita efformato alcohol, nonnulla elementa quæ in uvæ cute et granis continentur, quæque in musto vix solubilia sunt, solventur, v. g. color, taninum etc.

Itaque, vinum est quædam mixtio liquida, quam ingrediuntur præter aquam : alcoholum, glycerina, saccharum (nisi vinum siccum sit) aliaque minoris momenti elementa. Vide Vermeersch, *De religiosis et missionariis supplementa et monumenta periodica*, t. VI, (1912), supplementum xviii, p. (57) ss.

dummodo naturalis sit et proportio mixtionis servetur. Ac fermenta, cum non solvantur et in fæcibus reperiantur, ne pars quidem vini sunt, dum aqua ita vino necessaria est ut pars vini dicenda sit. Copia alcoholi in vino naturali inter 6°, 9 et 18°, 2 generatim variat. In suco uvæ recentis proportio aquae ad 70 et nonnunquam ad 80 °/₀ attingit

Hisce inspectis, invalide consecratur juxta rubricam Missalis, *De defectibus* IV, 1 :

1/ Vinum, transmutatione alcoholi in acidum aceticum, penitus acetum factum ; vel penitus putridum, quia alterationes istæ vini essentiam attingunt.

2/ Vinum de uvis acerbis seu non maturis expressum, in quo acidorum excessus talis est ut, loco vini, agresta (verjus) vocetur.

3/ Vinum cui admixtum est tantum aquæ ut corruptum censeatur, propter nimiam elementorum disproportionem.

Ob eamdem rationem *lora* (piquette), quæ fit aqua *expressis* acinis superfusa, materia invalida est. At, quod ex uvis *passis* seu exsiccatis exprimitur, postquam aqua ipsis infusa est, consecrationi aptum est, dummodo colore et gustu dignoscatur esse verum vinum. Et re quidem vera, aqua quæ in uva erat, absque substantiali musti alteratione, evaporatione ablata fuit, et cum vitis eam ab extrinseco hausit, ab extrinseco etiam restitui potest.

E contrario, mustum densatum in quo aqua congelatione vel decoctione magna ex parte *ablata est*, quodque *sapa* vocatur, materia invalida est, deficiente sufficienti proportione aquæ. Vinum tamen congelatum consecrari valet quia, licet non sit potabile in hoc statu, non tantum scientifice sed etiam æstimatione communi et vulgari vinum remanet.

V. Coucke.

V.

De H. Amandus, apostel van Vlaanderen.

V. *Geef een bondig overzicht van het leven van den H. Amandus, vooral van zijne betrekkingen met Vlaanderen.*

A. Het oprichten van bisschoppelijke zetels in de hoofdplaatsen der vroegere, romeinsche, *civitates*, was zeker van allergrootste belang voor de bekeering onzer voorouders; doch met deze uiterlijke inlijving onzer gewesten, had de Kerk nog maar enkel hare taak begonnen. Zoo immers met den H. Eleutherius het christendom begon te bloeien in Doornik en in de naaste omgeving dezer stad (1), was de verder wonende germaansche bevolking, tijdens de verwoestende burgeroorlogen der Merovingen, een eeuw lang nog, van de christene beschaving verstoken gebleven (2).

Met het optreden echter van Clotarius II (613) en Dagobertus I was de eenheid van het Frankenrijk hersteld, en meteen ook de belangstelling gaande gemaakt voor de bekeering der nog heidensch gebleven Franken. Acharius (3), en diens opvolgers op den bisschoppelijken zetel van Noyon-Doornik, Eligius (4) en Mommolenus (5) waren met onze gewesten bekommerd; doch de algemeene en bestendige bekeering van Vlaanderen is op de eerste plaats te danken aan den onvermoeibaren ijver van den H. Amandus. Het leven van den vurigen geloofsprediker, dat ons in zijne groote trekken uit eene

---

(1) Zie *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 375.

(2) *Ibid.*, p. 477.

(3) *Ibid.*, p. 478.

(4) Eligius schijnt aanstonds na zijne bisschopswijding, in 640, naar het germaansch gebied van zijn bisdom gekomen te zijn, om het geloof te prediken bij de *Flandrenses*, de *Andoverpenses*, de *Frisiones* en *Suevi et barbari quique circa maris littora degentes, quos velut in extremis remotos nullus prædicationis vomer impresserat. (Vita Eligi* door den H. Odænus, Lib. II, c. 3 in *AA. SS. Belgii*, t. III, p. 231).

(5) Zie *Collat. Brugen.*, supra, p. 55.

bijna gelijktijdige en zeer betrouwbare levensbeschrijving (1) bekend is, verdient dus al onze belangstelling.

***

De H. Amandus, geboren te Herbauge (2), in Akwitanië, omstreeks 589, ontving van zijne ouders, Serenus en Amantia, waarschijnlijk romeinen van oorsprong (3), eene verzorgde opvoeding (4). Toen hij nauwelijks de kinderjaren uit was besloot hij voor God alleen te leven, en zocht een verblijf in een klooster op het eiland Yeu, nabij La Rochelle (5). Hij verliet echter weldra zijn eerste verblijfplaats, misschien wel om het dringend smeeken

---

(1) Namelijk het document dat we de *Vita prima* noemen en uitgegeven werd in de *AA. SS. Belgii*, t. III, p. 244. Deze *Vita*[1] werd geschreven door een discipel van Amandus, Baudemundus, die den Heilige gekend had in diens laatste levensjaren en later, als abt van St Pieters te Gent, in staat was de nog levende herinneringen te verzamelen. Bij deze *Vita*[1] werd in de IXe eeuw een *Suppletio* bijgevoegd *a Milone monacho et sacerdote cœnobii ipsius* (van St Amand of Elnona), waar enkele nieuwe belangrijke bijzonderheden te vinden zijn. Dit bijvoegsel werd uitgegeven in *Analecta Bollandiana*, t. IV, pp. 157-159. Verders zijn nog bekend de zoogenaamde *Vita secunda auctore Aquitano anonymo*, uit de IXe eeuw, eene samenvatting der *Vita*[1] met enkele nieuwe gegegens (*AA. SS. Belgii*, t. III, p. 258); de *Vita metrica Amandi* van boven reeds genoemden Milo, tusschen 845 en 855 opgesteld (uitgegeven in *Mon. germ. historica, Poetæ*, t. III, p. 557). Zie daarover en over de andere levensberichten van minder belang, L. Van der Essen, *Etude critique et littéraire sur les Vitæ des saints Mérovingiens de l'ancienne Belgique*, Louvain 1907, p. 336-349 en *De H. Amandus, apostel van Vlaanderen* in *Geschiedkundige Bladen*, 1906, bl. 271-290. Beide studiën bevatten ook een degelijke samenvatting der bijzonderste geschiedkundige gegevens betreffende den H. Amandus; zij zijn ons hier zeer nuttig geweest, samen met de verhandelingen der bollandisten C. Smetius en Henschenius in *AA. SS. Belgii*, t. III, p. 175 ss. De andere nieuwere werken over Amandus zijn dooreen weinig kritisch opgevat; de beste zijn nog: De Smet, *Vie de Saint Amand*, Gand 1861 en H. Claeys, *Sint Amand, apostel van Vlaanderen*, Thielt.

(2) *Vita Amandi*[2] c. 1.

(3) Dit schijnen de namen aan te duiden.

(4) « Hic ab infantia litteris eruditus » *Vita*[2] c. 1; « sacras ab infantia didicerat litteras » *Vita*[1] c. 2.

(5) *Vita*[1] c. 2.

te ontvluchten van zijn vader, die hem naar de ouderlijke woon terug wilde (1), en begaf zich naar het graf van den H. Martinus van Tours, de nationale bedevaart der Franken (2). Daar werd de H. Amandus *clericus* om zich voor-goed toe te wijden aan den dienst van God, en trok dan verder naar Bourges, waar hij, op raad van den befaamden bisschop Austregisil, in eene cel, op de stadsmuren gebouwd, vijftien jaren lang een streng kluizenaarsleven leidde (3). Na dit tijdverloop ondernam hij eene bedevaart naar Rome, naar het graf der H. Apostelen. Daar had hij eene verschijning die over zijn verder leven zou beslissen : de H. Petrus gebood hem naar Gallië terug te keeren om er aan de heidensche Franken het geloof te verkondigen (4).

Nu begon zijn zendelingsleven. Waarschijnlijk ging de H. Amandus, bij zijn terugkeer in Gallië, zich ter beschikking stellen van den Koning en de gallische bisschoppen ; in alle geval werd hij « coactus a rege et sacerdotibus » zelf nu bisschop gewijd, « episcopus ad prædicandum » 't is te zeggen rondreizende bisschop, zonder vasten zetel (5).

Zijn missieveld zou echter vooral ons huidig Vlaande-

---

(1) *Ibid.*, c. 4.

(2) *Ibid.*, c. 5.

(3) *Ibid.*, c. 6. « Sicque ibidem *tribus ferme militans lustris* ». Dit is de eerste tijdrekenkundige aanduiding, in de *Vita* bevat.

(4) *Ibid.*, c 7-8. « His ita gestis etc. ».

(5) *Ibid.*, c. 9. Waarschijnlijk wordt hier Koning Clotarius II bedoeld, want naar de meest aangenomene tijdrekening werd Amandus bisschop gewijd in 628.

Milo in zijne *Vita metrica*, (*AA. SS. Belgii*, t. IV, p. 197), vergelijkt Amandus aan den H. Paulus :

Non sedem propriam suscepit pontificalem :
Sed veluti Paulus populos agressus Eoos,
Sic ille Occiduas partes transmissus adivit,
Gentibus et sparsis sparsit pia verba salutis.

Ook Herigerius in zijne *Gesta Episcoporum Tungrensium* (rond 988) verklaart de wijding van Amandus in dezen zin : « juxta morem, ad prædicandum est ordinatus episcopus ».

ren zijn : terwijl hij in 't begin nog hier en daar het goede zaad rondstrooide, vernam hij, dat op de oevers van de Schelde, in de pagus « Gandavum » genoemd, een zoo ruw en bandeloos volk woonde, dat tot dan toe niemand het had durven wagen het geloof bij hen te prediken. Amandus zou er heen gaan, doch vooraleer te vertrekken ging hij den H. Acharius vinden, onder wiens bisdom de *pagus gandensis* behoorde, en verkreeg door diens bemiddeling dwangbrieven van Koning Dagobert I, die hem de macht toekenden het doopsel aan de heidenen tegen wil en dank toe te dienen (1).

De ijverige zendeling drong dan de diepe bosschen van Vlaanderen binnen ; de tegenstand dien hij ontmoette was groot herhaaldelijk werd hij niet alleenlijk verjaagd en bespot, maar mishandeld, ja zelfs in de Schelde geworpen. Geen wonder dat zij, die hem op zijnen tocht hadden vergezeld, spoedig bevreesd en ontmoedigd werden en hem alleen lieten. Doch Amandus zette onverpoosd zijn arbeid voort en had weldra het genoegen aan tal van nieuwbekeerden het H. Doopsel te mogen toedienen, vooral onder de slaven die hij had afgekocht (2).

Dit eerste welgelukken deed zijn ijverige apostelziel

---

(1) *Vita*[1] c. 12. Dit moet omstreeks 629 gebeurd zijn, in het begin van Dagobertus'regeering over Neustrie ; een jaar later zal Amandus in ongenade vallen, maar na korten tijd teruggeroepen worden om Sigebertus, den erfprins, te doopen (Zie verder). De *Vita*[1] nu verhaalt de eerste zendelingsreis naar Gent vóór de moeilijkheden met den Koning.

(2) « Sane captivos innumeros redimens, sacro baptismate emundabat... » *Vita*[1] *l. c.*, en hooger c. 9. : « Si quos etiam captivos vel pueros transmarinos invenisset, dato pretio redimebat, spiritalique eos regenerans lavacro, litteris affatim imbui præcipiebat, præmissaque libertate per diversas distribuebat ecclesias. Pluresque ex his postea Episcopos, presbyteros seu honorificos abbates fuisse audivimus ». Dit afkoopen van slaven, meest Angelsaksers die door rooverschepen naar onze woeste kusten werden meegevoerd, speelt eene groote rol in de bekeering van ons land. Zie ook de levens van den H. Gregorius de Groote, van den H. Eligius, van de H. Bathildis en andere.

smachten naar een ruimer arbeidsveld (1), naar wilder volken, waar hij hoopte de martelaarskroon te vinden. Hij trok naar het verre land der Slavonen over den Donau; maar hij kon er niets verrichten en keerde naar zijn eerste arbeidsveld terug (2).

Van dan af (630?) tot 647, vinden wij Amandus nogmaals werkzaam in de omstreken van Gent, in welke stad hij nu eene kerk stichtte en twee kloosters, Sint-Pieter *in Monte Blandinio* en *Ganda*, later Sinte Baafs genoemd (3), twee middelpunten van bekeering en beschaving. die het werk van Amandus zouden bestendigen en uitbreiden in het Noorden van Vlaanderen.

In 647, na den dood van den H. Johannes Agnus, werd de H. Amandus tot bisschop van Tongeren gekozen, met verblijf te Maastricht. Hij was er echter door de geestelijkheid niet wel ontvangen, zoodat hij na drie jaar den bisschopszetel verliet en zijn zwervend zendelingsleven herbegon, dat alleen zijnen onverzadigbaren ijver ge-

---

(1) *Vita*[1] c. 17. « Cum vir sanctus videret... quosdam ad Deum converti, ex hoc majori æstuabat desiderio, quatenus adhuc alii converterentur ». Het was dus niet om reden van mislukken dat hij van Gent vertrok, zooals H. Van der Essen, schijnt te zeggen (*Vitæ des saints Mérovingiens*, p. 338).

(2) « Videns sibi non satis accrescere fructum..... ad proprias iterum reversus est oves ». *Vita*[1], *l. c.*

(3) De geschiedenis van den oorsprong en den eersten toestand dezer stichtingen is zeer ingewikkeld. (Zie Van der Essen, *o. c.*, p. 350). Over den H. Bavo weet men iets meer: hij was een rijke grondbezitter uit Haspengouw, was den H. Amandus te Gent komen vinden, en na op diens raad zijne goederen aan de armen te hebben uitgedeeld, had hij den heiligen een tijd gevolgd in zijne zendelingsreizen, tot hij als monnik aangenomen werd in het *Cenobium Ganda*, waar hij stierf omstreeks 643. Op zijn sterfbed was hij getroost geweest en geholpen door *Domlinus* « quemdam presbyterum fidelem Turholtensis Monasterii », die op zijn verzoek de moeilijke reis door de dichte bosschen had ondernomen. Vermoedelijk had de H. Bavo den priester Domlinus leeren kennen, toen hij den H. Amandus vergezelde; dit laat ons toe aan te nemen dat de H. Amandus ook te Thorhout het Evangelie verkondigde en daar, zooals hij elders deed, een priester met de zielzorg gelaten had. Zie over den H. Bavo, Van der Essen, *o. c.*, p. 349 ss. en Ghesquierus in *AA. SS. Belgii*, t. II, p. 435 ss.

noegen kon bieden (1). Zoo kwam hij op de oevers der Schelde, ten noorden van Antwerpen en predikte namelijk op 't eiland Calloo (2), in gezelschap van eenige andere zendelingen ; waarschijnlijk kwam hij dan ook naar Antwerpen zelf, waar hij de kerk der H. H. Apostelen Petrus en Paulus oprichtte (3) Nochtans, de priesters, die hem op zijne tochten hadden gevolgd en welke hij, hier en daar, met de zielzorg der nieuwbekeerden belast had, riepen om zijnen bijstand (4). Hij ging ze bezoeken en vernam van hen dat er nog heidenen verbleven, de *Vascones*, in de beboschte bergstreken der Pyreneën. Hij toog er heen, maar, even als bij de Slavonen, vond zijn woord weinig bijval (5).

---

(1) *Vita*[1] c. 18. « Sicque per triennium prædicavit ». Zie over dit verblijf van Amandus in 't bisdom van Tongeren : VAN DER ESSEN, in *Geschiekundige bladen*, bl. 275 en *AA. SS. Belgii*, p. 185, waar de brief afgedrukt is dien paus Martinus I (649-655) naar Amandus zond, om hem op te wekken tot volherding, hem de beslissingen der kerkvergadering van Lateranen tegen het Monothelism kenbaar te maken en hem te vragen deze beslissingen aan de frankische bisschoppen en aan den Koning bekend te maken. Tevens verzoekt de paus ook Amandus koning Sigebertus te bewegen tot het zenden van enkele voorname frankische bisschoppen die samen met de pauzelijke legaten de akten van 't concilie naar Constantinopel zouden brengen.

(2) *Vita*[1] c. 19.

(3) Zie daarover VAN DER ESSEN, *Het ontstaan van Antwerpen*, Antwerpen, 1905.

(4) « Nec multo post, cum a fratribus. quos ob animarum curam *per diversa loca* reliquerat, rogaretur ut eos præsentia sua visitaret et ut verbi sacri pabulo reficere dignaretur... » *Vita*[1] *l. c* Deze tekst is van belang, ook elders in de *Vita*[1] is er spraak van medehelpers ; enkelen maar zijn ons bekend : Bavo, Domlinus en Florbertus uit de *Vita Bavoni*, Bono uit de *Vita*[1] c. 13, Etchensilus (*ibid.* c. 24), Chrodobaldus præpositus monasterio (Marchinensi ?) (*ibid.* c. 25) ; maar talrijk moeten ze geweest zijn, daar Amandus verscheidene kloosters stichtte voor hen.

(5) *Vita*[1] c. 20-21. Het was misschien wel ter gelegenheid dezer reis naar het zuiden dat hij zijn tweede reis naar Rome (*Vita*[1] c. 10) ondernam, om — men mag het veronderstellen — den paus uitleg te geven over zijn vertrek uit Maastricht en verslag over de zending die hem toevertrouwd was. (Zie VAN DER ESSEN in *Geschiedkundige bladen*, bl. 277.

Onweerstaanbaar voelde hij zich dan weerom aangetrokken naar Vlaanderen, het arbeidsveld hem door de Voorzienigheid aangewezen. Hij keerde nu voor goed terug, maar ijverde thans meer in het zuiden : op den oever der Scarpe, stichtte hij het klooster *Elnona*, later de Sint-Amandsabdij genoemd (1). De talrijke medewerkers die zich rond hem kwamen scharen, en de rijke giften die hem van alle zijden werden geschonken stelden hem in staat op vele plaatsen kloosters te stichten : de abdij van Marchienne en de kloosters van Leuze en Ronse danken waarschijnlijk hun ontstaan aan den H. Amandus (2). Vroeger had hij reeds de abdij van Barisy en het klooster van Nantua-en-Bugey opgericht (3).

Gedurende zijn leven stond de H. Amandus alom in hoog aanzien. In 't begin aan 't hof van koning Clotarius II en bij den H. Acharius, later bij koning Dagobertus wien hij zijn schandig gedrag durfde te verwijten en door wien hij daarom verbannen werd. Na korten tijd echter werd hij teruggeroepen, en verzocht den erfprins, Sigebertus, te doopen. Te dier gelegenheid kwam hij ook in betrekking met de invloedrijke hovelingen, Eligius en Dado, later bisschoppen, de eerste van Noyon-Doornik, de andere van Rowaan (4). Als bisschop van Tongeren, genoot hij het vertrouwen van paus Martinus I, die hem ondersteunde tegen den plichtvergeten clerus en hem belangrijke zendingen toevertrouwde bij koning Sigebertus III en de frankische bisschoppen (5). Gedurende de laatste jaren van zijn leven was hij ook in nauwe betrekkingen met de H. Gertrudis, abdis van

---

(1) *Vita*[1] c. 22, 25.

(2) Naar de *suppletio* van Milo van St Amand. (Zie hooger bl. 195 nota 1.)

(3) *Vita*[1] c. 22.

(4) *Ibid.*, c. 17.

(5) Zie hierboven bl. 199, nota 1.

Nijvel, en hare moeder Itta, weduwe van den hofmeier Pepijn II (1).

De H. Amandus stierf in gevorderden leeftijd te Elnona op Zondag, 6 Februari, waarschijnlijk in 't jaar 679 (2).

***

De latere levensbeschrijvingen verhalen allerlei wondere gebeurtenissen, die niet met zekerheid bewezen zijn. Even zoo stemt het niet met de waarheid overeen, dat alle kerken en kapellen — namelijk Sint-Amandsproostdij te Kortrijk, de Sint-Amandskapel te Brugge enz. — waarvan de stichting door de overlevering aan den H. Amandus wordt toegeschreven, feitelijk door hem zouden zijn tot stand gebracht.

Maar de stellige gegevens, welke wij over hem bezitten en hierboven mededeelden, zijn voldoende om de grootsche figuur van Amandus, zijne vurige, geestdriftige zendelingsziel, zijne wonderbare, rustelooze werkdadigheid in het licht te stellen. Met zekerheid weten wij dat hij het beste van zijn veelbewogen leven heeft gewijd aan de geloofspredikiug bij onze voorouders en dat de bekeering van Vlaanderen grootendeels zijn werk is (3); waarom wij hem dan ook terecht, met eerbied en dankbaarheid noemen : *den Apostel van Vlaanderen.*

R. Deschepper.

---

(1) Zie Van der Essen, *Vitæ des saints Mérovingiens*... p. 2. Ook de *Vitæ Rictrucdis, Eusebiæ, Humberti, Gisleni* enz. vertellen ons allerlei over den H. Amandus; maar het kan moeilijk nagegaan worden hoever al die gegevens met de waarheid overeenstemmen (Van der Essen, *o. c.*, p. 341).

(2) Aldus Van der Essen, *l. c.*, steunend op den datum van het Testament van Amandus, opgesteld in 675 (2de jaar van Theodoriks regeering), en anderzijds op het feit, door de *Vitæ* vermeld, dat Amandus stierf op *Zondag 6 Februari.* Welnu na 675 viel eerst in 679 de 6 Febr. op eenen Zondag.

(3) Ten onrechte echter schrijft Pirenne, *Histoire de Belgique*, t. I, p. 16 «'...l'évangelisation (in 't noorden van Gallië) fut l'œuvre de missionnaires qui agirent pour leur propre compte et tout a fait indé-

VI.

La régularité des mandats de paiement.

Q. *Quelles sont les conditions que requiert la régularité des mandats de paiement ?*

Remarques préliminaires 1° On appelle *mandat de paiement*, l'ordre écrit donné par le président du bureau au trésorier de payer à une personne désignée dans l'acte une certaine somme prévue au budget ou dont l'allocation a été spécialement autorisée par les autorités compétentes.

2° Aucune dépense ne peut être payée des derniers et pour le compte de la fabrique, si elle n'a pas été préalablement ordonnancée au moyen d'un mandat. C'est la conséquence d'un principe depuis longtemps consacré en matière de comptabilité publique, qui consiste en ce qu'aucun paiement ne peut être fait sans avoir été mandaté au préalable par un ordonnateur dont les fonctions sont incompatibles avec celles de payeur. En ce qui concerne les fabriques, le président du bureau (1) remplit les fonctions d'ordonnateur, le trésorier celles de payeur.

3° Le mandat de paiement devient *quittance* pour le

---

pendamment du clergé local. Parmi eux se détache la figure ardente de S. Amand ». Het blijkt ten overvloede dat de H. Amandus handelde in verstandhouding met den bisschop onzer gewesten den H. Acharius. En M. Pirenne heeft geen reden, geen den minsten tekst die laat vermoeden dat Amandus gehandeld heeft zonder den H. Eligius te kennen. Integendeel, de H. Eligius is zelf naar Vlaanderen gekomen korts na zijne bisschopswijding (640) ; was het niet om de zending van Amandus door zijn eigen voorbeeld te steunen ? Verders noemt M. Pirenne, den H. Amandus nog « plus zélé que prudent » en zegt van hem « il n'avait pas, semble-t-il, les qualités nécessaires à l'administration d'un diocèse ». Zulke beweringen vinden volstrekt geen grond in de vroegste *Vitæ* van onzen apostel van Vlaanderen.

(1) Plus strictement, les mandats sur la caisse de la fabrique doivent être ordonnancés par *le bureau des marguilliers*, en séance régulière, sous forme de délibération actée. V. Damoiseaux, *Guide pratique de l'administration des fabriques*, p. 319 ; de Corswarem, *Fabriques d'églises*, p. 529. Voir plus haut, p. 140 s., ce que nous avons dit de d'utilité des réunions trimestrielles du bureau.

trésorier quand celui au profit duquel il a été delivré y appose l'acquit.

R. « Toutes les dépenses des comptes doivent être appuyées de mandats *réguliers*, faits au nom des intéressés et acquittés par eux de leur nom patronymique, ainsi que des factures à l'appui, établissant d'une manière certaine, la nature et la réalité de la dépense » (1).

Pour déterminer les conditions que requiert la régularité des mandats de paiement, distinguons le mandat lui-même, de l'acquit qui lui est apposé et des factures et mémoires qui doivent l'accompagner (2).

I. **Le mandat.** 1° Un mandat pour être régulier ne peut pas dépasser l'allocation budgétaire, ou, s'il la dépasse, le crédit autorisé spécialement par l'Évêque et la Députation permanente. Il suffit dans la pratique et pour les cas ordinaires de demander cette autorisation dans la feuille liminaire du compte.

2° Les mandats doivent être datés et indiquer *a*/ les noms et qualité ou profession du créancier au profit duquel ils sont délivrés ; *b*/ la somme à payer *en toutes lettres ; c*/ l'objet suffisamment désigné de la dépense ; *d*/ l'exercice auquel ils se rapportent ; *e*/ l'article du budget ou le crédit spécial auquel ils se rattachent.

3° Ils doivent être signés par le président du bureau ; l'usage de griffes est interdit.

Cependant *le président ne peut mandater à son profit la somme que la fabrique lui doit* (3). Dans ce cas, il doit laisser à un autre membre du bureau d'ordonnancer le paiement ; mais en aucune hypothèse, le trésorier ne peut assumer les fonctions d'ordonnateur.

4° Les mandats ne peuvent autant que possible présen-

---

(1) Cir. min., du 15 mai 1885.

(2) Voir Leroy, *Instructions pratiques sur la comptabilité des fabriques*, p. 136 ss. ; *Collat. Brugen.*, t. I, p. 84 s. ; t. V, p. 195 s. ; Damoiseaux, *o.* et *l. c.*

(3) Cette règle élémentaire n'est pas toujours observée.

ter ni ratures ni surcharges ; s'il y en a dans la partie manuscrite, elles doivent être approuvées.

5° Si plusieurs mandats se rapportent à un seul et même article du compte, ils seront accompagnés d'un état ou bordereau énumératif indiquant le total de tous ces mandats, ainsi que le montant de chacun d'eux.

6° Les mandats doivent être délivrés au profit des créanciers directs de la fabrique, c'est-à-dire au profit des personnes qui on fait le service, effectué les fournitures, exécuté les travaux. Ils ne pourront être délivrés au profit d'un tiers que dans le cas où celui-ci aurait fait des avances sur autorisation régulière. Mais alors il y aurait lieu, pour les déboursés d'une certaine importance (1), de joindre aux pièces justificatives le mémoire acquitté par le créancier direct de la fabrique (2).

II. **L'acquit.** La circulaire ministérielle du 15 mai 1885 dit que les *mandats* doivent être acquittés par les intéressés. Il n'est donc pas nécessaire d'acquitter les *états, mémoires ou factures ;* il suffit que les mandats *ou* les mémoires soient acquittés.

1° Les quittances doivent être données *par les intéressés eux-mêmes*, et non par des personnes interposées, sans procuration régulière.

2° Les quittances doivent être spéciales, non seulement pour chaque article du compte, mais encore pour chaque mandat.

3° Les quittances doivent être écrites à l'encre et sig-

---

(1) Pour les objets de menue valeur, il n'est pas nécessaire de produire les mémoires des fournisseurs ; celui qui a fait les avances, peut lui-même dresser un mémoire des déboursés qu'il a faits.

(2) Lorsque, en cas d'avances faites par le curé pour des dépenses se rapportant à *un* ou *plusieurs* articles du compte, le président délivre au profit de celui-ci *un* ou *plusieurs* mandats *collectifs*, il ne peut plus être délivré de mandats *spéciaux* pour le paiement de l'une ou l'autre dépense comprise dans les avances. Ces mandats collectifs et spéciaux feraient manifestement double emploi. Voir *Collat. Brugen.*, t. V, p. 195. s.

nées par les intéressés *de leur nom patronymique* (familienaam) et non de celui pris en religion (1).

4° Si le créancier ne sait pas signer, il oppose sa marque en forme de croix (+) pour acquit ; mais les acquits de ce genre doivent être certifiés par la déclaration signée de deux témoins

5° Les quittances qui présenteraient des ratures ou des surcharges non approuvées, seront considérées comme non avenues.

6° Le mandat relatif à l'acquit des services religieux fondés (art. 43 des dépenses) doit être acquitté par le curé.

III. **Mémoires et factures.** Les mandats doivent être accompagnés de pièces justificatives établissant la nature et la réalité de la dépense. Ces pièces justificatives sont le mémoire de l'ouvrier qui a fait les travaux, la facture du marchand qui a effectué les fournitures (2), l'état des fondations exonérées délivré par le curé et certifié conforme par le président du bureau, le bordereau de l'agent de change ou l'accusé du Ministre des finances pour le placement de fonds, la mention avec date des arrêtés d'approbation pour les placements sur particuliers avec garantie hypotécaire, etc.

Lorsque plusieurs pièces sont produites à l'appui d'un mandat, elles doivent être énumérées dans un bordereau.

Note. Il n'est pas inutile de faire remarquer que les mandats quittancés sont exempts du droit de timbre (3).

---

(1) Nous insistons sur l'observation de cette formalité qui est assez souvent perdue de vue.

(2) Il est des fournisseurs, notamment ceux qui livrent les objets mentionnés aux neuf premiers articles des dépenses, qui font des mémoires *par trop détaillés*, où se trouvent inscrites, jour par jour, toutes les fournitures, même de minime valeur, qui ont été faites pendant l'année. Il suffit que les mémoires comprennent sous un seul et même libellé les fournitures de même espèce et nature, ou toutes celles qui ont été faites pendant un laps de temps déterminé, pendant un mois, un trimestre. Voir *Collat. Brugen.*, t. V, p. 149 s.

(3) *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 40.

Nous insistons sur l'importance qu'il y a d'observer fidèlement ces prescriptions. Elles constituent des mesures d'ordre intérieur, destinées à établir la régularité des dépenses ; elles facilitent et contrôlent le travail du comptable ; elles couvrent sa responsabilité : le trésorier en effet peut être rendu responsable de toute somme qu'il débourse sans mandat régulier, où au de là des allocations budgétaires, même si le mandat est régulier dans la forme (1). Enfin l'observation de ces formalités allège considérablement le travail de ceux auxquels incombe d'office la vérification de la comptabilité fabricienne.

A. De Meester.

(1) Voir sur la responsabilité respective du trésorier et du président du bureau, en cas de paiement par le trésorier d'une dépense sur un mandat irrégulièrement délivré par le président, Leroy, *o. c.*, p. 137.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis februarii propositas.

—

I

Locus compositionis Iæ Petri.

Q. *Interpretando* I Pet., v, 13, *determina locum ubi scripta fuit hæc Ia epistola s. Petri.*

R. Vers. citatus sic habet in t. gr. : Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου ; quem textum Vulgata magis determinando vertit : *Salutat vos Ecclesia* (hæc vox suppletur a Vulg.), *quæ est in Babylone coëlecta, et Marcus filius meus.*

Quæritur quid sit intelligendum sub expressione : ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή. Et quidem :

1. Nullatenus agitur, ut voluere quidam Protestantes, de *uxore* Petri vel de alia quadam *muliere* præclara ; etenim *a/* « uxorem vel mulierem istam absque dubio nominasset, neque hac mira appellatione designasset » (1) ; — *b/* cur designasset locum ubi versatur illa uxor vel mulier ? — *c/* huic interpretationi nihil favet quælibet traditio.

2. Unde sine ullo dubio agitur de *Ecclesia* loci ubi nunc degit et scribit Petrus : sicut lectores, I, 1, dicuntur *electi*, et II, 9, *genus*, seu familia, *electum*, ita etiam Ecclesia hæc dicitur *electa*, seu expressius adhuc : *co-electa*, eadem electione electa qua lectores a Deo ad christianismum electi fuerunt. — Unde merito supplevit Vulgata vocem *Eccle-*

---

(1) Van Steenkiste-Camerlynck, *Comment. in epist. cath.*, h. l.

sia, et merito codex Aleph et quidam codices minusculi supplevere Ἐκκλησία, proindeque agitur de Ecclesia quæ est in Babylone, quod absque dubio demonstrat eum locum ubi nunc versatur Petrus dum scribit: hujus nempe ecclesiæ salutationes ad ecclesias ad quas scribit defert.

Porro nonnuli Protestantes (1), præprimis ad vitandum argumentum quod in favorem commorationis Petri romanæ ex hoc textu deducitur, et etiam quidam rari Catholici (2) *Balylonem sensu proprio* intelligi voluerunt, sive de Babylone illa notissima ad Euphraten in Assyria seu Mesopotamia, sive de integra illa provincia Babyloniæ, sive de Babylone quadam in Ægypto sita, prope civitatem Kairo. — Ast plane immerito, ut patet ex eo quod : *a*/ nulla antiqua traditio (3) huic interpretationi favet (v. dicenda infra in favorem interpretationis symbolicæ) ; — *b*/ « nullibi legimus [etiam non per modum meræ legendæ] s. Petrum unquam in Babylone assyriaca vel ægyptiaca commorasse, aut tamquam suum apostolum ab Ecclesiis Mesopotamiæ vel Ægypti vindicatum fuisse » (4) ; quod, ut patet, dato potissimum hoc textu epist. Petri, ecclesiæ istæ non omisissent ; – *c*/ « insuper, testantibus Strabone, Plinio, Pausania, tempore quo s. Petrus scribebat, antiqua Babylon Mesopotamiæ erat deserta ; Babylon in Ægypto... nihil aluid erat quam statio militaris in qua certo certius s. Petrus non est quærendus ».

3. Unde absque dubio Babylon *sensu symbolico* est intelligenda, et quidem, non de Jerusalem, aut Joppe, quæ civitates a quibusdam fuerunt indicatæ, sed absque ullo

---

(1) Ita Erasmus, Calvinus, Reuss, Keil, etc.

(2) Ita Hug, *Einl. in die Schriften des N. T.*, ed. 3, t. II, p. 550 ; — A. Maier, *Einl. in die Schrift. des N. T.*, p. 413.

(3) Equidem Lipsius, scholæ Tubinganæ, *Apokr. Apostelgesch.*, t. II, 2ª part., pp. 145 s., 175 (1880) in favorem provinciæ Babyloniæ invocaverat totam traditionem syriacam ; ast recentius Zahn., *Einl. in das N. T.*, t. I, pp. 21 ss., ostendit omnes Syros de hujusmodi Petri commoratione tacere, eosque solum Thomam tamquam qui ibi prædicaverit nominare.

(4) Van Steenkiste-Camerlynck, *o. c.*

fundamento — sed de *Roma*. Et quidem : *a*/ Roma optime Babylon vocari *potuit*, ob suam sc. similitudinem cum antiqua Babylone, ob suam opulentiam, ambitionem et immoralitatem, ob idololatriam ibidem grassantem, eoque quod, sicut Babylon antiqua populum Dei, Judæos, oppresserat, ita et Roma, dum scribit Petrus, aut jam decreverat persecutionem contra Christianos, aut saltem jam erat hostili animo erga eos disposita et persecutionem decretura (1) ; — *b*/ de facto appellatio Babylonis pro Roma, sicut apud Judæos antiquos (2), ita apud primos Christianos notissima erat ut vel ex Apocalypsi liquet (XIV, 8; XVI, 19; XVII, 5; XVIII, 2, 10, 21 coll. XVII, 9, 18); — *c*/ revera ab antiquissimis temporibus, communis fuit interpretatio hîc nomine Babylonis Romam intelligendi (3) ; — *d*/ hæc interpretatio symbolica exinde confirmatur quod alius ille, Marcus, cujus similiter salutationes deferuntur, etiam ille modo metaphorico designatur : *filius meus ;* — item *e*/ exinde quod optime sic intelligimus quare etiam *Marci* salutationis deferantur : Marcum enim Romæ versatum fuisse et Romanis fuisse notissimum ex Patribus manifestum est ; imo ex ep. Pauli *Col.*, IV, 10 et *Philem.*, 24, colligimus circa idem illud tempus quo Iª Petri fuit conscripta, Marcum Romæ adfuisse (4) ; —

(1) Simili modo symbolico occurrit Babylon in IV Esdr., III, 1 ss.

(2) Cfr SCHÖTTGEN, *Horæ hebr. et talmud.*, Dresden, 1730 ; — *Oracula Sibyllina*, ed. FRIEDLIEB, Lipsiæ, 1852.

(3) Cfr PAPIAS et CLEMENS ALEX., apud EUSEBIUM, *Hist. eccl.*, II, 14 s. ; — S. HIERONYMUS, *De viris illustribus*, VIII, ; — HILARIUS AREL., I Pet., V, 13 (*Spicil. Casin.*, III, 1, 241) ; — Ven. BEDA (MIGNE, *P. L.*, XCIII, 67) ; — THEOPHYLACTUS, ŒCUMENIUS, etc. V. VAN STEENKISTE-CAMERLYNCK, *o. c.*, p. 89. Communiter retenta fuit hæc interpretatio a Catholicis subsequentibus, imo etiam a multis Protestantibus inde a Luthero ad nostra usque tempora (ita a Grotio, Baur, Hilgenfeld, Harnach aliisque).

(4) Ex Eusebio, *Hist. Eccl.*, II, 24, novimus Marcum circiter a. 52-62 versatum esse Alexandriæ in Ægypto ; circa hunc a. 62 tenderit Romam, ut colligitur ex dictis epist. s Pauli ; ex *Col.*, IV, 10 in eo erat Marcus iter instituendi versus Asiam minorem ; inde redierit Romam nuntios deferens circa statum illarum ecclesiarum ; qui nuntii fuerint occasio Iæ Petri. Cfr W. VREDE, in collect. *Die heilige Schrift des Neuen Testaments*, t. IV, Bonn, 1916.

f/ et quidem optime intelligitur ratio quare Petrus Romam sub hac figura designare voluerit : conquesti enim fuerant Christiani Asiæ minoris de ærumnis quas ob fidem christianam patiendas habebant : quare monuerat eos Petrus non iis tantum, sed omnibus Christianis per totum mundum eamdem passionem fieri (v, 9) ; quid mirum si, adhibendo hanc denominationem symbolicam, in lucem ponit præprimis Christianos Romæ degentes hisce ærumnis esse subjectos ?

Unde ex hoc loco epistolæ s. Petri, pleno jure colligimus Petrum *Romæ* scribere, indeque præbet hic locus invictum argumentum in favorem commorationis romanæ s. Petri.

A. Vander Heeren.

II

De habitu gratiæ sanctificantis.

Q. *Explica hoc assertum : gratia sanctificans est forma accidentalis per modum habitus animæ inhærens.*

R. In præcedenti responsione ostendimus gratiam sanctificantem esse accidens, nempe qualitatem ; nunc explicandum habemus : 1/ *quomodo accidens* et deinde 2/ quomodo *qualitas* dicatur.

1/ Accidens definitur : « forma quædam realis (id est principium determinativum reale) alicui in suo esse substantiali jam constituto superadveniens, eique tamquam subjecto inhærens » (1).

Jam evidens est gratiam sanctificantem, sive id quo homo fit formaliter sanctus et justus coram Deo, *superadvenire homini in suo esse substantiali constituto ;* etiam amissa gratia homo manet homo.

Sed non ita patet α/ *quanam ratione gratia subjecto*

(1) De Jaegher, *Institutiones philosophicæ*, n. 246, p. 232, Brugis, 1920.

inhæreat, sive quænam sit ipsius connexio cum subjectò, quippe quum agatur de dono *supernaturali*, quod homini superadditur. Inde adhuc β/ determinandum venit quomodo hoc accidens *subjectum suum perficiat*. Dicitur enim *forma*, id est principium determinativum ; sed omnis forma, utpote *actus*, aliquam potentiam complet. Quamnam potentiam indicare possumus in homine, quam hoc dónum supernaturale complere queat ?

α/ In ordine naturali, accidentia dividuntur, *ratione connexionis suæ cum subjecto*, in accidentia *communia sive extranea* quæ *contingenter* insunt subjecto ; et accidentia *propria et per se* quæ ad subjecti naturam *necessario* sequuntur, et in eadem natura quodammodo causam habent (1).

Relate ad accidens proprium, cujus modi sunt animæ facultates, subjectum non est solummodo *susceptivum*, quatenus in se recipit hanc formam accidentalem, quæ ipsum perficit, sed est adhuc *quodammodo productivum*, in quantum accidens proprium, ait s. Thomas, « non per aliquam transmutationem, sed per naturalem resultationem » a subjecto dimanat (2).

Jamvero causa efficiens gratiæ, uti docet s. tridentinum concilium, est ipse et solus « misericors Deus, qui gratuito abluit et sanctificat » (3). Quando dicimus ergo gratiam esse accidens, oportet intelligamus *accidens ad modum accidentis communis et extranei*, quod, uti calor in ente naturali calefacto, in subjecto recipitur sed ab agente extrinseco producitur.

β/ « Conveniunt forma substantialis et accidentalis in hoc », addit Angelicus, « quod utraque est actus, et secundum utramque est aliquid quodammodo actu » (4).

---

(1) *Ibidem*, n. 247, p. 234.

(2) *Sum. Theol.*, I, q. 77, a. 6, ad 3.

(3) *Conc. trid.*, sess. VI, *Decretum de justificatione*, cap. 7 (*Enchir. Symb.*, n. 799).

(4) *Sum. Theol.*, I, q. 77, a. 6, c.

Gratia itaque, siquidem demonstratur esse *forma* accidentalis, supponit in subjecto, quod tanquam forma determinat, aliquam potentiam. Jamautem, quia *ordinis supernaturalis*, complet aliquam *potentiam* non naturalem, sed *obedientialem*, sive meram at veram capacitatem recipiendi talem perfectionem (1).

Hac ratione, licet supernaturalis et positive indebita, gratia non est aliquid subjecto violenter inditum sed ipsum vere perficit (2). Attamen non eadem ratione ac forma accidentalis ordinis naturalis, sed *ratione analogica* forma et actus dicitur.

2/ Qualitas stricte sumpta definitur : « forma intrinsece modificans substantiam differentia aliqua accidentali absoluta » (3).

In hoc est propria ratio qualitatis, quod tribuendo aliquid absoluti, uti omnia accidentia præter accidens relativum, *intrinsece modificat* substantiam.

S. Thomas, post Aristotelem, quattuor enumerat species qualitatum (4), quarum prima dicitur habitus, alius, uti patet ab habitu, qui est ultimum prædicamentum.

Definitur autem ille habitus : « qualitas de se difficile mobilis, secundum quam substantia bene aut male se habet, sive quoad esse, sive quoad operari » (5).

Hæc est differentia habitus specifica ut sit *difficile mobilis* et ita habitus differt a dispositione, quæ est pariter qualitas, secundum quam substantia bene aut male se habet, sive quoad esse, sive quoad operari, sed qualitas *facile mobilis*, itaque *transitoria*. « Ex quo patet », ait s. Thomas, « quod nomen habitus diuturnitatem (sive

---

(1) Cfr Van der Meersch, *Tract. de divina gratia*, n. 3, p. 7, Brugis, 1910.

(2) Cfr ill. ac rev. Waffelaert, *Meditationes theologicæ*, apud *Collat. Brugen.*, VI, p. 237.

(3) De Jaegher, *o. c.*, n. 251, p. 238 s.

(4) Cfr *Sum. Theol.*, I-II, q. 49, a. 2, c.

(5) De Jaegher, *o. c.*, n. 253, p. 239.

permanentiam) quamdam importat, non autem nomen dispositionis » (1).

Habitus itaque definiri potest : forma accidentalis *intrinsece modificans* substantiam, et quidem ita ut sit *difficile mobilis* sive subjecto *permanenter inhæreat* et ipsum bene aut male disponat secundum esse aut secundum operari.

Omissa nunc controversia, utrum necne gratia sanctificans a caritate realiter distinguatur (2), utrum gratia sit habitus entitativus an operativus, jam liquet, siquidem gratia est id quo homo *interne* renovatur, quo *intrinsece* fit justus et quidem *modo permanenti*, gratiam esse habitum sed analoga rursus ratione ad habitum naturalem ; ipsam gratiam tamen merito dici inhærere animæ per modum habitus ex dictis constat.

Breviter : gratia sanctificans est *accidens ;* subjecto in suo esse substantiali constituto superadvenit.

Est *forma* accidentalis ; ut principium determinativum aliquam potentiam complet, scil. *potentiam obedientialem*. Inhæret autem subjecto ad *modum accidentis contingentis*, cujus subjectum est susceptivum et nullatenus productivum.

Varia sunt genera accidentium. Reduci debet gratia *ad genus qualitatis*, quia subjectum *interne* modificat ; *ad speciem habitus*, quia secundum hanc qualitatem, subjectum bene se habet et quidem *permanenter*. Dicitur tandem accidens, qualitas, habitus, *analoga ratione*, quia ordinis supernaturalis.

H. Lamiroy.

---

(1) *Sum. Theol.*, I-II, q. 49, a. 2, ad 3. Ideo ait s. Thomas in eodem contextu : « si aliquis imperfecte habeat scientiam, ut de facili possit ipsam amittere, magis dicitur *disponi* ad scientiam, quam scientiam *habere* ».

(2) Cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 115 s., p. 111 s.

III-IV

De materia sacramenti Eucharistiæ.

Q. *Quænam est materia ex qua Eucharistia licite conficitur 1° sub specie panis, 2° sub specie vini ?*

R. Quoad Iᵘᵐ.

Valore consecrationis in tuto posito (1), ut panis *licite* adhibeatur servetur oportet :

1° *Canon 815*, § *1*, juxta quem « panis debet esse *mere triticeus* et *recenter confectus* ita ut nullum sit periculum corruptionis ».

Itaque, *a*/ ut licita sit materia sacramenti, oportet ut præter farinam tritici (2) et aquam naturalem, quæ requiruntur, et sal, quod permittitur, nulla aliena substantia in pane reperiatur.

Præterea, *b*/ panis debet esse recens (3) ut hostiæ consueto tempore, absque periculo corruptionis, asservari queant.

Imprimis removendæ sunt hostiæ mucidæ. Monet enim rubrica Missalis *De defectibus*, III, 3 « si [panis] cœperit corrumpi, sed non sit corruptus... conficitur [sacramentum], sed conficiens graviter peccat ».

Species aliquando diu asservari queunt. Ita, durante bello, factum est ut hostias consecratas, quæ tribus fere annis in arca ferrea latuerant, incorruptas reperimus.

Attamen, quia in re tanti momenti maxima prudentia opus est, urget Ecclesia ut hostia consecranda *recens* sit, et juxta decretum S. C. de disciplina sacramentorum,

---

(1) Non licet consecrare materiam dubie validam, propter reverentiam sacramento debitam et periculum idololatriæ.

(2) Quodsi farina obtineri nequeat, vide *resp. S. C. S. Off.*, 23 junii 1852 (apud *Collectan.*, I, n. 1076), de qua supra p. 191.

Sunt qui, ut vere niveas obtineant hostias, farinam per noctem in aquam infundunt. Hæc agendi ratio improbanda est, nisi constet hostias confectas debitam elementorum tritici proportionem retinuisse.

(3) Cf. quoque can. 1272 et *Rit. Rom.*, tit. IV, c. I, n. 7.

7 decembris 1918 (1), praxis adhibendi hostias a duobus vel tribus mensibus confectas, vi can. 815 prohibita est.

Ex alia parte, certe recentes reputantur hostiæ quæ a quindecim tantum diebus confectæ sunt (2).

Congregatio prosynodalis brugensis, 11 maii 1875, decreto II statuit : « Sacerdos cui... cura sacras species renovandi incumbit, si vel minime suspicetur, species a pistore missas non esse recentis confectionis, scriptum exigat, in quo pistor datam confectionis testetur » (3).

2° *Canon 816*, vi cujus « in Missæ celebratione sacerdos, secundum proprium ritum, debet panem azymum vel fermentatum adhibere ubicunque Sacrum litet » (4). Id urget sub gravi rubrica Missalis Romani, *De defectibus*, III, 3.

Necessitas perficiendi sacrificium, si, consecrato vino, panis deprehendatur corruptus nec alius supersit secundum proprii ritus leges confectus, est ratio sufficiens ut sacerdos in alterius ritus materia consecrare possit.

Communiter docebatur sacerdotem latinum, ad præbendum Viaticum infirmo, non posse deficiente azymo consecrare in fermentato. Attamen, attenta mitiore disciplina Ecclesiæ quoad ritum inducta (can. 851, 866), censet Cappello (5) licere sacerdoti latino, præfato casu occurente, in fermentato celebrare.

3° *Rubrica Missalis* (6) quæ de hostia fracta statuit : « Si hostia ante consecrationem inveniatur fracta, nisi populo evidenter appareat, talis hostia consecratur : si autem scandalum populo esse possit, alia accipiatur, et offeratur : quod si illius hostiæ jam erat facta oblatio, eam post ablutionem sumat. Quodsi ante oblationem hostia appa-

---

(1) Cf. *Acta Apost. Sedis*, XI (1919), p. 8 et *Collat. Brugen.*, XX (1920), p. 492.

(2) Cf. *Collat. Brugen.*, IV (1899), p. 396.

(3) Cf. *Collect. Epist. pastoralium*, XII, p. 264. Brugis 1879.

(4) Vide etiam concilium florentinum, DENZINGER, n. 692.

(5) *De Sacramentis*, vol. I, n. 281. Taurinorum Augustæ, 1921.

(6) *De defectibus*, x, 9.

reat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit ». Idem dicendum est de hostia maculata.

Juxta plures mortale est consecrare hostiam fractam, si fractura enormis est et ante oblationem deprehenditur.

4° *Consuetudo universalis,* qua in Ecclesia latina hostiæ debent esse rotundæ et tenues, majores pro celebrante, minores pro populo. Ut norma assignatur ab auctoribus mensura diametri 7 cm. pro majoribus, 3 cm. pro minoribus (1). Hæc sub levi tantum obligare videntur. Quodsi alia haberi nequeat et scandalum absit, licitum est cum hostia minore celebrare, etiam ex sola devotione.

Præterea, hostiæ, saltem majores, impressam habeant crucem vel imaginem crucifixi. Id tamen sub reatu culpæ non requiritur, quia nullum reipsa exstat præceptum (2).

Græci formam quadratam adhibent et, in particulis, triangularem.

Quoad IIum.

Juxta rubricam Missalis, *De defectibus*, IV, 2 : « Si vinum cœperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel mustum de uvis tunc expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea seu alterius distillationis : conficitur sacramentum sed conficiens graviter peccat ».

Itaque, validitate consecrationis in tuto posita, ad *liceitatem :*

1° Postulatur ut vinum, *fermentatum et defæcatum, sincerum sit et normaliter compositum.*

Hac de causa, adhiberi non potest :

a/ Mustum de uvis tunc expressum, quia fermentatio et defæcatio nondum peractæ sunt.

b/ Vinum quod fuerit aliquantum acre, quia ex uvis plus

---

(1) Hæc mensura, quoad hostias minores, imponitur apud nos decreto VIII *Congreg. prosyn.*, 19 maii 1874. Cf. *Collect. Epist. pastoralium*, XII, p. 194.

(2) Vide Cappello, *l. c.*, n. 287.

minusve immaturis expressum, propter nimiam acidorum proportionem, vix potui idoneum est.

Approbari nequeunt qui aciditatem musti temperant additis substantiis quæ chemice acida destruunt : naturalis enim vini compositio hac agendi ratione alteratur.

c/ Vinum quod cœperit acescere vel corrumpi.

Notum est vinum, fermentatione alcoholica peracta, subsequentibus quibusdam alterationibus colore, odore et gustu perfici. At, aliæ accidere possunt mutationes quibus alcoholum in acetum convertitur vel etiam vini putrefactio causatur. De his mutationibus, quibus vinum pedetentim corrumpitur, in rubrica agitur. Verumtamen, talem materiam (1) consecrare licebit, si detur causa proportionata. Ita, si alia materia deficiat, adhiberi potest vinum parum acescens, etiam si ex sola devotione celebretur.

Hæc vini corruptio impeditur :

1/ Destruendo fermenta nociva.

Pasteurizatione, fermenta post 20 fere momenta occiduntur si vinum humido calori 65 graduum subjiciatur. Imo, si in ipso musto fermenta calore destruantur et alia postea a nocivis organismis immunia infundantur, naturalis uti videtur (2) fermentatio et vinum sincerum obtineri potest.

2/ Augendo vim alcoholicam vini, quod vario modo fieri potest :

α/ Addendo alcoholum. Hoc fieri licet, his servatis legibus a S. C. S. Officii (3) prescriptis : ut alcohol extractum sit de genimine vitis, ut mixtio peragatur quando fermentatio sic dicta tumultuosa defervescere incipit, ut alcohol, mixtione peracta, non excedat proportionem 12 % vel etiam, si vinum naturaliter valde generosum sit, 18 %.

---

(1) Dummodo certe valida sit.

(2) Cf. De Religiosis, *l. c.*, p. (64).

(3) *Decr. S. C. S. Off.*, 5 aug. 1896; apud *Collectan.*, II, n.n. 1949 et 1950.

β/ Densando mustum. Congelatione vel decoctione imminuitur quantitas aquæ, quæ in musto invenitur, ita ut proportio sacchari et, e consequenti, post fermentationem proportio alcoholi relative crescat. Ad liceitatem postulatur ut mustum sic condensatum fermentationi subjiciatur et ut fermentatio naturaliter obtineri queat, mitigando scilicet calorem ita ut fermenta non occidantur, vel addendo mustum non condensatum in quo fermenta non perierunt, vel etiam, uti videtur, infundendo fermenta optimæ speciei, cultura obtenta (1).

γ/ Adhibendo uvas passas seu exsiccatas (rozijnen). In regionibus in quibus vina sufficienti vi alcoholica non sunt prædita et alcoholum extractum de vite obtineri nequit, admisceri possunt uvis recentibus uvæ passæ, ex aliena regione comparandæ, ita ut obtineatur mustum quod majorem proportionem sacchari continebit, quodque spontanee fermentabit (2). Imo, vinum ex solis uvis passis, quibus infunditur aquæ copia quæ pondus uvarum æquet, imo fere duplum attingat, dummodo ex colore et gustu dignoscatur esse verum vinum, materia licita est(3). Fermentatio musti in casu ægre spontanee incipiet et melius excitabitur additis quibusdam uvis recentibus, vel fermentis puris.

δ/ Admiscendo musto saccharum, quod (in glucosam et deinde fermentatione) in alcoholum mutatur.

Hac methodo additur musto substantia quæ non est de vite et, quamvis plerumque materia valida sit, tamen ad minus dissuadetur hæc mixtio, ipsique iteratis vicibus præferenda declaratur alcoholi additio, de qua sub α/ (4).

---

(1) *Decr. S. C. S. Off.*, 5 aug. 1896 ad 2m; apud *Collectan.*, II, n. 1950. Posset etiam ebulliri vinum ut evaporatione partis aquæ robustius evadat, juxta *decr. S. C. S. Off.*, 4 maii 1887; apud *Collectan.*, I, n. 1672.

(2) *Decr. S. C. S. Off.*, 25 junii 1891 (*Collectan.*, II, n. 1757).

(3) *Decr. S. C. S. Off.*, 7 maii 1879 (*Collectan.*, II, n. 1518).

(4) *Decr. S. C. S. Off.*, 5 aug. 1896 (*Collectan.*, II, n. 1949). Cf. *Collat. Brugen.*, XVIII, (1913), p. 692).

2° Postulatur ut *modicissima aqua vino admisceatur.*

Ita enim statuit concilium florentinum (1) et can. 814. Una scilicet alterave guttula sufficit ; expedit tamen ut plures infundantur ne fortasse aqua calici adhæreat nulloque modo vino admisceatur.

Præterea, si admisceretur aqua rosacea vel alterius distillationis grave esset peccatum (2). Aqua autem naturalis potest esse acida, gaseosa aut alcalina (3).

Hæc admixtio aquæ ab *Ecclesia* præcipitur et urgetur *sub gravi* (4), ob hæreticorum placita et momentum hujus ritus, quod in concilio florentino et tridentino describitur (5). Ad valorem tamen sacramenti nullatenus necessaria est. Vide rubricam Missalis, *De defectibus*, IV, 2, 7 et Catechismum concilii tridentini, P. II, c. 4, n. 14.

V. Coucke.

V

De examine conscientiae particulari.

Q. *Quid intelligis nomine examinis conscientiæ particularis ? Describe praxim ejus* (6).

R. « Nullum efficacius remedium ad vitia extirpanda et acquirendas virtutes reperitur, scribit Cardinalis

---

(1) Denzinger, *l. c.*, n. 698.

(2) Juxta rubricam Missalis, supra citatam.

(3) Cf. litteras assessoris *S. C. S. Off*, 11 aug. 1904. apud *Il monitore ecclesiastico*, 1904, p. 289

(4) Vide *decr. S. C. de Prop. Fide*, 30 jan 1635 (*Collectan.*, I, n. 81) et conc. trid., sess. XXII, cap. 7 (Denzinger, *l. c.*, n. 945).

(5) Denzinger, *l. c.*, n.n. 698, 945.

(6) Recole quæ supra scripsimus de examine conscientiæ generatim spectato, nimirum de notione generali et divisione examinis conscientiæ, de necessitate et fructu ejus, de loco quem inter cetera devotionis exercitia occupat. *Collat. Brugen.*, 1921, p. 505 ss. Item de notione, fine et praxi examinis conscientiæ generalis. *Ibidem*, 1922, p. 56 ss. Ubi etiam reperies Auctores utiliter legendos quibus hic addi possunt Alvarez de Paz, S. J. *De exterminatione mali*, L. III, P. III, c. V ss. ; Card. J. Bona, *Horologium asceticum*, c. IV, § 1 et 2 ; P. J. Dosda, C. SS. R., *L'union avec Dieu*, 2 vol., Bruxelles, Van Lantschoot, 1912,

J. Bona (1), quam singulari certamine unumquodque vitium aggredi et quotidie contra ipsum pugnare, donec expugnetur, instituto de hac re examine particulari.... Ideo sancti patres [intellige : patres nostri in vita spirituali docenda et inculcanda] hoc examen summopere commendant quia medium expeditissimum est et efficacissimum ad extirpanda vitia, ad evellendos defectus, ad inserendas animo virtutes et ad omnimodam perfectionem brevi tempore consequendam ». Haud dubie, nemo jam efficaciam examinis particularis diffitebitur qui veram ejus naturam debite perspexerit atque in praxi ejus essentialia a particularitatibus uni aliive scholæ vel ordini religioso propriis seposuerit.

1. Quid est examen conscientiæ particulare ?

Examen particulare, *sensu restricto vocis*, est discussio semel aut bis de die instituta circa habitudinem activitatis nostræ liberæ relate ad Deum finem ultimum supernaturalem, sub respectu determinato alicujus vitii aut virtutis particularis, in ordine ad illud corrigendum, hanc vero exercendam, purificandam et fovendam.

Sensu autem *latiori*, ut communiter accipitur, examen particulare signat integram exercitationem in materia determinata sive vitii deponendi sive virtutis augendæ, et tres complectitur actus, scilicet examen prævisionis, examen habituale et examen particulare sensu stricto sumptum.

Examen particulare latiori sensu acceptum merito dicitur « medium practicum [intellige : *het* praktisch

---

t. I, p. 458 ss. ; F. P. Adolphus, O. M. C., *Compendium theologiæ asceticæ*, 2 vol. [Couvent des capucins, Hérenthals], 1921, t. I, p. 244 et 249 ss. ; præ ceteris L. Sempé, S. J. *L'examen particulier*, [longa series articulorum in periodico : *Messager du Cœur de Jésus*, 1921 et 1922] ; [Beaudenom], *Pratique progresssive de la confession et de la direction*, 2 vol., Paris, Lethielleux, [1905], t. I, p. 62 ss., 250 ss. ; G. Letourneau, *Nouveau manuel du Séminariste* [Méthode de S. Sulpice], Paris, Gabalda, 1908, p. 19, 264 ss.

(1) *Horologium asceticum*, c. IV, § 2.

middel] exercendi amorem effectivum » (1), vel etiam « l'agent exécutif de l'oraison » (2), vel adhuc « le moyen d'organisation et de contrôle de notre libre concours avec la grâce divine » (3). Huic tandem examini præcipue convenit quod de examine conscientiæ in genere scripsimus, id nimirum esse « exercitium unitivum vitæ spiritualis quatenus est centrum directionis et coordinationis omnium exercitiorum devotionis » (4).

Rationes psychologicæ efficaciæ hujusmodi exercitationis seu pugnæ in puncto particulari haud ita difficile apparent. Primo quidem vires animæ, quæ paucæ sunt, in unum objectum, idque restrictum, convertendo unit adeoque auget, dum simultanee arduitatem operis perficiendi dividendo minuit (5). Dein, ex parte rationis, importat quamdam « auto-persuasionem » seu convictionem intensam frequenter renovatam circa hoc objectum. Inde vero enascitur ex parte voluntatis quædam « auto-suggestio » repetita, qua voluntas alte menti imprimit imperium aliquod categoricum seu propositum firmum circa idem objectum, quod imperium virtualiter perseverans pergit etiam inconscio modo in vires executivas influere easque ad actum consentaneum inclinare (6).

Instrumentum hoc perfectionis acquirendæ primum systematice proposuit s. Ignatius in suis *Exercitiis spiritualibus* (7) ipsique novum nomen dedit : examen particulare. Ipsa tamen res vetus est, et, si accidentia semoveamus solamque ejus substantiam spectemus, hanc exercitationem peculiarem ad vitium aliquod dominans corri-

---

(1) H. Mahieu, *Probatio charitatis*, 2a ed., p. 429. *Het Brood des levens*, 4e uitg. bl. 145 vv.

(2) L. Sempé, apud *Messager du Cœur de Jésus*, 1921, p. 168.

(3) Ita fere J. Dosda, *o. c.*, I, p. 458.

(4) *Collat. Brugen.*, t. XXI, 510.

(5) Lege *S. Th.* I-II, qu. 77, a. 1. Æque valet adagium : *Divide et impera* in strategia spirituali ac in militari.

(6) Cfr L. Sempé, *l. c.*, 1922, p. 35 sq.

(7) *Liber exercitiorum*, hebdomada 1a. Vertaling Geerebaert, bl. 26 vv.

gendum jam apud philosophos antiquitatis notam (1), in ascesi traditionali Ecclesiæ constanter invenire est (2). Sufficiant hæc pauca nomina. Joannes Cassianus (sœc. IV-V) (3), s. Joannes Climacus (sœc. VI) (4), doctor extaticus Dionysius Cartusianus (Ryckelius) (1402-1471) (5), Thomas a Kempis († 1471), interpres « devotionis modernæ » Fratrum scilicet vitæ communis et Canonicorum Regularium Windeshemensium (6). Inde a s. Ignatio de Loyola incipit praxis methodica examinis particularis, præprimis in Societate Jesu, eaque paulatim comparet in variis vivendi regulis religiosorum, maxime vitæ apostolicæ deditorum (7), clericorum sœcularium (8), atque in dies magis applicatur in dirigendis animabus devotorum in sœculo degentium (9).

---

(1) Ita apud pythagoricos, postea apud Senecam, *Lib. III de ira*, c. 36. Cfr ALVAREZ DE PAZ, *l. c.*, c. VI.

(2) Cfr ALVAREZ DE PAZ, *ibid.*; L. SEMPÉ, *l. c.*, 1922, p. 103 ss. ubi textus ad quos alludimus sed quos brevitatis causa recitare non possumus, inveniuntur.

(3) *Collatio* V., c. 13, 14, coll. *De cœnobiorum institutis*, lib. V-XII. « Cassien, un des plus anciens écrivains ascétiques de l'Occident,... témoin et interprète de la tradition primitive » [en particulier de la spiritualité monastique en Orient]. L. SEMPÉ, *l. c.*, p. 103 sq. Cfr P. POURRAT, *La spiritualité chrétienne*, t. I, p. 256 ss., 177 ss.

(4) *Scala paradisi*, gradus XV, de castitate. « *L'Echelle du Paradis* joua en Orient presque le même rôle que les *Conférences* de Cassien chez nous » L. SEMPÉ, *l. c.*, p. 123. — Cfr P. POURRAT, *o. c.*, p. 453 ss.

(5) *De remediis tentationum*, art. 27. Opera omnia, Tornaci, 1911, opera minora, t. VIII, p. 166. *De laudabili vita viduarum*, art. 10, *ibidem*, t. VI, p. 134. Lege P. POURRAT, *o. c.*, t. II, p. 473 ss.

(6) *Imitatio Christi*, L. I, c. II : « Si omni anno unum vitium extirparemus, cito viri perfecti efficeremur ». *Ibid.*, c. 19 : « Conemur quantum possumus, adhuc leviter [lichtelijk, gemakkelijk] deficiemus in multis. Semper tamen aliquid certi proponendum est, contra illa præcipue quæ amplius nos impediunt. ». Cfr L. III, c. 53.

(7) V. g. pro Fratribus Minoribus cfr F. P. ADOLPHUS, *o. c.*, t. I, p. 244, 252 ; pro Redemptoristis, cfr DOSDA, *o. c.*, t. I, p. 466 ss. etc.

(8) Ita in seminario s. Sulpitii classicum est opus Tronson, *Examens particuliers sur divers sujets*. Cfr G. LETOURNEAU, *o. c.* p. 266.

(9) Cfr [BEAUDENOM], *Pratique de l'examen particulier d'après S. Ignace*. Pro alumnis collegiorum cfr E. DE SAEGHER, *Bidden en strijden*. Pro pueris cfr E. POPPE, *Geestelijke leiding voor kinderen*.

2. Describitur praxis examinis particularis.

Hæc praxis complectitur a/ *examen prævisionis*, b/ *examen habituale* et c/ *examen particulare stricte dictum*.

a/ Examen prævisionis instituitur initio novi stadii percurrendi, scilicet primo mane, ante meditationem, aut in fine ejus, aut post s. Communionem, et ad meridiem in renovato proposito post examen conscientiæ. Anima nimirum a curis temporalibus purgata et coram Deo tota recollecta, Deum ex charitate quærendum sponte et efficaciter intendit et perfectionem proprio statui consentaneam prosequendam firmiter eligit (1), atque hoc motivo vel et aliis motivis magis determinatis et magis influentibus excitata (2), propositum particulare de novo statuit, quasi hodie primum inciperet, prævidendo occasiones peculiares propositum exequendi, huic diei proprias (3). « Omni die renovare debemus propositum nostrum et ad fervorem nos excitare, quasi hodie primum ad conversionem venissemus, et dicere : Adjuva me, Domine Deus, in bono proposito et sancto servitio tuo ; et da mihi nunc hodie perfecte incipere, quia nihil est quod hactenus feci » (4).

Proposito autem jungenda est fiducialis gratiæ impetratio quippe quum agatur de negotio supernaturali : « Justorum propositum in gratia Dei potius quam in propria sapientia pendet : in quo et semper confidunt, quidquid arripiunt. Nam homo proponit sed Deus disponit, nec est in homine via ejus » (5).

---

(1) Hæc nova « orientatio » vitæ seu regulatio fundamentalis cordis in limine diei facta summi momenti est. Cfr Tissot, *La vie intérieure simplifiée*, p. 530.

(2) Multum refert ut quisque consideret hæc motiva personalia quæ experientia propria novit esse magis stringentia et moventia, ut sunt v. g. perfectio sacerdotalis, efficacia apostolatus nostri

(3) In hoc examine prævisionis invenitur processus auto-persuasionis et auto-suggestionis de quo supra a cujus intensitate pendet pro magna parte fructus exercitii.

(4) *Imitatio Christi*, L. 1, c. 19.

(5) *Imitatio Christi, ibid.*

b/ Examen habituale (1). Est frequens reditus per diem ad intimum cordis nostri ut, sub oculo Dei inhabitantis, nos ipsos *scrutemur*, *mundemus*, *accendamus*. Est cardo exercitationis particularis et vel uno brevissimo momento, quasi uno ictu oculi, absolvi potest. Frequenter autem fiat, v. g. singulis horis ad sonitum campanæ, vel initio aut in fine cujusvis operis præcipui, vel momentis « deperditis » in transeundo ab uno opere ad aliud, ita ut generet continuam cordis custodiam et propositi particularis sollicitudinem (2). Hoc autem exercitio 1/ sinceram animi physionomiam generalem variis momentis quasi ex improviso deprehendimus, atque ita brevi affectus in nobis dominantes detegimus ; 2/ puritatem cordis toties renovamus elicito dolore de quovis lapsu occurente et in specie de defectu in materia examinis particularis si forte occurrat ; 3/ toties refocillamus animum ad propositum particulare servandum addita oratione quadam jaculatoria, communione spirituali etc. ; 4/ nosipsos attentos et promptos reddimus ad propositum externe exequendum data occasione (3).

---

(1) Lege A. Rodriguez, *Pratique de la perfection*, t. I, p. 520 ss. ; J. Tissot, *La vie intérieure simplifiée*, p. 510 ss., 526 ss. ; A. Le Gaudier, *De la perfection de la vie chrétienne*, t. II, p. 698, 699 ; H. Mahieu, *Het Brood des levens*, bl. 151. Tissot vocat hoc examen : « *le coup d'œil*, coup d'œil vérificâteur et régulateur ». Est responsum huic quæstioni : « Où en est mon cœur ? » seu, quid nunc intendo, quonam spiritu nunc ducor, quinam est nunc affectus meus dominans ?

(2) Lege *Imit. Christi*, L. II, c. 5, L. III, c. XI.

(3) Cfr M. J. Rousset, O. P. *Directorium asceticum*, p. 63 sq. : « Tergat... speculum suum, mundet spiritum suum, quisque sitit videre Deum suum.... Hoc speculum verus pœnitens non cesset quotidie inspicere, tergere, tenere et custodire. Inspicere, si aliquid in eo reperiat quod Deo displiceat. Tergere, non solum peccata actionum, verum etiam cogitationum, ut nihil in eo remaneat quod Deum offendat. Tenere, ne deorsum corruens, terræ per amorem inhæreat, et ne inanium cogitationum pulvere sordescat. Custodire, ut ille..... qui ad ostium stat et pulsat, quacumque hora intrare voluerit, receptaculum mundum inveniat » (p. 64). Et infra, p. 227 sq. : « Ferventer proponas, quandocumque audis sonare campanam, generaliter te emendare, breviter, per morulam unius *Pater noster*. Antequam notabile opus

c/ *Examen particulare stricte dictum*. Bis de die, ad meridiem et vespere, vel saltem semel, ante decubitum, ante examen generale exploratur conscientia sub respectu materiæ examinis particularis. Anima nimirum per *gratiarum actionem* ad intimiorem compunctionem disposita, atque per *invocationem Spiritus Sancti* superne illustrata *investigat, dolet* iterumque *proponit* circa hanc materiam (1). In ea autem *exploratione*, non tam successus quam conatus considerandus, non tam numerus defectuum computandus quam radix eorum inquirenda; nimirum inconsideratio, levitas, inconstantia, oblivio, neglectus examinis habitualis seu « ictuum oculi ». *Contritio* autem et *propositum* in hac materia peculiari speciali motivo eliciantur ut dein renovato animo pugna reassumatur, imo et specialis pœnitentia libere eligatur ad negligentiam in hac materia expiandam et præcavendam.

Adnotationes. — 1° Ut augeatur efficacia examinis particularis variæ industriæ ab auctoribus proponuntur, quibus nimirum memoria juvatur, voluntas firmatur, quales sunt numerare defectus aut victorias ope cujusdam catenulæ aut funiculi cum globulis, inscribere hunc numerum ad meridiem et vespere in charta aut libello ad id parato, instituere comparationem inter diem et diem, hebdomadam et hebdomadam, manum pectori admovere, aut oculum ad cœlum attollere ad singulos defectus etc. Cavendum est autem ne hæc accessoria pro essentia examinis habeantur et ne imponantur ubi gravant animam quin eam adjuvent (2).

2° Imo et ipsa methodus prout eam exposuimus non paucis animabus intricata nimis apparebit quibus, si impo-

---

facias, breviter cogitabis, qualiter proposuisti te habere in priori proposito. Item de mane semper proponas, qualiter te per totam diem velis habere ; et quando facis aliquid, cogitabis breviter qualiter proposuisti... ».

(1) Quæ hic compendiose dicimus latius exposuimus apud *Collat. Brugen.*, supra in locis citatis.

(2) L. Sempé, *l. c.*, 1921, p. 164 ; 1922, p. 38, p. 105 sv.

neretur, jugum importabile imo et laqueus diaboli evaderet. Ita vitandum est ne frequens examen conscientiæ fiat pro scrupulosis occasio anxietatum et dejectionis. Similiter advertendum est examen conscientiæ adaptandum esse gradui orationis cuique animæ proprio : quo altior oratio eo simplicior exercitatio (1). Unde concludes hoc instrumentum perfectionis, quale est examen particulare, adhibendum esse sub ductu prudentis directoris spiritualis.

A. Legrand.

VI

De cantu et precibus coram SSmo exposito.

Q. *Quid cantare aut recitare licet coram SSo Sacramento exposito ?* (2).

R. Non habetur in libris liturgicis textus qui hanc quæstionem in specie solvere intendat. Regulæ ergo eruendæ sunt ex quibusdam principiis generalibus, aut documentis particularibus et ex multis quæ de hac materia data sunt a S. R. C. decretis.

I. Textus, ut per se intelligitur, cantari aut recitari non possunt nisi qui sint *approbati aut usitati ab Ecclesia*. « Orationes præter eas, quæ in Ecclesia receptæ sunt, non admittantur » ait Benedictus XIV (3). Requiritur ideo expressus vel tacitus consensus Ordinarii, cujus est de hujusmodi judicare. « Preces coram Sacramento recitandæ, ait Gardellini (4), nedum Romæ, verum etiam

(1 Cfr L. Sempé, *l. c.*, 1922, p. 106; Dosda, *l. c.*, p. 460.

(2) Lohier, *Ce que l'on doit et peut chanter aux Saluts du S. Sacrement (Revue de chant Grégorien*, 1910-1911) ; Ill. Van der Stappen, *De sacramentis et sacramentalibus*, q. 182 ; Victorius ab Appeltern, *S. Lit. prompluarium*, I, n, 310, 4 ; *Ephem. Liturg.*, xxv, (1921) 272-279 ; *Collat. Brugen.*, XIV, 495 ss.

(3) Constit. *Inter omnigenas*, 2 febr. 1744.

(4) *Commentarius in Instructionem Clementinam*, xxiv, 20 (Decreta Authent. S. Rit. Cong. vol. iv, p. 92).

ubique, aliæ esse non debent præter eas quas Ecclesia præscribit [v. g. in liturgia] vel longæva consuetudo rationabilis atque laudabilis, tacite vel expresse consentientibus locorum Ordinariis probavit ».

Quamvis aliqui exoptent ut ante SS. Sacramentum expositum omnes preces ad illud dirigantur, et pro abusu habeant preces in honorem B. M. V. vel Sanctorum, non est dubium quin omnino liceat cantus et preces fundere tam *in honorem B. Mariæ V. et Sanctorum* quam pro diversis necessitatibus, ut fieri solet in Laudibus Vespertinis.

Ita enim habet usus universalis ; Laudes Vespertinæ primitus erant antiphonæ et Laudes (flandrice Lof) in honorem B. M. V. — notatim « *Salve* regina » unde nomen gallicum *salut*, — quibus postea accessit expositio SS. Sacramenti et cantus in honorem Venerabilis ; *Instructio Clementina* §§ XXIV et XXX præscribit ut in Oratione Quadraginta horarum cantentur Litaniæ omnium Sanctorum ; ex pluribus actis Leonis XIII et Pii X debet per mensem Octobrem coram SS. Sacramento exposito recitari tertia pars Rosarii cum Litaniis B. Mariæ Virg. et oratione in honorem S. Joseph ; plura tandem decreta S. Rit. Cong. hanc praxim permittunt et probant (DD. 3530 ; 4100,3).

Defunctorum officium in choro non licet recitare aut cantare coram Venerabili exposito (D. 3479,2) ; sed permittitur pro defunctis cantare vel recitare v. g. ps. *De profundis* vel *Miserere* cum versu *Requiem æternam* et Oratione pro defuncto vel defunctis (DD. 2856 ; 3748,2).

Te Deum, si occurrat, cantari debet, ante *Tantum ergo*, cum solis versiculis qui ex decreto 2956,3 « extra casum processionis sufficiunt : *Benedicamus Patrem... Benedictus es... Domine exaudi...*, cum unica oratione *Deus cujus misericordiæ* » (D. 4198,10). Si autem fiat processio pro gratiarum actione, cantari debent *omnes* versiculi et *tres* orationes quæ in Rituali Rom., IX, XIII, 3 assignantur (D. 4198,11).

Litaniæ possunt cantari vel recitari tantum illæ quæ sunt approbatæ a S Sede non quovis modo sed ad usum publicum (DD. 3820,1 ; 3916 ; 3980), nempe Litaniæ Omnium Sanctorum, SS. Nominis Jesu, de S. Corde Jesu, Lauretanæ B. Mariæ V. et de S. Joseph : omnes exstant in ultima editione typica Ritualis.

Juxta hanc editionem Oratio qua concludendæ sunt Litaniæ Lauretanæ, ordinarie est : *Concede nos famulos...* Sed *a*/ ab adventu ad Nativitatem Domini, *b*/ a Nativitate ad Purificationem, et *c*/ tempore paschali cantari debent respective versus et Orationes de Tempore : *Deus qui de beatæ... Deus qui salutis æternæ... Deus qui per resurrectionem...*

Ante Orationes quibus concluduntur Litaniæ Lauretanæ vel hymni in honorem Sanctorum non est dicendus vers. *Dominus vobiscum* (DD. 1265 ; 3751 ; 4081,8).

II. Quod IDIOMA spectat, licet LINGUA VERNACULA (1) :

1/ *Recitare* preces, hymnos, rosarium, formulas actuum reparationis, consecrationis laudis vel invocationis, litanias a S. Sede ad usum publicum ut supra approbatas, aliasve preces, quibus etiam populus respondere valeat : sed semper requiritur ut sint approbatæ aut usitatæ ab Ecclesia (DD. 2791,2 ; 3157,8 ; 3237,1 ; 3530,2 ; 4235,7 ; 4268,10). De authentia versionis constare debet approbatione ecclesiastica, v. g. Ordinarii.

2/ *Cantare* eadem vel similia quæ cantui sunt adaptata. Excipiuntur tamen « textus stricte liturgici » (D. 4235,7), seu « hymni, *Te Deum*, et aliæ quæcúmque liturgicæ preces, quæ nonnisi latina lingua decantari debent » (D. 3235,8). Ita in specie respondit S. R. C. de Introitu,

---

(1) Ratio est quia, ut eruitur ex prænotamine, exercitia quæ fiunt coram SS^mo jam exposito et ante ultimam benedictionem non sunt stricto sensu liturgica. Ideo etiam non debet servari v. g. ordo dignitatis ut de digniore cantetur ultimo loco, nec regula « non bis de eodem », adeo ut liceat cantare v. g. motettum in honorem SS. Sacramenti et hymnus de SS. Corde Jesu.

Communione, *Lauda Sion*, etc. (D. 4235,8). Idem videtur dicendum de Litaniis Ritualis Romani.

Quoad cantum servanda sunt ea quæ præscripta sunt Pii X motu proprio de musica sacra.

Concio eucharistica haberi potest detecto capite et apposito velo ad tegendum SS^mum^ Sacramentum (D. 2769,2).

III. Pro Benedictione cum SS. Sacramento præcedentia non valent : est enim hæc functio stricte liturgica, quæ regitur rubricis Ritualis Romani et Cæremonialis Episcoporum, ubi de fine processionis Corporis Christi (1) et specialibus decretis. His præscribitur ut cantetur *Tantum ergo... Genitori Genitoque*, versus *Panem de cœlo...* (2) et Oratio *Deus qui nobis...* cum conclusione brevi (3).

Immediate ante benedictionem, h. e. inter Orationem præcitatam et ipsum actum benedicendi (4), nihil cantari aut recitari licet, sive latina lingua sive vernacula (5). Una admittitur exceptio, in favorem formulæ laudum *Benedictus Deus, God zij gebenedijd*, quæ recitari potest immediate ante aut post benedictionem (D. 3237,1) (6).

Quid tandem in specie et quandonam cantandum aut recitandum sit in Laudibus SS. Sacramenti in diœcesi Brugensi, indicatur in Statutis diœcesanis p 159, apud *Collat. Brugen.*, t. XIV, p. 105 et ad calcem calendarii liturgici anni 1917, p. 114 s.

C. Callewaert.

---

(1) *Rit. Rom.* IX, v, 5 ; *Cær. Ep.*, II, xxiii, 24 ss.

(2) Præstat ut versus ante orationes cantentur a cantoribus potius quam a celebrante.

(3) Si benedictio detur cum sacra pyxide, v. g. post missam, modo minus solemni, possunt versus et oratio recitari alta voce, sicut in fine reditus ad ecclesiam post S. Communionem infirmorum ad normam Ritualis Romani IV, iv, 21. His præmitti posse videntur binæ strophæ *Tantum ergo*.

(4) De jure enim communi benedictio potest dari tantum post Orationem, non infra cantum *Tantum ergo*.

(5) DD. 2791,2 ; 3530,1,2 ; 4058,1 ; 4194,10 ; 4213,2 ; cf. 665 ; 2464 ; 2725,3 ; 3058,2,3 ; 3513. Item non licet abrumpere *Tantum ergo* ut aliquid cantetur post primam stropham (D. 4213,2).

(6) In diœcesi Brugensi laudes recitari debent, ita ut repetantur a populo, non ante sed *post* benedictionem quoties cum ostensorio datur.

Acta SS. Congregationum

E Suprema S. Congregatione S. Officii

Decreto 14 jan. 1921 (1) damnata sunt et in Indicem librorum prohibitorum inserta folia periodica : *Religio, Rassegna di storia delle religioni*, fundata a Nicola Turchi, moderata a Giulio Farina. Roma, Ausonia ; *Rivista trimestriale di studi filosofici e religiosi*, moderata ab Alessandro Bonucci. Perugia, via Baldeschi, 2.

Decreto 16 jan. 1922 (2) prohibitum est et in Indicem relatum opus P. Nivardi Schlögl, O. C. *Die heiligen Schriften des Neuen Bundes : Aus dem Urtext übersetzt mit Erläuterungen und einer Einführung*, Wien, Richter und Zollner, 1920.

Decreto 17 martii 1922 (3) reprobatum fuit opus cui titulus : Chanoine S. Legueu, *Une mystique de nos jours. Sœur Gertrude-Marie, religieuse de la Congrégation de Saint-Charles d'Angers* ».

E Secretaria Status

Facultés spéciales accordées aux prêtres et aux nationaux belges dans les territoires occupés de l'Allemagne (4).

Du Vatican, 5 avril 1922.

Éminentissime et Révérendissime Seigneur,

J'accomplis avec plaisir l'agréable mission de faire savoir à Votre Éminence Révérendissime que le Saint-Père, accueillant avec une particulière bienveillance la supplique qui Lui a été adressée le 9 février dernier, a

---

(1) *Act. S. Sed.*, t. XIII, p. 43.
(2) *Ibid.*, t. XIV, p. 41.
(3) *Ibid.*, t. XIV, p. 193.
(4) *La Vie diocésaine*, 1922, t. XI, p. 273 s.

daigné gracieusement concéder *tempore dumtaxat militaris occupationis* aux soldats et autres citoyens belges, qui en raison de la dite occupation se trouvent dans la partie de l'Allemagne soumise à l'occupation, les facultés suivantes :

1° en ce qui regarde le jeûne, l'abstinence, les jours de fête, les Quatre-Temps et le S. Carême, ils peuvent s'en tenir à la discipline et aux dispositions en vigueur en Belgique.

2° tout Ordinaire de Belgique a — servatis servandis — le plein exercice de son pouvoir (sans exclure l'administration du sacrement de la Confirmation) sur tous ses nationaux, bien qu'appartenant à d'autres diocèses de la Belgique.

Le Saint-Père permet en outre que les prêtres belges qui avec l'autorisation de leur Ordinaire exercent le Saint Ministère dans la partie de l'Allemagne occupée militairement, jouissent, à l'égard de tous les Belges indistinctement, des mêmes facultés qu'ils ont dans leur patrie.

Et enfin Sa Sainteté consent à ce que les Aumôniers militaires puissent, dans les dits Territoires d'occupation, exercer librement et validement, non moins qu'en Belgique, tous les offices paroissiaux (1) en faveur des soldats et de leurs familles.

Et quant aux citoyens belges non attachés à l'armée, il n'y a pas d'inconvénient à ce que les susdits Aumôniers militaires se mettent d'accord avec les Autorités Ecclésiastiques locales au sujet de la célébration des Mariages et de la sépulture ecclésiastique.

En portant tout cela à la connaissance de Votre Éminence Révérendissime à la suite de Sa demande du 9 février dernier, je profite volontiers de l'occasion pour lui exprimer les sentiments de ma profonde vénération avec lesquels, en lui baisant très humblement les mains, je me dis

de Votre Éminence Révérendissime
le très humble et très dévoué serviteur
(s.) P. Card. Gasparri.

A son Eminence Révérendissime le Cardinal Mercier,
Archevêque de Malines.

---

(1) *Jura et functiones paroeciales.*

Ex S. Congr. Rituum

I

DE ADDITIONE LITANIIS SANCTORUM.

SS. D. N. Pius Papa XI sequentem invocationem pro privata et publica recitatione necnon pro additione Litaniis Sanctorum, post invocationem *Ut cuncto populo christiano*, etc. approbare et ad universam Ecclesiam extendere dignatus est :

Ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiæ revocare, et infideles universos ad Evangelii lumen perducere digneris : Te rogamus, audi nos.

Die 22 martii 1922 (1).

II

MISSA VOTIVA PRO FIDEI PROPAGATIONE.

Ad petitionem ut in qualibet diœcesi semel in anno, die ab Ordinario designanda, celebretur missa votiva *de Fidei propagatione* (2), respondet S. Cong. Rituum sequenti rescripto.

ROMANA (3).

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, referente infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationis Præfecto, suprascriptam invocationem pro privata et publica recitatione, necnon pro additione Litaniis Sanctorum post invocationem *Ut cuncto populo christiano*, etc., approbare et ad universam Ecclesiam extendere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 22 martii 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIV, (1922), p. 201.
(2) In colore violaceo, ex decreto 4146.
(3) *Acta Apost. Sedis*, XIV, (1922), p. 201.

III

DE COLLECTA PRO DEFUNCTIS.

METEN (1).

QUÆSITA. An collecta ab Ordinario imperari possit tamquam *pro re gravi* etiam pro defunctis, v. g. pro Summo Pontifice recenter defuncto ?

Et si affirmative, an hæc collecta dicenda sit in festis semiduplicibus, duplicibus, etc. ?

RESPONSUM. *Ex Congressu, die 11 Martii 1922.*

Ad 1. Negative.

Ad 2. Negative juxta novas Rubricas Missalis Tit. VI, N. 4.

sign. Ph. DI JAVA, *Substitutus.*

ADNOTANDUM. Quæstio erat inutilis, quum *Additiones et Variationes in Rubricis Missalis*, t. VI, n. 4, expressis terminis statuant collectam imperatam *pro defunctis* in missis quæ non sunt *Requiem* omittendam esse non solum omnibus diebus quibus alia imperata communis prohibetur, sed « insuper tempore paschali et in omnibus missis quæ de officio duplici vel semiduplici aut cum alterutrius commemoratione celebrentur » (2).

IV

DECRETUM (3).

DE EVANGELIIS STRICTE PROPRIIS IN FINE MISSÆ LEGENDIS.

Expostulatum est a Sacra Ritium Congregatione : « Quænam sint in Missali Romano, editionis typicæ, « Evangelia stricte propria in fine Missæ legenda, juxta « novas ejusdem Missalis Rubricas Generales (tit. IX, « n. 3) » (4).

---

(1) Responsum non promulgatum in *Act. Apost. Sedis*, exstat in *Revue ecclésiastique de Metz*, 1922, p. 186.

(2) Qua de re vide *Collat. Brugen.*, XX, (1920), 500.

(3) *Acta Apost. Sedis*, XVI, (1922), p. 356.

(4) *Additiones et variationes in Rubricis Missalis*, IX, « De evangelio in fine Missæ », « 3. Denique, si nullum Dominicæ, Feriæ, Vigiliæ, aut

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus accurate perpensis, ita respondendum censuit :

I. Evangelia stricte propria habent sequentes Missæ de Mysteriis, Festis seu Personis quæ insigni dignitate pollent ; nempe :

a) *Domini*, excepta Missa Dedicationis Ecclesiæ, cum Evangelio : *Ingressus Jesus ;*

b) *B. Mariæ Virginis*, excepta Missa Assumptionis ipsius B. M. V., cum Evangelio :
Intravit Jesus in quoddam castellum ;

c) sanctorum Archangelorum et Angelorum Custodum ;

d) sancti Joannes Baptistæ et sancti Joseph, Sponsi B. M. V. ;

e) sanctorum XII Apostolorum.

II. Item Evangelia stricte propria exhibent Missæ Ss. Innocentium Mm., S. Mariæ Magdalena Pœnitentis., S. Marthæ Virg., Commemoratio Omnium SS. Summorum Pontificum atque omnes Missæ votivæ quæ in ipso Missali primo loco exstant ; non vero Missæ votivæ *ad diversa* quæ incipiunt a Missa *pro eligendo Summo Pontifice*, etc.

Atque ita rescripsit, declaravit ac decrevit. Die 29 aprilis 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

« alicujus ex Octavis supra, num. I, recensitis, Evangelium in fine « Missæ fuerit legendum, dicitur ultimum Evangelium Missæ sive « Officii, primo loco inter cetera quæ Evangelium *stricte proprium* (et « non appropriatum, vel ex aliquo Communi assignatum, vel per Octa- « vam e Festo repetitum) habeant, commemorati) ».

Législation civile.

Document de Jurisprudence administrative

Circulaire ministérielle

concernant le tarif général des services fondés.

Bruxelles, le 23 février 1922.

Monsieur le Gouverneur,

L'arrêté royal du 9 janvier 1922 (1), publié au *Moniteur* du 19 janvier suivant, et devenu exécutoire le dixième jour après sa publication, approuve le tarif général d'exonération des services religieux fondés.

Dès lors, tous les honoraires des services de cette nature, à exonérer à partir du 29 janvier 1922, pourront être calculés d'après le taux nouveau qui, toutefois, ne constitue qu'un maximum.

L'application de ce tarif obligera toutes les fabriques d'église à provoquer la réduction soit du nombre, soit de la classe des services fondés.

Cette application ne peut, en effet, avoir pour conséquence d'augmenter les charges des établissements publics. C'est pour ce motif que l'article 29 du décret du 30 décembre 1809 autorise l'Évêque à procéder à des réductions « lorsque le défaut de proportion des libéralités et des charges qui en sont la condition, l'exigera ».

Il appartient à la députation permanente, qui a dans ses attributions l'examen des budgets et des comptes des

(1) Voir *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 75.

fabriques d'église, de vérifier, lors de cet examen, si l'application du nouveau tarif se fait régulièrement.

Elle devra notamment s'assurer si le crédit inscrit à l'article 43 des dépenses du budget, en vue de l'acquit des services religieux fondés, ne dépasse pas le montant des revenus des fondations inscrits aux articles 6 et 7 des recettes ordinaires, et si la dépense indiquée au compte n'est pas supérieure au crédit inscrit à l'article 43 précité.

Je crois utile, Monsieur le Gouverneur, d'indiquer ici certaines règles qui pourront guider la députation permanente dans l'exercice de sa mission.

Lorsque les actes constitutifs et les arrêtés qui autorisent l'acceptation de libéralités grevées de services religieux fixent le montant de la rente à payer aux fabriques d'église par des établissements publics, l'augmentation de la dépense, résultant de l'application du tarif nouveau ne peut entraîner l'augmentation de la rente à payer par ces établissements.

En général, les établissements publics auxquels des liberalités ont été faites à charge de services religieux ne peuvent être tenus de suppléer à l'accroissement de dépenses produites par l'application du nouveau tarif, et dès lors, le nombre ou la classe des services religieux doit être réduit.

Il n'en peut être autrement que si, dans une libéralité faite à une fabrique d'église, le disposant a eu l'intention principale, non de faire une libéralité à la fabrique à charge de services religieux, mais de fonder des services religieux pour l'exécution desquels il a assigné et donné une dotation. Cette intention résulte toujours des termes de l'acte constitutif. Ainsi, lorsque le fondateur dit : « J'institue une messe chantée dans l'église de... et je donne à cette fin 2000 fr. ; » l'intention principale est de fonder une messe et non de donner 2000 fr. à la fabrique d'église. Dans ce cas, celle-ci, aussi longtemps que le revenu le permettra, devra faire célébrer la messe fondée. Il en serait autrement si le fondateur avait dit : « Je donne

2000 fr. à la fabrique d'église de... *à charge* de faire chanter une messe du prix de 10 fr. » Ici, la charge est fixée par le fondateur, et la fabrique a pu ou pourra toujours disposer de l'excédent du revenu ou du capital pour les dépenses du culte. En cas d'augmentation des prix du tarif, la charge incombant à la fabrique d'église ne dépassera jamais 10 fr., et la messe chantée pourra être remplacée par une messe basse.

De même, si elle n'est pas fixée dans l'acte, la charge doit être évaluée d'après le tarif en vigueur au moment de la passation de l'acte, sauf à appliquer le nouveau tarif et à réduire le nombre ou la classe des services.

La même règle est applicable en ce qui concerne les liberalités dont l'acceptation n'avait pas encore été autorisée au moment de la mise en vigueur du nouveau tarif.

Je vous prie, Monsieur le Gouverneur, de bien vouloir faire publier celui-ci au *Mémorial administratif* de votre province en même temps que la présente circulaire.

Le ministre de la Justice,
MASSON.

Observations. — 1° La circulaire ministérielle déclare le nouveau tarif *applicable aux anciennes fondations.* Mais comme cette application ne pourra se faire, en bien des cas, que moyennant la réduction des charges pieuses de la fondation, et comme cette réduction est une matière essentiellement ecclésiastique, cette déclaration ministérielle n'aura d'effet que si les Évêques décident, en vertu des pouvoirs qui leur sont délégués par le Saint-Siège, que les réductions peuvent être accordées conformément au nouveau tarif. Ce droit des Évêques leur appartient exclusivement aux termes mêmes de l'article 29 du décret de 1809.

2° Si l'Évêque use de son droit, « il importe que la Députation permanente reçoive avis des réductions opérées par lui, afin d'en tenir compte dans l'examen

des pièces justificatives, produites à l'appui du compte annuel » (1).

3° Toujours dans l'hypothèse que les réductions sont accordées par l'autorité ecclésiastique, il y aura lieu de modifier le tableau justificatif de l'article 43 : *acquit des anniversaires, messes et services religieux fondés*. Il est évident que le crédit à l'art. 43 des dépenses du budget ne peut pas dépasser le montant des revenus des fondations inscrits aux articles 6 et 7 des recettes ordinaires. En principe la dépense indiquée au compte à l'article 43 des dépenses ne peut dépasser le crédit inscrit au même article du budget. Si elle lui est supérieure à cause de l'application du nouveau tarif, la colonne d'observation du tableau justificatif de l'art. 43 fera mention du décret de réduction octroyé par l'Évêque (2).

4° « *Quel capital* faut-il demander (pour les fondations nouvelles)? A *quel taux* calculer l'intérêt. Il faut, si les fondateurs y consentent, fixer le capital qui, placé à 3 % en rente sur l'État Belge, donne le total exigé par le tarif de 1922 ; cependant l'on ne peut refuser le capital dont les bienfaiteurs calculent le % à un taux supérieur. »

« Actuellement l'on place a 5 % et même a 6 %. Calculant ainsi, la moitié du capital suffirait. Mais ce taux élevé ne durera pas. L'on reviendra au taux de 3 %. Qu'on suive donc ce taux pour éviter les réductions futures » (3).

A. De Meester.

---

(1) Circ. minist., du 15 mai 1885.

(2) Voir circ. du Gouverneur de la Flandre Occidentale du 3 mars 1922, *Mémorial administratif*, p. 464.

(3) *Rev. ecclés. de Liége*, 1921-1922, t. XIII, p. 400.

Consultationes.

I.

Quæritur. — An operarii, post initum cum hero suo contractum locationis — conductionis operarum seu contractum salarii, possint adhuc dici *æquales* ejus, an vero jam debeant vocari *inferiores* aut subditi, herus vero *superior* eorum. Primum quidem videtur affirmandum : tum quia optime jus habent opifices, in conficiendo contractu hujusmodi, exigendi ut pars aliqua in directione negotii sibi reservetur ; tum quia relationes eorum cum hero, vi contractus, manent ordinis pure œconomici, et proinde reguntur a virtute justitiæ potius quam obedientiæ ; quo fit etiam ut nec auctoritas stricte talis nec vera superioritas apud herum agnoscenda sit.

Respondetur. — Quamvis per contractum salarii opifices, relate ad herum suum, non stricte subditi fieri videantur, attamen nec vere æquales ejus proclamari possunt : cum ipsa natura contractus hujusmodi, necnon consequentiæ ejus, ipsos in locum inæqualem collocent respectu patroni, qui aliqua saltem ratione seu quodammodo superior eorum fit. Quam propositam sententiam sequenti nunc explicatione vindicari posse putamus.

Locatio, in genere, est contractus quo locator erga locatarium seu conductorem pro statuto pretio se obligat ad præstandum ipsi sive usum temporaneum rei mobilis vel immobilis, sive operas suas seu laborem, sive certum opus conficiendum. Prima locatio dicitur locatio rerum ; ultima est locatio operis ; secunda vero, de qua hic agitur, vocatur locatio operarum.

Præstat igitur opifex hero suo, vi contractus salarii, usum virium suarum pro determinatio pretio ; seu aliis verbis locat ei vires suas.

Profecto, ante contractum hujusmodi, æquales sunt contrahentes ad invicem ; sed an eadem remanebit post contractum æqualitas ? Negandum censemus ; salvoque meliori judicio, autumamus contractum salarii respectivam contrahentium conditionem in favorem patroni necessario immutare.

1/ Et revera, si inspiciamus primum cuinam per se et vi ipsius contractus competat *directio* laboris et totius negotii, nonne hero hæc gubernatio adjudicanda erit ? « Ex promissis operis, exoritur quædam heri et operarii conspiratio in unum finem. Sed conspiratio plurium in eumdem finem nequit esse efficax, nisi sit caput movens efficaciter, seu imperative Jamvero id caput est hic necessario herus. Etenim et partes ejus sunt principaliores, quippe ordinantis totum negotium. Præterea, ipse vel excogitavit inceptum, vel in inventoris locum successit, et ipsius periculo res regitur ; res autem perit domino. Ergo ipse verissime dicitur dominus rei susceptæ. Ergo et necessario ipsi, in ordine ad istam rem perficiendam, competit auctoritas » (1).

Sane, ante contractum habebant opifices liberam dispositionem et plenum dominium laboris sui ; et ideo etiam, nisi jus suum alienarent, ipsis vere competeret, in fructibus negotii, pars illa quæ correspondet eorum operæ. Sed præcise jus illud, pro pretio moraliter æquivalente, per contractum salarii patrono concedunt : propterea quod ipsi aleam negotii sustinere non possunt, nec magis expectare valent usquedum venditæ merces fructus afferant. Et talis videtur per se ratio contractus hujusmodi, ut nempe dominium sui laboris et fructuum ejus operariis non maneat, sed transeat ad herum.

Possent profecto opifices, de consensu alterius partis, contractum inire societatis, sive totalis sive partialis, cum hero ; et tunc utraque pars, secundum stipulationes contractus, condomina fieret rei susceptæ. Sed quamdiu

---

(1) Cf. Vermeersch, S. J. : *Quæstiones de Justitia*, n. 457.

de contractu agitur locationis operarum, necessario laborant opifices in negotio alieno, idque sub ductu et directione heri ; et proinde. ratione hujus hierarchici ordinis, locum inæqualem et quodammodo inferiorem nanciscantur (1).

Objicitur quidem posse opifices, ad hoc præsertim ut salarium justum sibi caveant, partem in directione negotii sibi exigere : quod ultro concedimus.

Verum, an eo minus, in reliqua parte gubernationis, ab heri nutu mandatoque pendebunt ? An eo minus in alieno laborabunt negotio ? An hierarchicus ordo non manebit ? Imo, in ipsa illa parte directionis quam mandatariis suis demandarint, nonne jam ab istis gubernabuntur quibus rem commiserunt procurandam, respectu illorum nunc humiliores existentes ?

2 Sed ulterius, eadem inæqualitas eruenda apparet ex illis quæ contractum salarii necessario consequuntur (2).

Inde enim primum oritur inter contrahentes vinculum arctioris cujusdam propinquitatis, vi cujus inter illos præceptum caritatis jam magis quam inter extraneos urgere incipiat. « Ordo enim caritatis ad proximum fundatur totus in unione, societate. Quamlibet autem conductionem operarum consequitur unio quædam et societas in aliqua intenta operis executione, superaddita unioni essentiali qua omnes copulantur homines. Accedit etiam ratio mutui beneficii, cum alter alteri serviat, quæ ratio maxime solet conjungere homines » (3).

---

(1) « Imo nec res substantialiter mutatur, si forte negotium pertineat ad sodalicium operariorum. Tunc enim velut duplicem personam gerunt : in ipso conventu, communi suffragio de rebus agendis decernunt ; sed extra istos cœtus nullam habent potestatem ; et, qua operarii, gubernantur ab aliis quibus rem commiserint procurandam, fere ut in democratia populus subditur magistratibus, deputati ministris, etc. » VERMEERSCH, ib., n. 460.

(2) Hic pro scopo nostro quædam tantum attingimus : de reliquis autem obligationibus operarii et patroni cfr *Collat. Brugen.*, t. IX, p. 231 etc.

(3) VERMEERSCH, ib., n. 457.

Verum, illa major proprinquitas non est æqualium inter se, sed inæqualium. Cum enim objectum contractus salarii non sit immediate res ab opifice producta, sed ipse labor producens, cumque labor operarii cum ipsius persona necessario conjungatur, inde inducitur relatio personæ ad personam : quæ, pro natura nostri contractus, erit personæ dirigentis et moventis ad personam rectam et motam. « Omne autem movens habet excellentiam quamdam et virtutem supra id quod movetur. Unde oportet quod in eo qui est in dignitate constitutus, primo consideretur excellentia status cum quadam potestate in subditos, secundo ipsum gubernationis officium. Ratione igitur excellentiæ debetur ei honor, qui est quædam recognitio excellentiæ ejus. Ratione autem officii gubernationis debetur ei cultus qui in quodam obsequio consistit, dum scilicet aliquis obedit eorum imperio, et vicem beneficiis eorum pro suo modo rependit » (1).

Hæc igitur potestas heri, qua fit principium gubernationis relate ad personas opificum in ordine ad certum negotium, vocari debet, ad mentem Angelici, dignitas quædam seu excellentia qua herus in loco eminentiore constituitur, cuique a parte operariorum correspondet debitium *observantiæ :* honoris scilicet et cultus.

Nec dicatur immerito vocari operarios subditos, frustraque appellari in casu ad debitum obedientiæ, quippe quod proprie non existit respectu patroni. Nam certe honor debetur excellentiæ seu dignitati cuivis ; cultus autem, ex doctrina s. Thomæ, non tantum obedientiam continet (ubi dantur subditi), sed etiam complectitur « quæcumque alia quæ pertinent ad decentes actus quibus homo ad alium ordinatur » (2). Et tandem « duplex est debitum : unum quidem legale, ad quod reddendum homo lege compellitur ; et sic debet homo honorem et

(1) S. Thomam, II-II, q. 102, a. 2.
(2) S. Thomas, ib., ad 1um.

cultum his qui sunt in dignitate constituti, prælationem super ipsum habentes. Aliud autem est debitum morale, quod ex quadam honestate debetur ; et hoc modo debemus cultum et honorem his qui sunt in dignitate constituti, etiamsi non simus eis subjecti » (1).

Notandum ceteroquin quod Leo XIII, in Enc. *Graves de Communi*, et in *Epist. ad Episcopos Belgii*, hoc præceptum observantiæ opificibus aperte inculcet : « Justam dominis observantiam atque operam volentes exhibeant. — Neque opifices observantiam et fiduciam ullo modo exuant in patronos ».

Falsa igitur apparet propositio, in consultatione relata, affirmans relationes herum inter et operarios ordinis exclusive œconomici manere : proinde quasi nulla inter contrahentes præter justitiæ officia vigerent. Officium enim observantiæ a parte opificum extra dubium versatur ; huic vero a parte patroni correspondet officium quasi-pietatis, « Pietas enim, quæ virtus proprie regit ordinem inter parentes et filios, latius intellecta præficitur ordini aliquam speciem gerenti ejus qui a natura inter Superiores et inferiores sancitur..... Officia ista, cum quasi-pietatis, tum observantiæ, pertinent ad quartum Decalogi præceptum » (2).

3/ Restat tandem determinandum an obtemperatio opificis in laborando, quæ certe obligatoria est, ab ipso ex virtute obedientiæ vel potius justitiæ præstanda sit. Quæ quæstio huc redire videtur : an stricte subditi sunt operarii respectu patroni ; isque an stricta auctoritate pollet ?

Ultimis quidem annis hæc quæstio pluries agitata fuit, et in diversum sensum soluta : aliis nempe affirmative, aliis contra negative respondentibus (3). Quorum ultimorum sententia sic breviter proponi posse videtur :

---

(1) S. Thomas, ib., ad 2um.

(2) Vermeersch, ib., n. 455.

(3) Cf. Casteleyn, S. J. : *Institutiones Philosophiæ Moralis et Socialis*, p. 378 ; Aengenent : *Leerboek der Sociologie*, n. 139 : « Ongehoor-

Proprie et stricte dicta auctoritas non existit nisi in vera aliqua societate ; ratio autem societatis necessario apud membra supponit communem eumdemque finem. Jamvero, vi contractus salarii, quamvis detur quædam unio, non tamen sufficienter conspirant in communem finem operarii cum hero ut inde exurgat societas veri nominis. Habeant igitur patroni directionem negotii : inde tamen non habent stricte dictam auctoritatem ; pareantque opifices prout parere debent : non ideo stricte subditi sunt. Sed ex virtute justitiæ, propter stipulationes contractus, et non ex virtute obedientiæ mandato patroni stare tenentur.

Quæ conclusio nobis utique verior apparet : sed sat parum ad praxim refert. Nam ex una parte aliquam demum jubendi potestatem possidet herus cui obtemperandum est ; et ex alia parte nunquam, sub regimine contractus salarii, vere æquales erunt opifices hero. « Nunquam ad talem æqualitatem legitime pervenietur, ut, præter quamdam obedientiam, istis qui negotium gerunt operarii nulla jam debeant honoris signa. Neque etiam ex toto sinet natura perire in rei magistro officia quasi-pietatis. Fieri tamen potest ut hæc ad valde pauca recidant ; et quia ambo ista officia se mutuo respiciunt, quod de uno detrahas tantumdem de altero remittas necesse est » (1).

E. Hosten.

---

zaamheid veronderstelt een gezag, en een gezag is alleen aanwezig in een maatschappij. Welnu, door het arbeidscontract ontstaat er geen eigenlijke maatschappij, dewijl ontbreekt het gemeenschappelijke doel, hetwelk een wezenselement is van iedere maatschappij. ... Beiden, patroon en arbeider, willen wel hetzelfde, nl. het produceeren van een stuk werk, maar zij willen het niet als gezamenlijk doel. Het bijzondere doel van den patroon is, zich eigendom te verschaffen, want het geproduceerde gaat geheel en al in zijn bezit over ; het bijzondere doel van den arbeider is, loon te verdienen om in zijn onderhoud te voorzien. Van een eigenlijke maatschappij is dus geen sprake, en dus ook niet van gezag in den strikten zin des woords. De patroon kan niet genoemd worden de overheid van den arbeider. »

(1) Vermeersch, ib., n. 460.

II

Tertius casus reservatus ab Episcopo est onanismus conjugalis... quotiescumque agitur de pœnitente *recidivo* et in anteriori confessione... jam monito.

Quæritur : utrum vox *recidivus* debeat intelligi *sensu materiali*, ut ita dicam, np. de illo qui iterum facit quod semel fecit, an vero *sensu theologico*. Verum, sensu theologico recidivi vocantur hi, qui pluries confessi semper eodem modo relapsi sunt (Lehmkuhl II, n° 490,3. 1902). Stricto igitur seu pleno sensu recidivi ii sunt, qui ita sunt relapsi, ut merito inde dubium de dispositione in præteritis confessionibus colligi debeat (Ibid., n° 493).

Proponuntur casus.

I. Titius et Titia, juniores conjuges, nuper didicerunt nefandum modum onanistice utendi matrimonio, ipsique indulserunt semel vel iterum.

Occasione festi Paschalis, confitentur sincere, et moniti « de gravitate delicti ejusque reservatione » firmiter proposuerunt sese emendaturos esse.

Et de facto, seria conamina præstiterunt, per plures hebdomadas, peccatumque non admiserunt.

Sed tamen postea, tædio conaminum adducti, multaque miseria obruti, de sollicitudine divina diffidentes, rursus onanistice usi sunt matrimonio, semel vel iterum ; et postea, precibus adjuti, omnia bene fecerunt.

Occasione festi Ascensionis Domini ad Sacramenta accedunt.

Quæritur : an sint recidivi, eorumque peccatum sit reservatum ?

II. Non raro accidit ut vir, conjuge jam prægnante, interdum, ne magno tædio sit uxori, ut putat saltem, vel nimis frequenti passione permotus, instituat onanismum conjugalem per retractum.

Hoc facit interdum — non pluries — et tunc tantum

quando conjux est prægnans. Supponamus illum fuisse semel admonitum, et rursus peccatum admisisse.

Quæritur : an sit recidivus, ejusque peccatum sit reservatum ?

Respondetur : Recidivi sunt eorumque peccatum est reservatum in utroque casu.

Explicatur.

Voluntas Legislatoris est ut vox *recidivus*, in tenore tertii casus reservati, supponat pro peccatore qui recidit seu relabitur in peccatum, quod jam est confessus.

Itaque, non sunt recidivi qui, ante primam delicti confessionem, in idem peccatum etiam pluries recidunt.

Ex alia parte, qui post peccati confessionem rursus idem delictum perpetrant, recidivi habentur : etiamsi post longum temporis spatium diuturnamque emendationem id accidat.

Igitur in isto casu reservationis, vox *recidivus* non sumitur eodem sensu quo accipitur a theologis qui in tractatu *de Pœnitentia* de dubie dispositis disserunt. Pro subjecta enim tunc materia, ista vox supponit pro peccatore qui, post confessionem, *sine emendationis conamine*, rursis in eadam peccata incidit. Ceterum vocis acceptio non eadem est apud varios auctores (1).

Sedulo adverte :

1° Non postulatur ut in confessione, in qua primus lapus accusatus est, absolutio data fuerit ; sufficit enim ut confessio in ordine ad absolutionem instituta sit.

2° Quæri potest utrum recidivus sit qui onanismum conjugalem per retractum instituit, deinde peccatum confitetur et postea onanismum conjugalem, non jam per retractum, sed ope instrumenti fæcundationem impedientis committit.

Jamvero affirmative respondendum est, juxta mentem Reverendissimi : recidit enim in peccatum substantialiter idem. Attamen, ut peccatum reservetur oportet ut pœni-

(1) Differt quoque a definitione can. 2208, § 1.

tens, ob monitionem in aliqua anteriori confessione datam, sciat onanismum, quovis modo fiat, grave constituere delictum et esse reservatum.

Nota. Reservatione peccatorum nonnulli casus graviores ad judicium ordinarii avocantur, limitata in hunc finem inferioris absolvendi facultate (1). Hæc autem avocatio, nisi legislator contrariam mentem ostendat, induci censetur in finem non-pœnalem, saltem principaliter, ita ut inter pœnas canonicas non numeretur. Itaque, nisi de fine principaliter pœnali constet, quo casu can. 2229 applicandus venit, non est cur ignorantia ab ista avocatione *excuset*. Notum est, quod spectat nostram diœcesim, finem pœnalem secundarium esse in intentione Reverendissimi (2).

Verum, nihil prohibet quominus legislator statuat scientiam reservationis conditionem esse ad reservationem incurrendam, ita ut, hac circumstantia deficiente, ipse casus, qualis ab Episcopo definitur, non verificetur.

Jamautem, casus onanismi conjugalis (non autem, quod sedulo advertendum est, ceteri casus episcopales), ita ab ipso legislatore describitur ut casus non obtineat nisi delinquens de reservatione edoctus sit.

III

In confessione instituta in ordine ad matrimonium contrahendum, Titius monitus est de malitia gravi et reservatione onanismi conjugalis. Matrimonio inito, committit hoc delictum sed quia in alia diœcesi, in qua onanismus non reservatur, confessionem instituit, de reservatione relapsus hac vice non monetur. Nunc iterum cecidit in idem peccatum et accedit ad confessarium nostræ diœceseos. Quæritur utrum delictum Titii ita relapsi seu recidivi sit reservatum?

---

(1) Cf. can. 893.

(2) Cf. Desmet, *Tractatus de casibus reservatis*, n. 3. Brugis, 1914.

RESPONDETUR : **Negative.**

Explicatur.

Dicitur in decreto V congregationis prosynodalis, 3 junii 1919 (1), reservari peccatum onanismi conjugalis... « quotiescumque agitur de pœnitente recidivo et *in anteriori confessione* de gravitate delicti ejusque reservatione jam *monito* ».

Sane, *confessio* ista anterior, quam sponte præ oculis habuit legislator, ea est in qua pœnitens confessus est peccatum onanismi. Hac enim occasione confessarius brugensis pœnitentem monere debet de gravitate delicti et reservatione relapsus.

Accedit legislatorem noluisse ut factum reservationis ex parte dependeat a voluntate moraliter libera istius confessarii qui, antequam delictum commissum sit, non tenetur hanc monitionem dare. Imo hujusmodi instructio nonnunquam periculosa erit, quia potest esse incitamentum ad liberius peccandum, cum pœnitens in his adjunctis moneatur de reservatione *post solum relapsum* incurrenda.

V. COUCKE.

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, XX, (1920), p. 169.

Notæ Bibliographicæ

Th. Pègues, O. P. *La Somme théologique de saint Thomas en forme de catéchisme pour les fidèles*, Paris, Téqui, 1918. — In-12, XXVII-576 p.

Il est un fait avéré qui ressort des conseils, des ordres même des Souverains Pontifes Léon XIII, Pie X et Benoît XV : l'Église désire ardemment que tous les esprits aillent puiser, selon qu'il est en leur pouvoir, à la source de lumières que constituent les écrits de saint Thomas, et tout particulièrement au plus parfait de tous ceux-ci, à la Somme Théologique. S'inspirant de ces désirs et s'autorisant de ces directions, le R. P. Pègues « a cru qu'il était possible de faire descendre des plus hautes sphères de l'enseignement théologique jusque dans les milieux les moins habitués à son caractère technique et spécial, la moëlle substantielle et savoureuse de cet enseignement ». La somme théologique en forme de catéchisme veut réaliser cette œuvre difficile et personne n'était certes mieux qualifié pour la mener à bonne fin, que l'auteur si avantageusement connu du « Commentaire français littéral de la Somme », dont tout le monde reconnaît les grands mérites.

Afin d'atteindre toutes les intelligences, le R. P. Pègues a choisi la *forme catéchétique*, qui procédant par voie d'interrogation savamment conduite, éveille l'esprit et lui fait trouver ou comprendre successivement les plus hautes vérités de la foi chrétienne.

Le présent volume est divisé en trois parties : la première traite de Dieu, l'Etre Souverain, source et maître de tout être ; la deuxième traite de l'homme, qui vient de Dieu et doit retourner à Dieu ; la troisième considère Jésus, le Dieu fait homme pour ramener l'homme à Dieu.

Cette *division tripartite* correspond à la division de la Somme Théologique, dont les différentes questions, les divers articles, parfois même les sous-divisions (ad 1um) sont toujours soigneusement indiqués entre parenthèses dans le texte ; cette disposition permet au maître, qui désire se servir du présent catéchisme, de recourir, pour toute explication ultérieure, soit au texte latin, soit au commentaire français littéral de la Somme de saint Thomas.

L'exposé, tout le long de l'ouvrage, est simple, mais cette simplicité n'enlève rien à la profondeur de la doctrine ; l'allure, à cause surtout de la forme catéchétique, est vive, mais la hauteur des vérités rationelles ou révélées, qui sont expliquées, n'en souffre aucunément.

Le présent volume est dédié à tous les amis de la vérité. Souhaitons lui la plus large diffusion, pour que tous ceux qui aiment la vérité, y trouvent la grande Vérité, principe et source de tout savoir et de toute science.

Pesch. Chr. (S. J.) *Institutiones propedeuticæ ad sacram theologiam*. Ed. 5. Frib. Brisg., Herder, 1915. — In-8, xxvi-482.

Institutiones istæ propedeuticæ constituunt tomum primum prælectionum dogmaticarum, quas edidit R. P. Chr. Pesch, cujus auctoritatem in scientia theologica nemo non novit.

In hoc primo tomo, cl. A. post breviora prolegomena de theologia ejusque historia, tractat in I parte de Christo legato divino (demonstratio christiana); in II parte de ecclesia Christi (demonstratio catholica); tandem in III parte de locis theologicis, scil. de s. Scriptura et de Traditione.

Uti R. P. rite advertit, quando in demonstratione tum christiana, quum catholica, veritates ad theologiam propedeuticas adstruere atque comprobare cupimus, niti non possumus nisi argumentis historicis; hac de causa præmittendam duxit A. in prima parte sectionem primam, in qua de fontibus historiæ J. C., in specie de authentia et credibilitate evangeliorum agitur, quæ disputatio plerumque ad introductionem in S. S. remittitur.

In sectione secunda tractat A. de testimonio, quod ipse Christus de sua legatione divina reddidit; in tertia sectione adducit argumenta quibus Christus suum testimonium comprobavit.

In tractatu de Ecclesia ex ordine dicitur de institutione Ecclesiæ in sectione prima; de natura ac proprietatibus ipsius in sectione secunda; de notis Ecclesiæ in tertia; de subjecto activo magisterii ecclesiastici, scil. de Romano Pontifice et de episcopis in quarta; tandem in quinta sectione de objecto ejusdem magisterii, quo loco præsertim infallibilitas Ecclesiæ explicatur et vindicatur.

In tractatu de locis theologicis agit A. de Traditione in sectione prima; deinde in sectione secunda de s. Scriptura, nimirum de existentia et notione inspirationis. In hac altera sectione R. P. Pesch breviori tractu resumit propositiones et theses ipsius suæ dissertationis: « De inspiratione S. S. », quam a. 1906 publici juris fecit.

Uti ex brevi analysi modo præmissa facile conjicere licet, A. doctrinam traditionalem defendit, quam clare exponit, simul ac eamdem, methodo positiva, quæ in hisce quæstionibus decet, solide commonstrat. Controversias etiam recentiores non ignorat, et errores modernos, validis considerationibus excludit, sed potissimum tamen auctores, qui in Germania scripserunt, præ oculis habet.

Attamen, in demonstratione christiana, ea quæ ponuntur in propositionibus x, xi, xii et xv (objectiones contra possibilitatem revelationis, non-repugnantia mysteriorum, moralis necessitas revelationis et difficultates contra possibilitatem et cognoscibilitatem miraculorum) rectum ordinem potius abrumpunt.

Animadvertit ipse R. P. Pesch, in prænotandis (p. 32), aliunde jam probata supponi inter alia, possibilitatem revelationis divinæ atque possibilitatem et cognoscibilitatem miraculorum, itaque illa omnia vel in iisdem prænotandis brevi ratione indicanda fuissent, vel in fine

sectionis secundæ et in fine articuli primi sectionis tertiæ per modum scholii tractari potuissent. Hanc methodum alioquin in demonstratione catholica ad propositionem XXXIII recte eligit. Nescimus pariter cur in sectione tertia, inter argumenta quæ verum esse testimonium Christi comprobant, articulo quinto, distincto, agatur de criteriis internis, quæ divinitatem hujus doctrinæ solummodo suadent ; paulo supra, in art. tertio, ad prop. XXI, in qua statuitur vaticinia messianica V. T. in Christo fuisse impleta, melius omissa fuissent, quæ ex computatione probabilitatum (p. 172) in confirmationem ejusdem propositionis adducuntur.

In demonstratione catholica pariter propter multa scholia, minus apparet quomodo variæ quæstiones mutuo connectantur ; imo, in iisdem scholiis quandoque doctrinæ majoris momenti traduntur ; ita v. g. in scholio dogmatico de membris Ecclesiæ (p. 232), quod adjungitur propositioni XXXII, in qua de Ecclesia, ut est societas visibilis. In sectione secunda, uti supra notavimus, agit A. de proprietatibus et in sectione tertia de notis Ecclesiæ. Notam definit : « proprietatem Ecclesiæ quæ soli veræ Ecclesiæ convenit eamque ut Ecclesiam Christi visibilem manifestat » (p. 286) ; sed posset rursus hac ratione clarius indicari quomodo hæc sectio tertia cum præcedenti intime cohæreat.

In parte tertia in sectione prima tractat A. de traditione ; verum, cum ipse argumentum traditionis tanti faciat, et magna cum eruditione illud adhibeat, dolendum est quasdam propositiones vel quædam argumenta, hac via non magis evolvi, ita notatim argumentum tertium ad stabiliendam auctoritatem Patrum per relationem ipsorum ad magisterium infallibile Ecclesiæ (p. 407). Utiliter etiam hac occasione intimiorem nexum inter tractatum de Ecclesia et tractatum de Traditione indicare potuisset.

Per transennam notamus indicationes bibliographicas textum sæpius indebite abrumpere ; manet tamen R. P. Pesch, præcipue per solidam doctrinam in hoc tomo propositam, optime de scientia theologica meruisse.

Pesch. Chr. (S. J.). *De Gratia. De lege divina positiva.* Ed. 4. Frib. Br., Herder, 1916. — In-8, XI-377 p.

Tractatus de gratia cum annexo breviore tractatu de lege divina positiva, efformat tomum quintum prælectionum dogmaticarum R. P. Chr. Pesch, cujus supra institutiones propedeuticas recensemus.

Dividitur tractatus de gratia in triplicem partem : primam de gratia actuali ; secundam de gratia habituali et tertiam de fructu gratiæ sive de merito. Longius agit cl. A. de gratia actuali cujus successive considerat naturam, necessitatem, gratuitatem, efficaciam et distributionem. De gratia habituali disserit quoad naturam et effectus ejus ; deinde de dispositionibus ad justificationem requisitis ; postea de stabilitate et augmento gratiæ sanctificantis. Ita pariter de merito prius statuit quidnam sit ; deinde agit de conditionibus ; denique de objecto meriti supernaturalis. In appendice ad hunc tractatum de gratiis gratis datis pauca subjungit (p. 269-275) ; in altera appendice finali (346-363) historiam disputationum de auxiliis gratiæ fusius exponit.

Omnes norunt quot sint quæstiones controversæ in hac materia de gratia, et etiam quam intime omnes cohæreant ; singulas itaque indicare non vacat. Cl. auctor generatim doctrinam Molinæ, et in specie sententiam hujus circa efficaciam gratiæ ex animo, quinimmo cum animo, defendit. Adversarios vel ignorare quæstionem vel ad statum quæstionis non satis attendere facilius affirmat.

Tractatus de lege divina positiva nitide agit in prima parte de auctore et subjectis veteris legis ; dein de fine, materia, gratia ac cessatione ejusdem, et modo parallelo, licet brevius, in parte secunda, de auctore et subjecto, atque de fine, materia ac forma novæ legis, quæ multiplici ex capite præ lege antiqua excellit.

Ad hunc tomum quintum adhuc advertere oportet notationes bibliographicas, quæ in ipso textu, et non in notis, ponuntur, claritati expositionis et demonstrationis non multum favere. Mirum etiam videtur R. P Pesch, quædam opera nunquam afferre, ita v. g. tractatum de gratia Card. Billot, dum antiquiores et recentiores theologos quam plurimos laudat.

In his duobus tractatibus de gratia et de lege, A. methodo scholastica præsertim utitur, sed fontes revelationis et documenta ecclesiastica non omittit. De doctrina s. Augustini et de mente s. Thomæ, quorum auctoritas in controversiis de gratia præcipue invocatur, hinc inde ex professo in scholiis tractat.

Quædam capita doctrinæ minus placent ; multa argumenta certo certius nimis polemice proponuntur ; attamen cl. A. sententiam suam clare exponit et strenue eamdem defendit. H. Lamiroy.

A. D. Sertillanges. *La vie catholique.* Première série. — Paris, Gabalda 1921, in-8°, 297 p. F. 8,00.

L'auteur a réuni dans ce beau volume une série de vingt-six articles sur les divers aspects de la vie catholique, publiés antérieurement dans la Revue des jeunes. La vie catholique c'est la vie en Jésus-Christ sous le souffle divin de son Esprit, dans la hiérarchie de l'Eglise. Cette conception empruntée à l'Evangile de s. Jean et aux épitres de s. Paul est devenue un lieu commun dans les livres de spiritualité : sous la plume du P. Sertillanges elle cesse de l'être. En l'analysant, en l'appliquant aux détails de nos vies individuelles et à chaque état de vie en particulier, l'auteur puise dans cette conception une règle de vie d'une fécondité étonnante, pour la banalité de nos vies quotidiennes.

Pareil ouvrage ne se résume pas : il faut le lire.

D. Bernard Maréchaux. *Les charismes du Saint-Esprit.* Paris, Téqui, 1921, in-12, XVI-154 p. F. 3,00.

Le S. Esprit est l'âme de chaque âme divinisée, son instinct surnaturel, la disposant par ses dons de sagesse, intelligence, conseil, force, science, piété et crainte de Dieu à l'union divine la plus intime. Il est aussi l'âme de l'Eglise, sa force divine d'expansion par les charismes qu'il lui infuse, à savoir, le don de parler avec sagesse, le don de parler avec science, la foi, cette foi qui opère des miracles,

la grâce des guérisons, l'opération des prodiges, la prophétie, le discernement des esprits, le don des langues, l'interprétation des discours, le pouvoir sur les esprits mauvais. C'est à l'étude de ces effets merveilleux de la Pentecôte que l'auteur a consacré son livre. Les charismes y sont étudiés en eux-mêmes, dans les apôtres, dans les communautés chrétiennes des deux premiers siècles, dans s. Cyprien : l'auteur y oppose la contre-façon diabolique telle qu'elle se rencontre dans le montanisme. Cet ouvrage est une œuvre de vulgarisation de réelle valeur, tout à la fois instructive, attachante et édifiante.

R. P. Matheo Crawley, SS. CC. *Notes et souvenirs de retraite.* Fribourg, Imprimerie de l'œuvre de Saint-Paul, 1919, in-12, 64 p.

Qu'on ne cherche pas ici textuellement les sermons du grand apôtre de l'intronisation du S. Cœur dans les foyers chrétiens, mais ses idées, ses sentiments y sont rendus fidèlement, souvent dans ses images favorites, frappantes, chaudes, évangéliques. Tous les prêtres, tous les zélateurs et zélatrices de l'intronisation devraient s'inspirer de ces belles pages et y revenir aussitôt chaque fois que leur zèle se ralentit.

E. P. Matheo Crawley, SS. CC. *Aanteekeningen en herinneringen der geestelijke afzondering.* Nationaal secretariaat der intronisatie. Paters der HH. Harten, 9, Sint Antoniusberg, Leuven [1920], in-12, 80 bl. F. 1,00.

Schoone vertaling van 't fransch boekje boven aanbevolen.

Cardinal D. J. Mercier. *Où en sommes-nous ?* Devoirs et responsabilités de l'heure présente. Préface du Général de Castelnau. Bruges, Desclée-De Brouwer, 1921, in-8°, 46 p.

Pages magnifiques, étincelantes de foi, vibrantes de confiance, brûlantes de charité où l'éminent écrivain en praticien consommé établit notre diagnostic national d'après-guerre, et nous trace le régime sauveur. Citons ces lignes qui résument fidèlement l'ensemble, p. 40 : « Si nous voulons nous mettre résolument à l'œuvre, vivre avec parsimonie, travailler avec vigueur, pratiquer entre patrons et ouvriers l'entr'aide fraternelle, nous relèverons économiquement notre pays ; si nous voulons prendre à cœur le développement de l'instruction, l'art, la formation supérieure d'une élite ; si nous voulons, surtout, promouvoir l'éducation morale et puiser la moralité à sa véritable source, à la charité de N. S. J. C., le peuple et l'Eglise de Belgique peuvent escompter un magnifique avenir ».

Mgr. J. Tissier. *Tentations et tâches de femmes.* Paris, Téqui, 1921, 134 p. F. 3,00.

Trois conférences aux femmes du monde sur la curiosité intellectuelle, la mollesse morale et la médiocrité esthétique, destinées à

dénoncer et à redresser le mal actuel de l'intelligence, de la volonté et de la sensibilité chez la femme. Pages pleines de lumière, de vigueur et de charme prêchant le culte du vrai, du bon et du beau, que le nom seul de l'auteur suffirait déjà à recommander. Puissent-elles passer entre les mains et entrer dans la vie de nos jeunes filles quand elles quittent nos pensionnats pour faire leur entrée dans le monde ! Il en périrait moins dans la banalité, la vulgarité ou la frivolité.

J. Millot. *Plans de sermons pour les fêtes de l'année.* Tome I : de l'Avent à la s. Pierre. Paris, Téqui, 1921, in-12, VI-382, p. F. 7,50.

M. le chanoine Millot, vicaire général de Versailles a fait œuvre de miséricorde spirituelle en mettant au service de ses confrères dans le sacerdoce le fruit de ses études et de sa pratique de la chaire, dans une série déja longue de retraites, sermons, discours. Ce nouveau recueil se recommande par l'abondance des pensées, par la clarté de leur disposition et par la sobriété de phrases. L'usage de ces plans de sermons laisse encore une large place à l'initiative personnelle de chaque prédicateur, notamment quant au choix des idées et quant à leurs développements.

R. P. Quadrupani. *Direction pour rassurer dans leurs doutes les âmes timorées.* Traduction nouvelle par le P. V. H., S. J., 8e éd., Paris, Téqui, 1922, in-18, XVII-158 p. F. 1,50.

R. P. Quadrupani. *Direction pratique et morale pour vivre chrétiennement.* Traduction nouvelle par le P. V. H., S. J., 8e éd., Paris, Téqui, 1922, in-12, XIII-179 p. F. 1,50.

Deux petits recueils de pieuses pensées et de sages conseils concernant la pratique de la vie « dévote » tout pleins de la douceur, du bon sens et de la paix de S. François de Sales. Directeurs et dirigés les liront avec grand profit. Le premier s'adresse en particulier aux âmes timorées, sans être cependant un vade-mecum pour âmes scrupuleuses. Le second est de portée plus générale et quoiqu'il répète souvent le premier il ne fait néanmoins pas double emploi avec lui (1).

J. N. Grou, S. J. *Retraite spirituelle sur la connaissance et l'amour de Jésus-Christ.* (Collection des retraites spirituelles). — Paris, Lethielleux, 1920, in-16, 248 p.

Jésus-Christ c'est le Fils de Dieu prenant notre chair et venant « poser » devant toute notre race en modèle divin que quiconque veut

(1) Nous nous étonnons que le traducteur se soit contenté, pour cette nouvelle édition, des autorisations de 1850 et 1828. Il aurait été aisé d'obtenir un nouvel imprimatur et c'eût été plus conforme aux prescriptions canoniques.

vivre la vie éternelle doit contempler et copier. L'imitation de J. C. sera donc pour le prédicateur de retraite le thème par excellence. Ce thème le P. Grou l'a traité avec ses qualités habituelles, c. a. d. en un style clair et limpide, avec un amour profond pour son divin modèle, et un sens remarquable de la vie intérieure. C'est pourquoi nous devons savoir gré au R. P. Watrigant d'avoir publié cette retraite jusqu'ici inédite. Au surplus nous devons le féliciter de ne pas s'être entiché de son frère en religion au point d'ignorer ou de voiler les défauts de son œuvre. Ces défauts, il les signale d'abord en général dans sa préface, puis il les corrige en particulier dans des notes critiques réunies à la fin du volume. Pour le profit des lecteurs visés, il eût même été préférable, ce nous semble, de noter ces corrections aux endroits incriminés, ou mieux encore de corriger le texte lui-même, sauf à signaler les retouches en note.

Kan. J. Mahieu, S. T. D. *Over geestelijk leven*, 2e uitgave. [Reeks : Het geestelijk leven, nr 1], Gent, Vlaamsche Boekenhalle, huis Artes, 1921, in-12, 172 bl., F. 3,00.

Vele lezers zullen zich verheugen om de langgewenschte heruitgave van dit kostelijk werkje waarvan we vroeger hier den lof neerschreven (1).

Abbé Henri Morice. *Retraite d'enfants*. 2e éd. — Paris, Téqui, 1921, in-12, XXXI-324 p., F. 5,00.

Chanoine Jean Vaudon. *Retraites de communion solennelle*. I. L'Agneau de Dieu, 3e éd. Paris, Téqui, 1921, in 12°, XXI-240 p. F. 3,50.

Deux recueils de sermons pour enfants de 12 à 14 ans, en forme de retraite préparatoire à la communion solennelle. Le but à atteindre n'est plus comme autrefois de disposer l'âme à sa première rencontre avec l'Hôte divin, mais de préparer l'enfant à prêter serment de fidelité au Christ à l'entrée de l'adolescence, et de l'engager par cet acte public et solennel dans la voie de la vie chrétienne consciente et convaincue. Les deux auteurs ont le mérite de se tenir à la portée de leur jeune auditoire. Le second se rapproche davantage du but, il est plus dans le ton que le premier, qui reste trop dans les thèmes d'intérêt général. Inculquer plus profondément le sentiment de la dignité chrétienne comme principe de vie, et emprunter les exemples à l'Evangile : voilà, ce nous semble, deux facteurs importants de progrès dans ce genre d'éloquence sacrée.

---

(1) Zie *Collat. Brugen.*, t. XXI, bl. 75.

P. V. Jeauroy. *Petit mois du Sacré-Cœur.* Pensées et prières tirées des écrits de Se Marguerite-Marie. Bruxelles, Action catholique, 79, Chaussée de Haecht, 1922. In-12, 88 p. Fr. 2.

Nous annonçons volontiers ce petit recueil de pensées et prières de Se Marguerite-Marie, partagées sur 30 jours pour aider à célébrer le mois de juin. Inutile de recommander pareil recueil : sa seule source est sa meilleure réclame. A. Legrand.

J. Lacau S. C. I. *De tempore. Dissertatio philosophico-scientifico-juridica.* Augustæ-Taurinorum, 1921, in-8°, 50 p. Fr. 3,05, soluto pretio vecturæ postalis.

Opportune aggressus Auctor commentarium tit. 3 Lib. I codicis juris canonici, rem incœptam feliciter perfecit. Perspicue in hoc oppello notiones exponit *de tempore*, tum sub respectu philosophico, tum sub respectu scientifico, tum sub respectu canonico, miscens etiam utile dulci. Canones *de supputatione temporis* brevi at sufficienti explicatione interpretatur. Cum Maroto, suo magistro, negat extendi posse privilegium optionem concedens inter variam computationem temporis, pro determinatis a jure officiis explendis, ad casum quo eodem materiali actu diversa formaliter præcepta attingerentur, ut si quis legem abstinentiæ secundum tempus medium observaret et secundum tempus legale ad jejunium eucharisticum attenderet. Vermeersch-Creusen, *Epitome jur. can.*, n. 94 nobis videntur merito benigniori favere sententiæ.

Kan. Van der Meersch. *Over onafhankelijke zedeleer.* Brugge, Beyaert, 1921, in-8°, 24 bl. Fr. 1 ; per 50 ex., 0,90 fr. ; per 100 ex., 0,85 fr.

Met ware geestesvoldoening neemt de lezer kennis van deze klare en stevige studie over onafhankelijke zedeleer.

Hierin worden geen personen aangevallen, geen feiten aangehaald, maar de rechte leer voorgehouden omtrent een zedeleer waar alle Godsgedachte uitgesloten is, omtrent hare onvolkomenheid, hare onmacht om den mensch tot de volmaaktheid op te leiden, hare schadelijkheid voor verstand, gemoed en wil. Nergens, in geen een ander werk van soortgelijken aard, is zoo een helderheid van begrippen, zoo een vastheid van grondbeginselen, zoo een stevigheid van bewijsvoeringen te vinden. Ook verdient de studie van den zeer geleerden schrijver de ruimste verspreiding onder al degenen die zich met godsdienstig en zedelijk onderricht bezig houden.

In een aanhangsel wordt de vraag der *staatsburgerlijke opvoeding* grondig behandeld.

Voegen wij nog hierbij, dat in de voetnotas de beste boeken aangehaald worden tot verdere studie van het belangrijk vraagstuk der leeke of onafhankelijke zedeleer. A. De Meester.

Collationes Brugenses

Motu Proprio

DE PIO OPERE A PROPAGATIONE FIDEI AMPLIFICANDO (1)

PIUS PP. XI

Romanorum Pontificum in hoc maxime versari curas planum est oportere, ut sempiternam animarum salutem, Jesu Christi regno per orbem terrarum dilatando, quærant, quandoquidem divinus Ecclesiæ Conditor apostolis suis sic mandavit : *Euntes docete omnes gentes ;* (2) *Prædicate Evangelium omni creaturæ* (3). Id Petrus, id successores ejus nunquam prætermiserunt : eamque ipsam ob causam, quo tempore experientium virorum industria et labor, maria pervestigando, ignotas regiones invenerat, atque ad novos populos aditum hominibus apostolicis patefecerat, decessor Noster illustris Gregorius XV, sapienter existimans, ut ejus Acta loquuntur, « præcipuum pastoralis officii caput esse propagationem Fidei Christianæ », sacram Congregationem Propagandæ Fidei instituit, quo quidem immensum plane opus apostolatus apud infideles melius promoveretur. Hujus enim Congregationis est cum missionarios in omnes partes dimittere eosque pro locorum rationibus disponere, tum personis institutisque et consilio et re præsto esse, omnia denique præstare, quæcumque, ad subveniendum Missionum necessitatibus, studium apostolatus ac multiplex Christi caritas suaserit. Quod vero proprie attinet ad rerum externarum subsidia, quæ ad Missionum catholicarum bonum quamquam potissima non sunt, magnum tamen momentum habent, ea olim decessores Nostri largiter ipsi præbuerunt. Accedebat, ut principes christiani, opinione

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIV, (1922), p. 321.
(2) MATTH., XXVIII, 19.
(3) MARC., XVI, 15.

quoque adducti scilicet non exiguarum omnis generis utilitatum, quas suis regnis nationibusque obventuras sperabant, magnis easdem Missiones liberalitatibus adjuvarent. Nunc autem alia prorsus condicione ac fortuna hæc Apostolica Sedes utitur, ut constat ; neque ei jam ad Ecclesiæ sanctæ fines proferendos multum licet rerum publicarum largitate confidere.

Ceteroqui numquam fortasse alias tantus exstitit in populo christiano animorum motus ad provehendas Missiones, quantus nuper excitatus est, ex quo decessor Noster desideratissimus, Benedictus XV, Litteras Encyclicas *Maximum illud* ad orbem catholicum ea de causa dedit. Nimirum optimo diligentissimoque Pontifici tam acerba laborum ac dolorum perpesso, dum diuturnum bellum mansit, ac deinde pace Europæ suadenda propemodum defatigato, Dei benignitate hoc est oblatum solacii, ut in Africa, in Asia, in America certis argumentis prospiceret Evangelicæ prædicationis successus multo feliciores, quam antea, mox futuros.

Nos vero quos eadem tenet atque alit exspectatio, Nostrum intelligimus esse rei nulla deesse ope, ob eamque causam curare perdiligenter, ut et quæ ille sapientissime præscripsit, religiose serventur, et quibus Missionarii nostri subsidiis indigent ad melius elaborandum, ea illis abunde suppetant. Subsidia quidem, quæ externis in bonis consistunt, solent religiosorum familiæ, pro suis quæque Missionibus, ex populo christano conquirere : populus autem, vel fidei amore caritatisque studio, motus vel alio etiam honestissimo sensu, dat non invitus, atque in nonnullis nationibus affluenter. Verum neque hæc stipes corrogandi ratio accommodata est singularum Missionum necessitatibus, neque per eam licet æquabiliter atque ordine universas administrare Missiones majore cum earum emolumento ac stabilitate.

Quæcumque igitur inventa sunt genera particularibus Missionibus opitulandi, Nos, æque ac decessores Nostri, comprobantes, habemus in animo catholicarum Missionum uiversitati, certa ratione et via, ex catholici orbis collatione, consulere, ita quidem ut et corrogatæ apud omnes nationes ab omnibus, quotquot sunt, Ecclesiæ filiis vel minutæ stipes in unum acervum, universe Missionibus tuendis destinatum, colligantur, et hæc pecunia omnis, potestati quidem arbitrioque commissa Nostro dumtaxat et Sacræ Congregationis Christiano nomini

propagando, per delectos a Nobismetipsis viros, in omnes distribuatur Missiones, pro uniuscujusque necessitate.

Iam vero cogitantibus Nobis quo pacto id propositum efficiamus, feliciter occurrit præclarum illud Lugdunense Opus *a Propagatione Fidei* nuncupatum, quod abhinc ipsis centum annis homines aliquot pietatis caritatisque laude spectatissimi condiderunt. Nemo est qui singularia promerita instituti huius ignoret; quod quidem inter Galliæ catholicæ recentiora ornamenta et decora numerari debet; hoc enim societatis vinculo colligati, mirabile est quam multi ex omni ora ac parte terrarum Missiones catholicas adhuc suo et stipis auxilio et piæ precationis suffragio iuvare consueverint. Quapropter magnis pontificalis indulgentiæ muneribus ac privilegiis Opus, de quo loquimur. cumularunt decessores Nostri, præcipueque Gregorius XVI Apostolicis Litteris *Probe nostis* die XV augusti MDCCCXL, et Leo XIII Epistola Encyclica *Sancta Dei civitas* die III decembris MDCCCLXXX, omnibus Episcopis universoque fidelium gregi honorificentissimis verbis commendarunt. Nobis autem hoc loco dilaudare libet utriusque Concilii, Lugdunensis et Parisiensis, a quibus gubernatur, prudentiam maxime et æquitatem in adiuvandis non iis tantum Missionnibus, quas nobilissima Gallorum gens, pro tradito a maioribus Fidei sanctæ custodiendæ ac promovendæ studio, usquequaque constitutas habeat, verum etiam, quas ceteræ gentes, Jesu Christi spiritu in certamen honestissimum instinctæ, condiderunt.

Ob eam igitur, quam memoravimus, causam, potius quam aliquid novi inveniamus, faciendum videtur, ut ipsum Opus *Propagationis Fidei*, sede eius in hanc almam Urbem, totius Ecclesiæ caput, translata, aptius a Nobis reddatur ad mutata tempora, Nostraque ornatum auctoritate, Ponctificale fiat instrumentum stipibus fidelium ad usum Missionum universarum colligendis. Idque Nos effecturi sumus eo libentius quia qui tum Lugduni tum Lutetiæ Parisiorum huic Operi præsunt, datis ad Nos pientissimis litteris professi sunt se, ut filios Ecclesiæ observantissimos, magna amplexuros voluntate, quidquid posthac de re sibi suisque civibus carissima hæc Sedes Apostolica decreverit. In quo quidem lectissimi viri se et catholica professione et Gallico nomine dignos præbuerunt, cum aperti ostenderint tanti apud se esse dare operam regno Iesu Christi in terris amplificando, ut

ceteras res, vel quas recte meritoque diligunt, posthabere non dubitent. Nos vero huiusmodi animi habitum eumque non modo eorum proprium sed communem catholicorum hominum ex Gallia, sic probamus ut *in faciem Ecclesiarum* vehementer commendemus.

Itaque de Apostolicæ potestatis plenitudine, Motu proprio et certa scientia, hæc statuimus et sancimus :

I. Pium Opus *a Propagatione Fidei*, in novam formam redactum, iam nunc Romæ esto apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide, ut ipsius Apostolicæ Sedis sit instrumentum ad fidelium stipes undique cogendas easque erogandas in usum omnium Missionum catholicarum.

II. Operi universo Consilium præsidebit, a Nobis per eandem Sacram Congregationem electum ex Clero earum nationum, quæ sollemne habeant certam pecuniæ vim in Opus conferre.

III. Natio Gallica, utpote quæ ipsum Opus, de quo agitur, pepererit, atque in traducendis ad fidem barbaris utilissime semper laboraverit, Generalis Consilii præcipuo quodam iure particeps esto.

IV. Pium Opus itemque Generale Operis Consilium quem ad modum dirigi oporteat, gemina lege, his adiuncta Litteris, statutum est.

V. Consilia uniuscuiusque Nationis centralia, quæ dicuntur, ad has Nostras leges, de sententia Generalis Consilii, sua ipsorum statuta exigant. Quod sicubi huiusmodi Consilia desiderentur, ea quam primum Episcopi instituenda curabunt. Ubi autem res iam simili instituto adsit, quamquam alio nomine, eorumdem erit efficere ut, omni sublato discrimine, ad hoc Opus redigatur, vehementer enim in hoc genere ad fructum interest, ubique, quantum locorum varietas patitur, teneri æquabilitatem.

Nos equidem, patrocinio freti Mariæ Virginis Immaculatæ, atque Apostolorum Principum Petri et Pauli, illius quoque magni Fidei Catholicæ propagatoris, Francisci Xaverii, huius sodalitatis patroni cælestis, ex divina benignitate iam fore confidimus, ut quod decessori Nostro optatissimum fuit (1) hoc ipsum Opus *a Propagatione Fidei*, itemque alia duo *a Sancta Infantia* et *a Sancto Petro Apostolo* ad Cleri indigenæ institutionem, quæ Opera hæc

(1) Benedictus XV, in litt. encycl. *Maximum illud*.

Apostolica Sedes agnoscit sua, lætabile jam capiant incrementum. Pro certo autem habemus Episcopos ceterosque sacrorum Antistites in hac causa omnem operam studiumque, apud suam quemque Ecclesiam, Nobis navaturos, adhibita in primis *Consociatione Cleri Missionaria*, quæ dicitur: quam Consociationem, mirifice sane opportunam, Nobisque non minus ac decessori Nostro probatam, si quidem apud se desit, condere maturabunt.

Quæcumque vero his Litteris statuta a Nobis sunt, ea omnia firma et rata esse jubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die III mensis maii, in festo inventionis S. Crucis, MCMXXII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XI

PII OPERIS A PROPAGATIONE FIDEI STATUTA GENERALIA

I. Pium Opus a Fidei Propagatione, quod inter alia in commodum Missionum instituta primum locum obtinet, unum ac vere catholicum est: consociatio scilicet omnium ex omni gente fidelium non solum ad orbis terræ evangelizationem conjuctis ad Deum precibus adjuvandam, sed etiam ad labores missionariorum stipe collata sustinendos, atque ad pecuniam a fidelibus oblatam Missionibus distribuendam.

II. Idem Pium Opus Lugduni in Gallia anno Domini 1822 constitutum est: deinceps sæpius a Romanis Pontificibus privilegiis ac donis spiritualibus cumulatum, denique a Summo Pontifice Pio divina Providentia Pp. XI Motu-proprio die 3 maii 1922 edito ad dignitatem instrumenti Apostolicæ Sedis evectum.

III. Quare Pium Opus proxime nititur auctoritate Sanctæ Sedis unde suam vim roburque mutuatur; domicilium autem præcipuum Romæ habet in ædibus Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, a qua, licet sejunctum, tamen pendet.

IV. Sodales Operis adscribuntur christifideles ubique terrarum degentes, qui duodecim saltem sint annorum atque in singulas hebdomadas vel vicesimam libellæ partem (vulgo unum solidum), vel libellæ quartam in singulos menses, vel libellas duas et sexaginta centesimas partes quotannis conferant: iidem præterea quotidie semel *Pater* et *Ave* recitare debent, addita invocatione: *Sancte*

Francisce Xaveri, ora pro nobis. Ii vero qui semel ducentas libellas solvunt, sodales in perpetuum adscribuntur.

V. Pii Operis sodales in decurias vel centurias vel chiliarchias vel aliter pro locorum rerumque adiunctis distribuuntur.

VI. Pium Opus non tantum pecuniam a sodalibus oblatam, sed etiam ab aliis quibuslibet sponte allatam : stipendia quoque pro Missis celebrandis : atque etiam bona immobilia, resque pretiosas cuiusvis generis in commodum Missionum libentissime recipiet.

VII. Pii Operis administratio suprema est penes Consilium Superius Generale Romæ consistens apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide. Eidem præest Secretarius pro tempore Sacræ Congregationis de Propaganda Fide qui ad id munus a Summo Pontifice expresse nominatur. Consilium vero iuxta statutas leges agit ac regitur.

VIII. In singulis nationibus, in quibus Pium Opus viget, constituentur Nationalia Consilia quæ Consilio Superiori Generali consistenti in Urbe subiecta erunt. Eorum Præsides a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, conderatis Episcoporum votis, eligentur.

IX. Consilium Superius Generale curabit :

1) ut apud omnes nationes, Episcopis adiuvantibus, Pium Opus rite instituatur, atque incrementum capiat, præsertim Consiliis Nationalibus institutis ;

2) ut una eademque ratio servetur in subsidiis inter Missiones distribuendis ;

3) ut congruenter naturæ Pii Operis nova incepta pro regionibus diversa in unum componantur ;

4) ut examini subiiciantur atque rata habeantur statuta, item rationum libri qui a Consiliis singularum nationum sibi oblati erunt ;

5) ut pecunia a fidelibus oblata Missionibus æquabiliter distribuatur iuxta regulas a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad id statutas.

X. Pecunia collecta quotannis mense martio a Consilio Superiore Generali Missionibus distribuitur. Eidem Consilio Superiori Generali licet ad arbitrium Præsidis alias largitiones extra id tempus erogare.

XI. Omnes Missiones, nulla excepta, hac pecunia iuvantur, quæ quidem, necessitatum ratione habita, omnibus æquabiliter distribuitur. De acceptis atque distributis stipibus quotannis in commentario Pii Operiis referatur.

XII. Missionum necessitates Consilio Superiori Generali patefiunt cum ex certa notitia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, tum ex responsionibus ad peculiare quæstionarium a Missionariis datis.

XIII. Consilia vero in singulis constituta nationibus curam habent :

1) ut Pium Opus in omnibus regionis diœcesibus rite condatur conditumque promoveatur ;

2) ut Pii Operis natura atque proposita opportune evulgentur, præsertim libris vel foliis editis, singulorum populorum indoli congruentibus, inter quæ Annales de Propagatione Fidei vernacula lingua confecti præcipui habendi sunt ;

3) ut pecunia collecta in singulis diœcesibus recte administretur atque ad Consilium Superius Generale tuto mittatur.

XIV. In singulis autem diœcesibus Pii Operis Moderatores ab Episcopis eliguntur ob eam causam ut apud omnes parœcias, parochis instantibus, eiusdem Pii Operis incrementum curent, pecuniam a fidelibus oblatam colligant, eamque ad Consilium Nationale mittant.

XV. Pio Operi in singulis nationibus promovendo valde confert Consociatio Cleri Missionaria, quæ eo spectat ut animos sacerdotum ad Pium Opus atque ad cetera huiusmodi opera promovenda excitet.

XVI. Congruenter fini ad quem Pium Opus est institutum, tum Consilium Superius Generale, tum Consilia Nationalia, tum etiam Moderatores diœcesani sedulo curabunt ut in adscriptorum animis per conciones supplicationesque sollemnes fides viva, pietas sincera, zelus animarum vigeant, unde Pio Operi divina munera ad uberes eius fructus concilientur.

STATUTA PRO CONSILIO SUPERIORE GENERALI PII OPERIS A PROPAGATIONE FIDEI.

I. Consilium Superius Generale Pii Operis a Propagatione Fidei Romæ sedem habet apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide cui proxime subiicitur.

II. Idem constat Præside, Vicepræside, Secretario Generali aliisque membris tum ecclesiasticis tum laicis. Ii sunt :

1) Præsides Consiliorum quæ in singulis nationibus constituta sunt ;

2) nonnulli viri ecclesiastici Romæ commorantes qui nationum ad Pium Opus plurimum conferentium singularum singuli personam gerent ;

3) aliquot alii vel sacerdotes vel laici qui ob peculiarem rerum peritiam Pio Operi valde profuturi videantur.

III. Præses Consilii Superioris Generalis est Secretarius pro tempore Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, qui tamen ad hoc munus Præsidis Pontificia auctoritate nominatur.

IV. Gallorum genti, apud quos Pium Opus ortum habuit quorumque præclara merita in operibus missionalibus promovendis eminent, honos tribuitur duas sedes tenendi in Consilio Superiore Generali.

V. Ob easdem causas unus ex Gallicis Consilii membris fungetur munere Vicepræsidis Consilii Superioris Generalis.

VI. Sacra Congregatio de Propaganda Fide, Præside excepto, Consilii membra, non neglectis Episcoporum optatis, ad quinquennium instituit.

VII. Si quem ex Consiliariis inter Purpuratos Patres cooptari aut episcopali dignitate honestari contingat, is hoc ipso a Consiliarii munere cessat.

VIII. Consilii Superioris Generalis duo præcipue sunt : Pium Opus administrare atque pecuniam a fidelibus oblatam Missionibus rite distribuere

IX Ad prius quod attinet, Consilio Superiori Generali cum Consiliis singularum nationum concordissima ratio intercedit :

1) ut apud omnes nationes, Episcopis opem conferentibus, Pium Opus instituatur atque incrementum capiat :

2) ut una administrandi ratio servetur in Missionibus subsidiis adiuvandis ;

3) ut congruenter naturæ Pii Operis nova incepta pro regionibus diversa in unum componantur.

4) Præterea Consilii Superioris Generalis est examini subiicere atque rata habere Consiliorum singularum nationum statuta : itidem rationum libros una cum pecunia quotannis sibi oblatos approbare.

X. Ad subsidia Missionibus rite distribuenda Consilio Superiori Generali curæ est :

1) pecuniam in unum collectam in fundis tutis ac frugiferis collocare ;

2) eandem pecuniam resve alias forte oblatas Missionibus æquabiliter distribuere secundum regulas a Sacra

Congregatione de Propaganda Fide ad id statutas, in eum finem dumtaxat ut Christi regnum ubique gentium dilatetur.

XI. Præses Pium Opus regit de pleno consensu E^mi Cardinalis Præfecti Sacræ Congregationis de Propaganda Fide ; præest sessionibus Consilii Superioris Generalis ejusque deliberationes et decisiones gubernat.

XII. Vicepræses, Præside absente, eiusdem partes implet ; præterea Præsidi in communicationem laboris suas vires confert quasi proximus ac studiosissimus administer.

XIII. Consilium Superius Generale quod maiori parti placuerit, decernit. Decreta vero quæ de rebus maioribus fieri contingat, subiiciuntur Sacræ Congregationi de Propaganda Fide ut eidem probentur.

XIV. Secretarius Generalis nominatur a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, proponente Consilio Superiore Generali. Ei maxime incumbit Pii Operis procuratio ; idem in cœtibus Consilii Superioris Generalis suffragium consultivum habet ; munere fungitur ad nutum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide ; honorarium accipit.

XV. Secretarius officialibus inferioribus proxime præest ; præparat negotia in cœtibus Consilii Superioris Generalis agenda ; Consilii Superioris Generalis mandata exsequitur ; litteras mittit accipitque, aliaque hujusmodi munera explet.

XVI. Secretario autem subsunt Vicesecretarius, Arcarius aliique officiales stipendio conducti, quos Consilium Superius Generale, prout res postulat, nominat.

XVII. Vicesecretarius Secretario in omnibus adsistit, ejusque absentis vices gerit, itemque sessionibus Consilii Superioris Generalis, ubi opus sit, interest. Is a Consilio Superiore Generali n minatur, proponent Secretario.

XVIII. Thesauri Custos arcam Pii Operis dilligentissime custodit : præterea quotannis accepti et expensi rationem, a duobus Censoribus ad id a Consilio Superiore Generali deputatis excussam atque probatam, Consilio subiicit.

XIX. Arcarius pecuniam ab adscriptis datam vel ab aliis oblatam recipit ; sub nutu autem thesauri Custodis diligenter administrat.

XX. Consilium Superius Generale semel in mense fere

convenit ; extra ordinem vero, prout res postulet. Penes Præsidem jus est et officium idem convocandi.

XXI. Conveniunt omnia Consilii membra Romæ commorantia ; eaque suffragii deliberativi jus habent.

XXII. Pecunia a christifidelibus oblata, quotannis mense martio distribuitur a Consilio superiore Generali.

XXIII. Omnes vero Consiliarii extra Romam degentes, mature advocantur ad cœtum a Consilio Superiore Generali mense martio habendum.

XXIV. Tribus vel quatuor ex Consilii membris committitur ut, antequam Consilium Superius Generale ad pecuniam distribuendam conveniat, distribuendi rationem præparent eamque Consilio proponant.

Acta Congregationis Prosynodalis

habitæ die 30 Maii 1922, in Palatio Episcopali Brugis

Recitato hymno *Veni Creator*, Ill^{mus} ac Rev^{mus} D^{nus} venerabilem cœtum sequentibus verbis allocutus est :

Venerandi admodum ac dilectissimi Domini,

De salutari oratione dicturi, Nobis proponimus non quidem omnem de natura, necessitate, efficacia orationis doctrinam, cæteroquin vobis apprime notam, explicare ; sed quosdam hujus doctrinæ articulos ad memoriam vestram revocare, additis hortamentis ac monitis nonnullis, quæ vobis et omni Clero dilecto gratissima et acceptissima fore confidimus, utpote tum nobismetipsis sacerdotibus ad sancte orandum, tum ad promovendum spiritum orationis apud populum nobis commissum, utilissima.

Equidem si omni tempore, profecto magis hac luctuosa tempestate omnes urget orandi necessitas, præprimis vero nos sacerdotes, dicente Propheta (1) : Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri et dicent : Parce, Domine, parce populo tuo. »

Re quiden vera, si oratio sensu strictiore sumitur quatenus est precatio seu pia decentium petitio a Deo, nemo non sentit quam necesse sit nunc divinum auxilium enixe implorare ; cum, hinc quidem, tanta sit tamque multiplex hodierna egestas, tum spiritualis maxime, tum etiam corporalis quæ cæterum facile redundat in moralem, siquidem animos absorbet solicitudine rerum temporalium eosque abstrahit a supernis bonis cogitandis ac prosequendis ; inde vero, nonnisi a Deo remedium malis nostris efficax exspectare liceat. Videmus enim in dies clarius principum hujus sæculi conamina ut ordo atque pax renascantur, quam vana fuerunt ; et porro

(1) Ioël, II, 17.

usque inutilia manebunt molimina hominum qui pacem sine Deo et Christo, sine Ecclesia et Pontifice se adducere posse præsumunt.

Si latiore sensu intelligatur oratio prout præter petitionem complectitur laudem Dei et gratiarum actionem, si et sensu latissimo pro omni ascensu mentis ad Deum, seu motu intellectus et voluntatis in Deum, quo sensu dicitur oratio mentalis tum discursiva seu meditatio, tum contemplativa : rursum, etsi in eam non æque cadit necessitas medii et præcepti, ac in petitionem, satis tamen manifestum est quantopere deceat hominem christianum, præprimis vero sacerdotem, omnemque animam ad perfectionem vitæ adspirantem, orationi etiam mentali sedulo incumbere, utpote quæ ad substantiam vitæ perfectæ pertinet et quasi cum ea convertitur.

Quantopere optandum est ut hujusmodi animæ electæ quæ medio etiam in mundo corrupto inveniuntur numero forte majori quam putamus, usque multiplicentur, siquidem earum præcipue opera, restitutis religionis sensu moribusque christianis, merito exspectamus salutem, quippe cujus instrumentum forte in manu divinæ Providentiæ erit pusillus grex electus.

Itaque cum Apostolo dicimus : « Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus : pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire (1). » Huic apostolico monito perlibenter obtemperemus, non tam addendo exercitiis orandi omnibus sacerdotibus præscriptis aut commendatis jamque consuetis, quam potius illa præcipua et solita exercitia majori fervore ac devotione persolvendo, et sæpius plebem nobis commissam docendo orationis naturam, necessitatem, efficaciam atque fructus.

Qua in re, primo quidem quod spectat eos pro quibus orandum est, ne obliviscamur ipsi neque monere omittamus alios orandum esse, sicuti docet Apostolus modo citatus, non pro nobismetipsis tantummodo, sed quoque, memores communionis Sanctorum quam quotidie profi-

---

(1) *I Tim.*, II, 1-4.

temur in symbolo, pro omnibus, pro publicis necessitatibus, pro Ecclesia et Pontifice, pro patriæ salute, pro conversione peccatorum et perseverantia justorum, pro requie animarum purgantium, Exemplo nobis est Ecclesia ipsa orans, et, dum indulgentias concedit, conditiones ponere solita quæ orationem hujusmodi pro omnibus involvunt. Similiter orabant et faciendum nos monent Sancti omnes. Ut unum citemus, B. Ruusbrochius delectabiliter exponit (1) quomodo homo interior quadrupliciter exit orando : primo quidem ascendens ad Deum cum omnibus Sanctis ejus, nimirum amore ardentissimo quo amando deficit, intelligens Deum omnem creaturæ amorem supergredi nec digne nisi a Seipso amari posse. Secundo, exit homo interior descendens ad peccatores cum ingenti miseratione et generosa misericordia, ut et in paganos et judæos omnesque infideles effundat Deus suum amorem et misericordiam, ita ut laudetur Deus in cœlis, et nostra gloria, gaudium et pax augeantur in omnes fines terræ. Tertio, exit idem homo interior ad animas in purgatorio, ut Deo exponat earum miseriam et bonam voluntatem et desiderium regni Dei, et commoneat Deum eas e mundo decessisse in ejus amore, et omnem suam spem in ejus passione et pietate collocare. Quarto tandem, convertit se homo interior in seipsum et omnes homines bonæ voluntatis ut per gratiam donaque divina in Dei amore firmentur et perseverent.

Quod, secundo, dispositiones ad sancte orandum attinet, num eas ita perfecte ac complete propositas alicubi invenire est sicut in oratione præparatoria ad officium canonicum ? Ubi petimus ut ipse Dominus aperiat os nostrum ad benedicendum nomen sanctum suum, ut mundet cor nostrum ab omnibus vanis, perversis et alienis cogitationibus, ut intellectum illuminet et affectum inflammet ad digne, attente et devote orandum; ubi tandem monemur orare in unione divinæ intentionis qua Christus ipse in terris oravit. Ne sit, quæso, nobis sacerdotibus hæc precatio præparatoria, quæ ante omnem orationem utiliter fieret, ne sit, inquam, mera formula recitata, sed attenta, reflexa, vera præparatio ad orandum Deum. Et ultimum quidem additum de unione cum

---

(1) *De ornatu spirituali nuptiarum*, l. II, c. 41-44, quæ brevi compendio referimus.

Christo quam opportunum ! Nonne enim oportet omnes, nos vero præprimis sacerdotes, semper orare unitos cum Christo, sacerdote magno et advocato apud Patrem ? Et tum quidem singulariter, cum ipsam dominicam orationem toties repetimus, quam, ut merito aliquis animadvertit, nisi cum Christo fundamus, nequaquam attingere et exhaurire poterimus quæ illa continet, id est plane *omnia* salutaria, quæ solus Christus in ea intelligere valet et in ea posuit. Unde et Ecclesia in augustissimo sacrificio post canonem nos ad hoc attentos vult : Præceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere : Pater noster... Videlicet alludens ad evangelica verba : « Oportet semper orare et non deficere (1) » Et : « Domine doce nos orare » (2) « Sic ergo vos orabitis Pater noster, etc » (3)

Oremus ergo cum Christo, oremus et cum sancta Ecclesia quæ, dum auxilium petit a Domino, simul nos docere solet aliquam divinam veritatem, ita ut excitet in nobis sensa fidei, spei, charitatis, religionis cæterarumque virtutum. Innumeræ sunt in Breviario et in Missali romano precationes hujus asserti veritatis testes. Et certe utilissimum esset aliquam partem aliquasve orationes Breviarii et Missalis interdum assumere in objectum quotidianæ meditationis : sic enim duplex obtinebitur salutaris effectus, ut et facile reperiatur bonæ meditationis materia, et simul attenta ac devota præparetur tum Officii canonicii recitatio, tum sanctissimi Sacrificii oblatio.

Similiter orationes Sanctorum substantia seu doctrina plenæ inveniuntur. Ut unum alterumve exemplum afferamus, audite S. Franciscum Assisiensem ingeminantem : « Deus meus et omnia. » Nonne heic compendia percurritur tota via perfectionis ? Si Deus omnia, ergo reliqua nihil, nihil bona hujus mundi, nihil delectationes terrenæ, nihil superbia vitæ. En via purgativa. Si Deus omnia, ergo ascendat mens mea ad eum, ut objectum idque solum dignum omni cogitatu meo. En via illuminativa. Si Deus omnia, ergo in eum feratur omnis affectus meæ voluntatis et omnis affectus subordinetur supremo Dei amori. En via unitiva Imo eadem brevi formula vitæ

(1) *Luc.* XVIII, 1 et sqq.
(2) *Luc.* XI, 1 sqq.
(3) *Matth.*, VI, 9 sqq.

apostolicæ perfectio insinuatur : si Deus omnia, ergo quid in labore apostolico aliud quærendum quam Ejus unius laus et gloria.

Aliud exemplum habemus apud Doctorem Seraphicum S. Bonaventuram, in oratione quam e Missali recitare solemus in gratiarum actione post Missam, ubi inter alia hæc leguntur de verbo ad verbum meditanda : « Te [Domine] meditetur [anima mea], te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem. » Utinam hoc modo oremus, hoc modo operemur !

Liceat mihi ex intima animi persuasione hoc edicere omnibus dilectissimis sacerdotibus : si plerique omnes orant et laborant multum, non vereor affirmare plus adhuc et præsertim sanctius et ferventius esse orandum, neque unquam prætextu laboris, nisi rara necessitate vere urgente, orationi quidpiam esse detrahendum, cum ea sit quæ fœcundat laborem. Et singulariter quidem oratio canonica ne unquam sit quasi accidens in die, sed absolvatur, prout reipsa est, tamquam pensum aliquod præcipuum diei, tempore et loco opportunis et cum omni attentione et devotione.

Equidem scio orationem canonicam, sicut et aliam orationem vocalem, non esse meditationem; sed multum interest inter orationem mentalem et recitationem quasi mere materialem aliquarum formularum, quæ vix orationis nomen meretur. Si suprascripta monita et consilia de modo præparandi et efficiendi orationem sedulo attendere et sequi velint dilecti sacerdotes, profecto Officium divinum rite persolvent cum eadem, imo et majori facilitate, simulque, quod præcipuum est, cum magna devotione et ingenti fructu, tum suo, tum animarum sibi commissarum.

Quodsi ita oremus, quanta cum fiducia exspectare licebit opportunum a Deo auxilium ! Nonne Christus, ut hanc fiduciam in nobis excitet, revera cunctas dicendi formulas quasi exhaurit : « Petite, et dabitur vobis ; quærite, et invenietis ; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; et qui quærit, invenit; et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi » (1) etc. Et S. Jacobus apostolus,

(1) *Luc.*, XI, 9 sqq.

qui hæc verba ex ore Christi sane audivit, audet dicens : « Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat: et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino » (1).

Finem dicendi facimus, Reverendi admodum ac dilectissimi Domini, invocando gloriosissimam Virginem, Dei Matrem, Mediatricem omnium gratiarum, cujus festum crastina die celebramus, de qua docet Pontifex Leo XIII : « Nihil prorsus de permagno illo omnis gratiæ thesauro quem attulit Dominus... nihil nobis nisi per Mariam, Deo sic volente, impertiri (2) ».

Et enixe rogamus vos, cunctumque dilectum Clerum ut simul omnes, in hisce urgentissimis necessitatibus nostris, publicis ac privatis, ad Beatissimam Matrem Dei et nostram, potentissimam Mediatricem, cum omni pietate et fiducia confugiamus, necnon populem nostrum ad idem faciendum tum privatim tum in publicis supplicationibus, sæpe ac fervide adhortemur.

Quum Rev^mus^ D^nus^ dicendi finem fecisset, auditis Ampl. et RR. adm. DD. votis, a Rev^ma^ sua Dominatione promulgatæ sunt ordinationes sequentes :

I.

Circa testimonia recepti baptismatis quæ a parochis haud raro petuntur, notetur :

1° Non sufficit quod parochus testificetur personam, de qua agitur, fuisse baptizatam tali die et anno, sed requiritur ut ipse actus prout jacet in libro baptizatorum ad litteram transscribatur et ita exscriptus ab ipso parocho uti originali conformis declaretur.

2° Oportet ut etiam quæ in margine actus forte notata leguntur, signanter de *matrimonio* a baptizato contracto, in transsumpto actus referantur.

II.

Cum petitur dispensatio ab impedimentis *mixtæ religionis* aut *disparitatis cultus*, necesse est ut libello supplici

---

(1) *Epist. cathol.*, I, 5-7.

(2) Encycl. Octobri mense, 22 Sept. 1871.

addantur scripto exaratæ et a partibus subscriptæ cautiones canone 1061 requisitæ; nec satis est declarare partes esse paratas ad illas cautiones præstandas. Præterea oportet ut parochus testetur moralem haberi certitudinem de cautionum implemento.

III.

Si nupturiens post adeptam pubertatem per sex menses alio in loco commoratus sit ob solam militiæ exercendæ causam, parochus ab eo requirat juramentum suppletorium, quin ad Ordinarium recurrat. — Juramentum autem suppletorium, quoties a nupturientibus est præstandum, enuntiet non tantum immunitatem ab impedimento *ligaminis* sed etiam a quovis alio matrimonii impedimento.

IV.

Ob annonæ perdurantem caritatem, necesse ducimus taxam stipendii pro missis manualibus lectis augere, adeoque permittimus ut pro singulis hujusmodi missis celebrandis petatur stipendium quinque francorum.

V.

Concedimus ut Reverendi adm. DD. Decani sacerdotibus sui districtus id ob justam causam petentibus, usum rotæ (*velo*) permittere valeant, unice tamen pro faciliori operum parochialium implemento. — Prohibemus autem ne quis sacerdos extra limites parochiæ cujus ministerio est addictus hujusmodi rotis utatur.

VI.

Iterum in Domino monemus sacerdotes quibus directio communitatis religiosæ incumbit, ut regulariter singulis hebdomadis sororum confessiones excipiant atque singulis mensibus eis conferentiam tradant.

VII.

Invigilent sacerdotes ut quæcumque persona feminei sexus secum habitans omnimodam habitus decentiam servet, ne forte suo vestitu minus decenti scandalum præbeat.

VIII.

Meminerint usum tabaci fumici in locis *publicis* seu iis ad quæ omnibus patet accessus, clericis Nostræ diœceseos esse interdictum.

IX.

Cum penuria sacerdotum tum in locis missionum tum in nostris etiam partibus vigeat et premat, enixe rogamus sacerdotes Nostros ut quotidie sub Missa a Domino expostulent ut mittat operarios in vineam suam. Insuper eos hortamur ut quoties apud adolescentem quemdam germen vocationis ecclesiasticæ animadvertant, illud studiose excolant.

X.

In memoriam revocamus decretum Congregationis prosynodalis habitæ die 8ª Junii 1896 : « Missæ fundatæ in una ecclesia celebrari nequeunt in alia, tum intra tum extra diœcesim, nisi de consensu Episcopi, qui, vi indulti pontificii, id, justis accedentibus causis, permittere potest ». Quapropter parochi qui censent justas adesse causas ut non in propria ecclesia celebrentur missæ ibi fundatæ, tenentur ab Episcopo dispensationem petere a prædicta obligatione et rationes exponere quibus postulatio eorum fulcitur.

XI.

Sacerdotes qui ad aulam episcopalem missarum intentiones mittunt exonerandas, *integram* simul summam stipendiorum adjungere debent, non detracta summa quam qualibet de causa, accipere solent ab aula episcopali.

XII.

Quanti momenti sit confessio puerorum neminem latet. Quare illud zeli apostolici opus Nostris sacerdotibus multum commendamus, atque suademus ne, in majoribus parochiis per horas plures *continuas* confessiones parvulorum excipiantur, sed potius diebus diversis aut saltem horis ejusdem diei subcesivis seu intermissis : ita confessarius a nimia et nocua festinatione facilius cavebit, et pueri pœnitentes tædio diuturnæ expectationis non erunt obnoxii.

† GUSTAVUS-JOSEPHUS, Episc. Brugen.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis martii propositas.

—

I

In II Petri, I, 14.

Q. *Explica* II Petri, *I, 14.*

R. In præcedentibus generali modo recoluit Petrus insignia beneficia christianis a Deo concessa (vv. 3-4) et officia quibus ad omnigenas virtutes exercendas adiguntur (vv. 5-7) : has omnes virtutes sedulo exerceant, intuitu salutis æternæ aliquando obtinendæ (vv. 8-11).

Hujus autem salutis lectorum suorum intuitu, sine intermissu sollicitus est Petrus ut lectoribus suis hæc divina beneficia et eorum quoque officia ante mentem revocet (vv. 12); censet enim muneris sui esse ut quamdiu vivit — quod dicitur per figuram : « *quamdiu sum in hoc tabernaculo* » — per hanc revocationem in memoriam ad vitam sanctam lectores suos adhortetur (v. 13). — Huic autem v. 13 apponitur v. 14 jam explicandus : Justum arbitror quamdiu vivo vos ita exhortari (v. 13), « *certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi* » (v. 14).

Connexio inter v. 13 et 14 hæc esse videtur : Dixi : « *quamdiu sum in hoc tabernaculo* », seu videor facere allusionem ad meam mortem, quasi illa esset satis instans ; et revera certus sum quod... (1).

---

(1) Connexio non videtur hæc esse : Justum arbitror suscitare vos, et illud justum arbitror quia brevi me moriturum scio... ; etenim etiamsi diu adhuc se vitam ducturum speraret, eodem modo munus suum apprehenderet.

Certus sum, dicit Petrus, εἰδὼς : quæ expressio non necessariò intelligenda est de invicta persuasione, qua aliquis aliquid tamquam inconcussam veritatem admittit ; potest enim, potissimum ubi de eventibus futuris agitur, intelligi sensu magis mitigato, quo sensu omnes non raro eventus futuros nos cognoscere dicimus ; hoc sensu latiori a Paulo adhibetur idem verbum, *Act. Ap.*, xx, 25 : *Et nunc ego scio* (οἶδα) *quia amplius non videbitis faciem meam ;* scio, id est : in quantum utique fallibiles prævisiones humanæ illud prævidere permittunt (1).

Depositio tabernaculi mei est, ut patet, idem quod *mors*. In hac expressione duplex miscetur figura : hinc enim vita præsens et transitoria sic exhibetur quasi anima nostra habitaret in corpore tamquam in tentorio mox auferendo (eadem metaphora occurrit *II Cor.*, v. 1 ss.) ; hinc vero *depositio*, ἡ ἀπόθεσις, melius videtur quadrare in vestimentum quod aliquis deponit — tabernaculum enim seu tentorium non proprie deponitur, sed aufertur e. g., aut convolvitur — (et hæc figura occurrit *II Cor.*, v, 4 ss).

Hæc depositio tabernaculi noscitur a Petro fore *velox*, ταχινή. Hoc autem a plerisque intelligitur : *proxima*, *satis instans*, ab aliis vero : *repentina*, *subitanea* ; qui hanc alteram interpretationem admittunt, dicunt ergo Petrum alludere ad suam mortem tamquam *violentam*, in oppositione ad mortem naturalem quæ sæpe morbo vel senectute longiori adducitur ; ad mortem ergo martyrii. — Videtur autem omnino præferendus prior sensus ; et revera *a*/ connexio inter vv 13 et 14 supra indicata illud videtur exigere ; in v. 13 enim manifeste alludebat ad mortem suam tamquam plus minusve proximam, adeoque idem debet esse sensus v. 14 ; — *b*/ ταχινή, sicut et alia vocabula cognata, quamvis de subitaneitate intelligi possent, tamen de facto vixnon in omnibus locis

(1) Cæteroquin in hac prævisione errasse videtur s. Paulus : adhuc enim Ephesum redierit.

Novi Testamenti, de eventibus mox seu proxime instantibus intelliguntur ; ita : ταχέως sensum habet non : subitò, sed : *citò, celeriter* (cfr *Lc.*, XIV, 21 : Exi *citò* (1) in plateis ; XVI, 6 ; *Jo.*, XI, 31 ; *I Cor.*, IV, 19 ; *Gal.*, I, 6 ; *Phil.*, II, 19, 24 ; *II Thess*, II, 2 ; *I Tim.*, V, 22 ; *II Tim.*, IV, 9) ; similiter τάχυς (*Jac.*, I, 19), cum suis comparativo τάχιων et superlativo τάχιστος (*Jo.*, XX, 4 ; *Act.*, XVII, 15, etc.), τάχος (*Lc.*, XVIII, 8 ; *I Tim.*, III, 14) : hæc omnia non subitaneitatem, sed celeritatem notant ; — et quidem in eadem hac *II Pet.*, II, 1, idem vocabulum ταχινός eodem sensu occurrit : hæretici de quibus agit ibi Petrus dicuntur sibi subducere *celerem* (ταχινήν) perditionem, id est non perditionem quæ ex improviso eos invadet, sed quæ ante multum tempus eis adveniet (cfr v. 3) (2).

Unde Petrus certus est se jam non diu mansurum in vita. Undenam illud novit ? « *Secundum quod et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi* ». Unde ex duplici fonte illam prævisionem hausit, dicit enim : secundum quod *et*, καί Dominus... Unum fontem non indicat ; lectores sane noverant vel facile poterant supponere ; ita Petrus et christiani illud præsumere poterant v. g. ex eo quod de facto Petrus hoc tempore jam ad ætatem satis provectam devenisset, vel ex eo quod sanitate et viribus speciali modo fractus appareret, vel, quod magis placet, exinde quod jam sæviebat cruenta persecutio contra christianos, et quod vere præsumendum erat Petrum, utpote Apostolum et ducem Ecclesiæ, non diu posse latere et satis cito martyrio moriturum esse (3) —

---

(1) Quod flandrice vertes, non : ga *plotseling* uit, sed : ga *aanstonds, zonder langer wachten*, uit.

(2) Quonam jure dicat KÜHL, *Die Briefe Petri und Judæ*, (coll. MEYER), in. h. l., ταχινός nunquam significare *citò adveniens*, vere nos latet.

(3) Hoc magis placet, tum quia significatio a Christo accepta quam statim allegabit Petrus, etiam illa videtur ad martyrium Petri alludere ; — tum quia nil probat Petrum fuisse ætatis tam provectæ vel sanitatis tam decrepitæ.

Alterum fontem indicat : *Jesus illud ipsi significavit ;* unde s. Petrus de proximitate mortis suæ accepit aliquam a Christo revelationem ; quamnam autem intelligat, explicite non dicit, ast iterum a lectoribus satis notum supponit. Unde quærunt auctores ad quamnam revelationem hîc alludat, et alii quidem æstimant alludere eum ad ea quæ, teste evangelio Joannis in c. XXI, vv. 18 s. circa mortem ejus prædixit Jesus Petro ; alii vero illi interpretationi varias rationes objicientes, revelationem quamdam nobis ignotam prætendunt, puta eam quam refert, s. Ambrosius, *Serm. contr. Auxent*, n. 13 (1). — Præplacet alludi ad Jo., c. XXI, non, ut patet, quod negemus Petro fieri potuisse alias quoque, imo quam plurimas revelationes, aut quod in specie negandum pateat locum habuisse illud quod l. c. enarrat s. Ambrosius ; sed quia ex una parte revelatio de qua Jo., c. XXI, abunde sufficit ad explicandum hunc locum ep. s. Petri, et ex altera parte hæc revelatio de qua Joannes loquitur, magis quam aliæ revelationes magis privatæ Petro factæ, supponi poterat cognita a lectoribus illis per varias Asiæ minoris provincias sparsis ad quos epistolæ Petri diriguntur (2).

---

(1) « Idem Petrus postea, victo Simone [mago], cum præcepta Dei populo seminaret, doceret castimoniam, excitavit animos gentilium : quibus eum quærentibus, christianæ animæ deprecatæ sunt, ut paulisper cederet. Et quamvis esset cupidus passionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus est, rogabatur enim ut ad instituendum et confirmandum populum se reservaret. Quid multa ? Nocte muros egredi cœpit, et videns sibi in porta Christum occurere, urbemque ingredi, ait : Domine quo vadis ? Respondit Christus : Venio iterum crucifigi... Intellexit ergo Petrus quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo. Itaque sponte remeavit : interrogantibus Christianis responsum reddidit, statimque correptus, per crucem suam honorificavit Dominum Jesum ». — Idem legitur apud (pseudo-) Hegesippum, *De excid. Jerus.*, l. III, c. II, et apud Origenem, *In Jo.*, t. XX. n. 12, ex *Actis* (apocryphis) *Petri et Pauli.*

(2) Non, ut patet, quod evangelium Joannis jam erat scriptum et sparsum per Asiam eo tempore quo scribitur II Petri ; sed quia hæc historia, quam postea conscribet Joannes, locum habuerat ad mare Tiberiadis, coram pluribus Apostolis et discipulis, in specie coram

Revera ex verbis Jesu, relatis apud Jo., XXI, 18 s., poterat Petrus concludere sibi aliquando, seniori effecto, vim esse inferendam et martyrium subeundum (1); nunc autem dum scribit, senior effectus est Petrus; nunc præcise sævit cruenta persecutio contra christianos; quid mirum si s. Petrus, recogitans verba olim sibi a Jesu dicta, concludat mortem suam sane esse satis instantem?

Unde putamus s. Petrum in dicto v. 14 non necessariò enuntiare et ad modum prophetiæ certissime verificandæ mortem suam esse instantem; sed potius, tum ex humanis suis prævisionibus tum ex indiciis non obscuris in dictis verbis Jesu contentis prædicere tamquam aliquid morali quadam certitudine prævidendum martyrii sui proximitatem.

A. VANDER HEEREN.

II

De inefficacia orationis naturalis.

Q. *Demonstra precibus naturaliter factis, in præsenti ordine providentiæ, nullam inesse vim impetratoriam justificationis aut cujuslibet gratiæ.*

PRÆNOTANDA. — 1/ Orationem in hac quæstione audimus cum s. Thoma: « quamdam deprecationem vel petitionem, secundum quod Augustinus dicit, quod oratio petitio quædam est, et Damascenus dicit, quod oratio est petitio decentium a Deo » (2).

Joanne qui speciali modo in Asia minori commorabitur; imo in eadem historia ipse Joannes intimas partes habuerat (cfr *Jo.*, XXI, 20 ss.). Unde nihil mirum si Petrus apud christianos asiaticos hanc historiam satis notam supponit.

(1) Difficile tamen videntur Petrus et Apostoli eo ipso momento potuisse clare intelligere a Jesu prædici mortem *crucis*; sed postea, Petro occiso, poterant Apostoli reliqui, in specie Joannes, pleniori illo sensu verba Jesu intelligere. Cfr *Jo.*, XXI, 19.

(2) *Sum. Theol.*, II-II, q. 83, a. 1, c. — Cfr DIGNANT, *De virtute religionis*, n. 19 s, p. 16 s., Brugis, 1921³.

2/ Oratio, formaliter ut pia petitio, est obsequium aliquod præstitum ei qui exoratur, quod obsequium ex natura sua ad hoc ordinatur ut animum generosum ac benevolum alterius inducat *hac sola de causa quia rogatur*, ad donandum id quod petitur (1).

Convenit igitur oratio, formaliter sumpta ut impetrativa, cum merito de congruo in eo quod, sicut meritum de congruo, quoddam obsequium præstitum dicit et solam benignitatem donantis respicit. Differt tamen ab eo quatenus *qua talis* ad benignitatem *pure* refertur, dum e contrario opus meritorium de congruo aliquem *intrinsecum valorem* habet, non talem quidem ut præmium ex justitia (meritum de condigno), sed ex sola benevola æquitate debeatur.

Inde intelligitur quomodo *oratio supernaturalis*, inter alios effectus, efficaciam impetratoriam simul ac meritoriam habeat. Effectus impetratorius est proprius orationis ut sic ; oratio etiam mere naturalis hanc efficaciam habet. Effectus autem meritorius est orationi supernaturali cum aliis virtutum supernaturalium operibus communis (2).

3/ Quoniam oratio propriam efficaciam habet quatenus est petitio, nec quidquam obstare videtur, absolute loquendo, quominus Deus gratiam supernaturalem largiatur hac sola de causa quia ejus liberalitas invocatur, dicendum est ex sola natura orationis naturalis non posse demonstrari inefficaciam talis orationis ad gratiam supernaturalem obtinendam (3). Ideo dicitur in quæstione : in præsenti ordine providentiæ, nam est quædam positiva dispositio Dei, qua non acceptas habet orationes mere

---

(1) Cfr Palmieri, *De gratia actuali*, th. xxxii, p. 280 s., Galopiæ, 1885 ; Jungmann, *De gratia*, n. 346, p. 245, Brugis, 1866 ; Van der Meersch, *De divina gratia*, n. 158, p. 136 s., Brugis, 1910.

(2) Cfr *Sum. Theol.*, II-II, q. 83, a. 15, c. ; Dignant, *o. c.*, n. 53 s., p. 33 s.

(3) Cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 167, p. 143.

naturales et ita propositionem nostram ex fontibus revelationis, ex sacra Scriptura et Traditione, probare debemus.

Resp. — 1/ Constat ex variis locis s. Paginæ hominem solis viribus naturæ totaliter esse incapacem ponendi ullius operis ad salutem positive conducentis ; hæc incapacitas, ut totalis sit, manifeste postulat ut homo ne quidem misericordiam divinam per orationem flectere valeat (1).

Hæc omnia testimonia nunc afferre non juvat, quoniam in alia thesi, quæ gratuitatem omnimodam justitiæ supernaturalis ex professo adstruit, plerumque proponuntur. Sufficiat hæc verba diserta s. Pauli recolere : « Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis : Dei enim donum est, non ex operibus, ut nequis glorietur » (2).

2/ Alterum argumentum desumitur ex plurimis testimoniis Patrum, qui generatim gratuitatem justificationis instanter inculcando, *implicite* nostram propositionem docent.

Ita s. Joannes chrysostomus : « Gratia enim, inquit (Scriptura), estis salvati, per fidem.... Quare fidei non nostrum, sed Dei, inquit (Apostolus), est donum » (3). Similiter s. Augustinus : « Gratia gratis data est. Nam nisi gratis esset, gratia non esset. Porro autem si propterea gratia est, quia gratis est, *nihil tuum præcessit* ut acciperes » (4). « Non enim Dei gratia gratia erit *ullo modo*, nisi gratuita fuerit *omni* modo » (5).

Attamen *explicite* etiam affirmat s. Augustinus : « Hoc

---

(1) *Ibidem*, n. 43 s., p. 40 s.

(2) *Ephes.*, II, 8-9 ; cfr PRAT, *La théologie de saint Paul*, I, p. 240, Paris, 1909³ ; II, p. 343, Paris, 1912.

(3) *In ephes. hom.* IV, 2 (MPG, LXII, 33).

(4) *Enarr. in Psalmos*, LXX, 2, 1 (MPL, XXXVI, 891).

(5) *De peccato orig.*, lib. II, c. 24, n. 28 (MPL, XLIV, 398) et cfr ejusdem *Epist.* 194, 5, 19 ; 217, 5, 16 et 6, 25 (MPL, XXXIII, 880, 984 et 987) ; *De natura et gratia*, IV, 4 (MPL, XLIV, 249) ; *In Jo. evang. tract.* III, 9 (MPL, XXXV, 1400) ; *De gestis Pelagii*, XIV, 33 (MPL, XLIV 340) ; *De dono perseverantiæ*, XXI, 55 (MPL, XLV, 1027).

ipsum esse donum Dei, ut veraci corde et spiritualiter clamemus ad Deum. Attendant ergo quomodo falluntur (semi-pelagiani) qui putant esse a nobis, non dari nobis, ut petamus, quæramus, pulsemus ; et hoc esse dicunt, quod gratia præceditur merito nostro ut sequatur illa, cum accipimus petentes et invenimus quærentes aperiturque pulsantibus ; nec volunt intelligere etiam hoc divini muneris esse ut oremus, hoc est, petamus, quæramus, pulsemus » (1).

« Si dixerimus », ait adhuc, « meritum præcedere orationis, ut donum gratiæ consequatur, impetrando quidem oratio quidquid impetrat, evidenter ostendit donum Dei esse, ne homo existimet a se ipso sibi esse quod, si in potestate haberetur, non utique posceretur ; verum tamen ne saltem orationis putentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, sed jam nec gratia esset, quia debita redderetur, etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur » (2).

Docet igitur s. Augustinus orationem non valere ad justificationem consequendam nisi sit supernaturalis ; fiat scilicet sub influxu gratiæ. Quando oramus adjuti gratia (actuali), tunc utique « accipimus petentes et invenimus quærentes aperiturque pulsantibus » ; « non enim nullius meriti haberi potest petentis fides, quærentis pietas, pulsantis instantia ; præcipue cum omnes ejusmodi et accipere et invenire et intrare dicantur », inquit pariter s. Prosper aquitanus, sed pergit : « impium (tamen) est, sic velle meritis ante gratiam exsistentibus locum facere, ut non ex toto verum sit quod ait Dominus : Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eum (3), quod nullatenus diceretur, si cujusquam sine Dei illuminatione esset credenda conversio, aut ullo modo se voluntas hominis ad Deum sine Deo posset extendere » (4).

---

(1) *De dono perseverantiæ*, XXIII, 64 (MPL, XLV, 1032).
(2) *Epist.* 194, 5, 19 (MPL, XXXIII, 880).
(3) *Jo.*, VI, 44.
(4) *Liber contra collatorem*, III, 1 (MPL, LI, 222 ; XLV, 1805).

Opponit autem s. Augustinus ad hanc orationem salutarem, impetratoriam simul ac meritoriam, aliam orationem, naturalem videlicet, uti contextus indicat, et huic orationi *nullum meritum* in ordine ad gratiam obtinendam agnoscit. Verum hæc locutio « *nullum meritum* » debet intelligi et explicari ex oppositione ad « *orationem meritoriam* », quæ est scilicet impetratio sive oratio proprie dicta simul et meritum (de congruo) ; significat autem in contextu talem orationem nihil posse, nulla ratione valere, ergo nequidem ut est impetrativa, ad obtinendam gratiam ; aliis verbis esse prorsus inefficacem. Debemus itaque, ait s. Augustinus in primo testimonio, « intelligere hoc divini muneris esse ut oremus » ; quare, addit in altero testimonio : « ne orationis putentur præcedere merita,... etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur » (1).

De intentione Patrum igitur absolute excludendi vim motivam orationis, quatenus hæc a merito de congruo distinguitur, quatenus est mere impetrativa, non constat nisi interpretatione accurata testimoniorum, præsertim s. Augustini, cujus auctoritas in hac materia tanta fuit ut concilium arausicanum secundum fere ad verbum ipsius declarationes acceperit.

Inde explicatur, uti videtur, cur multi theologi hanc propositionem theologice tantummodo certam dicant ; alii tamen eamdem saltem fidei proximam pronuntiant. Quidam etiam ipsam definitam esse putant contra semipelagianos sive massilienses, in concilio arausicano II, his verbis : « Si quis *ad invocationem humanam* gratiam dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Isaiæ prophetæ vel Apostolo... » (2) ; « si quis sine gratia Dei credentibus, volen-

---

(1) Cfr Palmieri, *o. c.*, th. xxxii, p. 283.

(2) *Conc. arausic. II*, (a. 529), can. 3 (*Enchir.*, n. 176) ; cfr adhuc can. 4 (*Enchir.*, n. 177).

tibus..... petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem et inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur,.... resistit Apostolo dicenti : Quid habes quod non accepisti et : Gratia Dei sum id, quod sum » (1).

H. Lamiroy.

III-IV

De communione sacramentali et fructuosa.

Q. *Quid postulatur ex parte subjecti ut 1° sacramentaliter et 2° fructuose communicet ?*

Prænota. Sacramentum suscipi potest in re vel in voto. Hoc altero modo recipitur Eucharistia ab illis qui impediti quominus realiter eam sumant « voto propositum illum cœlestem panem edentes, fide viva, quæ per dilectionem operatur, fructum ejus et utilitatem sentiunt » (2). Ejusmodi communio *mere spiritualis* est. Quodsi cœlestis ille cibus reipsa comeditur, sumptio hæc vel mere materialis vel stricte sacramentalis erit. *Materialis tantum* erit quando sacramentum, quod materialiter sumitur, nullum titulum ad gratiam confert, quia formaliter, qua instrumentum gratiæ, suscipienti non applicatur ; secus, valida seu *sacramentalis* vocabitur. Attamen, quia subjectum obicem gratiæ infundendæ ponere potest, valida communio aliquando fructu gratiæ fraudatur et tunc *mere* sacramentalis est ; sin minus sacramentalis simul et spiritualis (3) est atque *fructuosa* vocatur.

---

(1) *Ibidem*, can. 6 (*Enchir.*, n. 177) ; testimonia s. Pauli in textu citata desumuntur ex I Cor., IV, 7 et XV, 10 ; lege etiam can. 7 (*Enchir.*, n. 180). — Cfr Van Noort, *De gratia Christi*, p. 71, Amstelodami, 1911².

(2) Conc. trid., sess. XIII, cap. 8, apud Denzinger, *l. c.*, n. 881.

(3) *Ibidem*.

Porro, susceptio quæ fructu gratiæ sanctificantis non fraudatur dicitur fructuosa *simpliciter*.

Quodsi gratiæ quoque actuales speciales et beneficia peculiaria hujus sacramenti conferantur, sumptio fructuosa erit *totaliter*, secus vero secundum quid infructuosa existet (1).

Inde quæritur quid postuletur ex parte subjecti ut communio ejus sit 1° vere sacramentalis et 2° fructuosa, sive simpliciter tantum, sive etiam totaliter.

R. Ad I^{um}.

1° Oportet ut suscipiens homo *viator* sit.

Etenim sacramenta sunt instrumenta justificationis quæ in sola vita nostra mortali comparatur, ita ut, fine ipsius operis inspecto, ad sacramentalem communionem postuletur ut subjectum homo sit in peregrinatione hujus vitæ constitutus (2).

2° Oportet ut *baptismum aquæ*, ipsum scil. sacramentum et non tantum baptismum flaminis vel sanguinis, antea *susceperit*.

Nimirum, sacramenta sunt signa practica gratiæ ita inter se ordinata, ut baptismus tempore cetera præcedere debeat, cum sit signum practicum ipsius nativitatis spiritualis, quam alia sacramenta præsupponunt ; qua de causa baptismus janua et fundamentum ceterorum sacramentorum est. Porro, hanc prioritatem non tantum ad licitam sed ad validam quoque cujusvis sacramenti susceptionem insupplebiliter necessariam esse ex universa theologorum doctrina indubium est.

Itaque, non-baptizati et in specie catechumeni vere incapaces sunt sacramentaliter communicandi eosque

---

(1) Quia gradus gratiæ sacramentalis dispositioni subjecti proportionatur, minor dispositio sensu minus proprio sacramentum secundum quid infructuosum reddit.

(2) Exstitit olim abusus, ab Ecclesia pluries damnatus, communicandi corpora defunctorum, quocirca cf. Leclercq, in *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie*, art. communion des morts, necnon Moureau, in *Dictionnaire de théologie catholique*, t. III, col. 494.

Ecclesia hac de causa ad sacram synaxim nunquam admisit (1).

3° Oportet ut suscipiens, si ad usum rationis pervenerit, *intentionem* habeat suscipiendi medium seu titulum sanctificationis.

Secus enim Eucharistia materialiter quidem recipitur sed non formaliter, quatenus sacramentum est, subjecto applicatur : quia in præsenti Providentiæ ordine nemo qui ad usum rationis pervenit in actu primo justificatur nisi ipse velit.

Quodsi quæratur qualis intentio ejus esse debeat, respondetur sufficere intentionem mere habitualem, i. e. olim reipsa habitam et non retractatam, nam medium justificationis qua tale tunc vere volitum est (2).

Ex prædictis colligitur infantes et amentes qui nondum ad usum rationis pervenerunt, sacramentalis sumptionis esse capaces ; non autem qui sufficientem usum rationis quondam adepti, postea eum amiserunt, nisi modo descriptam intentionem habitualem vel, in momento lucido, actualem habeant.

4° Oportet ut *panis* eucharisticus *manducetur*, ut *vinum* eucharisticum *bibatur*.

Id constat e verbis notissimis promissionis apud Joannem VI, 53 ss. et institutionis apud Matthæum XXVI, 26-27. Verum, dissentiunt auctores quando determinare conantur quid postuletur ut manducatio sufficienter verificetur.

---

(1) Notat GASPARRI, *Tractatus canonicus de ss. Eucharistia*, II, n. 1118 (Parisiis, 1897) : « Innocentius III in *cap. 3, De presbytero non baptizato*, videtur affirmare non-baptizatos baptismo aquæ, qui tamen per fidem et charitatem perfectam cum baptismi voto gratiam sanctificantem jam receperunt, posse ad Eucharistiam admitti ; et hoc sensu verba pontificis intelligit glossa, *l. c.*, *v. a non-baptizatis* : « scilicet baptismo fluminis, sed baptismo flaminis baptizatis ; cum illi quoad gratiam baptizati intelligantur et accipere possint sacramentum Eucharistiæ ». Sed dicendum Innocentium III, *l. c.*, hanc sententiam historice tantum et disputando referre, quin eam probet ; et glossam ob allatas rationes esse deserendam ».

(2) Pro communione devotionis auctores generatim requirunt intentionem explicitam, non autem pro viatico.

Alii, censent postulari et sufficere ut species in organis digestionis digerantur, sive naturali sive artificiali modo in ea introducantur.

Alii, inspecta communi atque vulgari vocis acceptione, opinantur postulari atque sufficere ut cœlestis cibus ore sumatur et deglutiatur. Juxta ipsos sacramentaliter communicat qui œsophago artificiali utitur ut hostia ad stomachum deducatur : eam enim ore sumit et deglutit. Idem sentiunt de eo qui post deglutionem sacram speciem exspuit. Non communicasse arbitrantur qui hostiam deglutivit postquam in ore, actione salivæ, jam substantialiter alterata est.

Alii sacramentalem quoque habent communionem etsi sacra species in ore periit, quia communi æstimatione dicimur manducare panem, saccharum etc. quamvis ante deglutionem substantialiter forte alterata sint.

Adverte gravem rationem requiri ut sacramentum in dubio de valore conferri possit ; imo, urgentior ratio hic postulari videtur : cum agatur de sacramento maxime venerando et in esse jam constituto, ita ut conditionata susceptione irreverentia illata vix minuatur.

Recens habetur decretum particulare, directivum in simili casu, S. Congregationis S. Officii, diei 27 novembris 1919, ad episcopum harlemensem : « Inspectis precibus N. N. istius diœcesis, qui laborans carcinoma œsophagi, petit facultatem sumendi S^am^ Eucharistiam per fistulam stomacho insertam, suprema hæc Congregatio respondendum mandavit : Negative ». In supplica autem hæc inter alia legimus : « Cum tamen ab una parte orator vehementer desideret pane illo angelico non destitui, et ab altera parte inter doctores disputetur an sacra communio modo artificiali sumi possit, ideo infrascriptus in favorem N. N. suppliciter a S^talis^ Vestræ benignitate petit an — si omnis adhibeatur cura ut tantum Sacramentum qua par est reverentia sumatur — s. communio per

fistulam argenteam stomacho insertam, et ad hunc finem specialiter destinandam, sumi possit... » (1).

Ad IIum.

1° *Quod spectat communionem simpliciter fructuosam.*

Notissimum principium est sacramentum valide collatum et valide susceptum, rem sacramenti conferre non ponentibus obicem (2), ita ut valida susceptio simul fructuosa sit, nisi adsit in subjecto aliquod impedimentum gratiæ sacramentalis infusioni contrarium.

Jamautem obex rei hujus sacramenti non est, saltem probabiliter, ipse status peccati mortalis secundum se consideratus, sed est *a*/ voluntas actu vel habitu graviter culpabilis necnon *b*/ defectus debitæ intentionis.

a/ Non obstat ipse *status peccati mortalis.*

Etenim, si ipsa *virtus sacramenti* consideretur secundum se, dicendum est omnia sacramenta ex passione Christi, quæ est fons et causa omnis justificationis, virtutem habere ut susceptorem Deo gratum reddant et peccatorem justificent. Gratia quam conferunt prima quidem vel secunda vocatur, secundum quod in subjecto peccatore vel justo recipiatur, sed hæc denominatio, mere extrinseca, non est secundum intrinseca gratiæ constitutiva (3).

Quodsi consideretur *subjectum*, justificationi non obstat ipse status mortis spiritualis ; neque per se : quia secus nullum peccatum mortale remitti posset ; neque per accidens, inspecta scil. gratia speciali, nutritiva, hujus sacramenti : nam gratia collata vitam spiritualem nutrire valet si simul gratum faciat, mortuum vivificet. Remanet tamen peccatorem non esse convenientem susceptorem hujus sacramenti quippe quod subjectum spiritualiter

(1) Cf. *Nederlandsche katholieke stemmen*, 1921, p. 15.

(2) Cf. Billot, *De Ecclesiæ sacramentis*, I, p. 95. Romæ, 1900 ; necnon s. Thomas, *Summa theol.*, p. III, q. 79, a. 3, c.

(3) Si datur hujus status peccati *conscientia*, præcipitur ut ante communionem sacramentum pœnitentiæ fructuose recipiatur, si datur sola probabilis opinio sufficiet elicere actum contritionis perfectæ.

vivens regulariter supponit, sed non probatur Christum hac de causa virtutem sacramentorum cohibuisse, imo ob notam in tali casu efficaciam extremæ unctionis contrarium sperandum est.

b/ Obstat autem ex parte subjecti *voluntas actu mala* quippe quæ justificationem interiorem hominis bonitatem operantem evidenter excludit. Casus verificatur quando susceptor hujus sacramenti subjective et lethaliter peccat, puta ob violationem legis jejunii naturalis, vel ob conscientiam aut opinionem probabilem sui status peccati mortalis, quo prohibetur ne hoc sacramentum suscipiat, cum non sit conveniens susceptor Eucharistiæ.

c/ Obstat *voluntas habitu mala*, qua aversio a Deo fine ultimo, quæ per justificationem tollitur, volita remanet ob defectum retractationis peccati seu sinceræ attritionis.

Quare, si licite quis hoc sacramentum susciperet quamvis vita gratiæ non vivat, v. g. si bona fide reputaret sese in statu gratiæ versari ; vel, quod rarius continget, si communicare deberet ne hostia consecrata profanetur ab hæreticis et pro illa subita irruptione non posset tam cito conteri ; vel si accumbens in scamno communicantium, recordaretur sui status peccati mortalis et non posset ob temporis angustiam contritionem perfectam elicere, communio probabiliter fructuosa fieret, dummodo susceptor ante corruptionem specierum actum attritionis supernaturalis eliceret (1).

d/ Obstat *defectus intentionis* necessariæ ad justificationem in actu secundo suscipiendam.

Nimirum, quia adultus non justificatur nisi id positive velit, qui accederet ad Eucharistiam volens quidem accipere titulum ad justificationem sed nullo modo sollicitus esset de sua sanctificatione hoc medio audaugenda, ob voluntatis suæ actualem vel habitualem indifferentiam, infructuose communicaret. Id sane frequentius

(1) Vide quoque casum propositum a R. P. Castillon, in *Nouvelle revue théologique*, 1920, p. 612.

occurret in aliis quibusdam sacramentis, puta in matrimonio suscipiendo. Imo, in casu communionis, subjectum ita dispositum ut gratiam recipere non intendat, ut plurimum Eucharistiam materialiter tantum sumet.

Oportet igitur ut suscipiens finem sacramenti intendat, qua de causa postulatur ut, qui ad sacram Mensam accedit non usui, aut vanitati, aut humanis rationibus indulgeat (his indulgens graviter peccare potest), sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius caritate conjungi, ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere. Ita, juxta decretum S. Congr. Concilii, de quotidiana ss. Eucharistiæ sumptione, 20 decembris 1905 (1).

2° *Quod spectat communionem totaliter fructuosam.*

a/ Requiritur *absentia actualis adhærentiæ voluntatis ad peccatum veniale*, quippe quæ adhæsio obex est gratiæ propriæ hujus sacramenti, fervori scil. actualis caritatis et delectationi spirituali ex eo consequenti. Observandum tamen est fervorem non necessario ex toto extingui actuali voluntatis affectu ad aliquod peccatum veniale, quia fervor quoad aliqua et tepiditas quoad alia compossibilia sunt. Qua de re fieri non potest quin quotidie sincero animi proposito communicantes, a peccatis etiam venialibus ab eorumque affectu sensim se expediant (2).

Peccatum nullo actuali affectu perseverans sed sola imputabilitate remanens, per se fervorem non impedit : « potest enim contingere quod aliquis post multa peccata venialia commissa devote accedat ad hoc sacramentum et plenarie hujus sacramenti consequatur effectum » (3). Imo fervor caritatis in hoc præcise tendit ut mens ad cœlestia erigatur, utque peccata venialia habitualia remittantur, quatenus : ferventis caritatis actu movemur in Deum ita ut non tantum detestemur implicite omne a Deo aversivum, sed simul omne quod est in Deum irreferibile (4).

---

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, XI (1906), p. 216.
(2) Cf. *Ibidem.*
(3) S. Thomas, *l. c.*, a. 8, c.
(4) Cf. *Collat. Brugen.*, X (1905), p. 231.

b/ Requiritur *intentio pura*, talis scil. quæ non reddat susceptionem venialiter culpabilem et subjectum indispositum ad uberes hujus sacramenti fructus colligendos (1).

c/ Mentis *recollectioni* sedulo invigilandum est, quia divagatio intellectus et incustodia cordis impediunt actus virtutum, distrahunt mentem ab audienda voce Dei pulsantis ad cor, adeoque impediunt fervidos actus caritatis qui ex auditione consequuntur (2) et minuunt delectationem spiritualem.

d/ Tandem, in genere curandum est ut sedula *præparatio* s. communionem antecedat et congrua gratiarum actio inde sequatur.

Ratio est quia quo melius disponitur subjectum, eo ditior infunditur gratia eoque perfectius motioni Spiritus sancti obsecundatur. Fructus autem sacramenti probabiliter (3) crescere potest per totum tempus quo Christus sub speciebus præsens manet.

Paucis verbis, obex secundum quid est intra limites descriptas : defectus puræ intentionis necnon, in specie quod spectat gratias actuales, resistentia motioni Spiritus sancti, quod spectat fervorem caritatis et inde sequentem dulcedinem spiritualem et remissionem venialium, divagatio mentis atque præsertim affectus actualis ad venialia, tandem quod attinet amplioris gratiæ consecutionem, melioris dispositionis defectus. V. Coucke.

---

(1) Vide *Nouv. revue théol.*, 1922, p. 108.

(2) Cf. Billot, *l. c.*, p. 511.

(3) Oppositum tenet R. P. Hugon, *La sainte Eucharistie*, p. 246 (Paris, 1922) « Recevoir le sacrement c'est *manger* le corps et *boire* le sang... Or, que faut-il pour pouvoir dire qu'on a bu et mangé ? Il ne suffit pas que les aliments soient appréhendés, il n'est pas nécessaire qu'ils soient absorbés ou assimilés dans l'organisme, c'est assez qu'ils soient parvenus dans l'estomac : telle est la notion du sens commun, telle est la portée du langage courant. Le sacrement est donc appliqué, l'effet conféré, des ce moment...

Que l'hostie ait telle ou telle dimension, qu'elle résiste plus ou moins lontemps à l'altération, l'effet surnaturel *ex opere operato* reste le même : la grâce ne s'augmentera que d'après la ferveur, l'intensité, de nos dispositions, *ex opere operantis* ».

V.

Kloosters in Vlaanderen vóór de IXe eeuw.

V. *Geef een bondig overzicht der kloosters in Vlaanderen gesticht vóór den inval der Noormannen.*

A. Uit onze vorige verhandelingen blijkt dat onze gewesten eerst in den loop der VIIe eeuw, over het algemeen en bestendig, voor het waar Geloof gewonnen werden. Het ware nu zeker belangwekkend voor ons, konden we de geleidelijke ontwikkeling nagaan van het bekeerings- en beschavingswerk onzer eerste zendelingen! Dit is echter bij gebrek aan voldoende bronnen vrijwel onmogelijk. Nochtans weten we, uit de zeldzame levens die ons overbleven, dat onze zendelingen om hunne overwinningen op het heidendom bestendig te maken de gewone middelen gebruikten, te weten het *stichten van kloosters* en het oprichten van *kapellen* en *kerken*, die later middelpunten zouden worden van parochiën met eigen geestelijkheid. *Ubi fana destruebantur*, lezen we van den H. Amandus, *statim monasteria aut ecclesias construebat* (1). Het opsporen dus dezer oudste stichtingen is het beste middel, het eenige bij gebrek aan ander bescheiden, om ons een denkbeeld te vormen van de uitslagen door onze zendelingen bekomen vóór den inval der Noormannen. Hier eerst een woord over de vroegste *kloosterstichtingen*.

***

Het kloosterleven was, met de Ve en VIe eeuw, in Zuid- en Midden Gallië, tot hoogen bloei gekomen. De H. Martinus van Tours had het uit Italie naar Gallië overgebracht, met zulk goed gevolg, dat bij zijn dood

(1) *Vita Amandi*[1] c. 14 (*AA. SS. Belgii*, t. IV, p. 250. In ons voorgaand antwoord, bl. 194, werd door misgreep t. III opgegeven).

(† 397) reeds in Gallië 2000 monnikken leefden ; dank zij de bijzondere vereering die de groote heilige reeds aanstonds na zijnen dood genoot, vermenigvuldigden de kloosters zich van dan af hoe langer hoe meer. Zoo stichtte Honoratus van Arles in 405 Lerin op het gelijknamige eiland, terwijl Cassianus in 410 de grondslagen legde van St Victor te Marseille ; beide stichtingen ontwikkelden zich op buitengewone wijze en brachten op hunne beurt nieuwe kloosters voort Intusschen was het monnikenleven ook in Ierland zoo bloeiend geworden, dat talrijke kloosterlingen naar het vaste land overkwamen om nieuwe stichtingen te doen : de beroemdste onder hen is de H. Columbanus († 615) die voor zijne welbekende stichtingen Anegray, Fontanes, Bobbio en vooral Luxeuil eenen strengen regel opstelde (1).

Geen wonder zoo de beweging ook naar onze gewesten oversloeg, zooveel te meer daar het Christen Geloof ons gepredikt werd meestal, zooniet uitsluitend, door kloosterlingen. De geest van Luxeuil bezielde onze bisschoppen der VIIe eeuw : Audomarus, Acharius, Mommolinus. Eligius, alhoewel zelf geen kloosterling, was in nauwe betrekkingen met de iersche monniken in Gallië, voor wie hij in 630 de vermaarde abdij van Solignac stichtte. Maar voor het kloosterleven zal wel het meest geijverd worden door den vurigen akwitaanschen monnik, den H. Amandus. Aan hem zijn de bijzonderste stichtingen van het bisdom Doornijk te danken. Wij hoeven er hier slechts aan te herinneren.

---

(1) Zie M. Heimbucher, *Die Orden und Kongregationen der katholischen Kirche*, Paderborn 1907, Bd I, bl. 169 en 185 en vlg. In al deze kloosters leefde men eerst volgens de regels en de levensbeschrijvingen der beroemde oostersche monniken en kluizenaars, of volgens willekeurige voorschriften, tot dat de heerlijke regel van den H. Benedictus (490-543) orde en eenheid bracht. Op het einde der VIIe eeuw hadden bijna al de bestaande kloosters den regel van den H. Benedictus aangenomen.

Tusschen 630-647 stichtte hij te Gent twee abdijen: eene aan de monding der Leie, bekend eerst onder den naam *Cœnobium Ganda*, *Gadavum*, *Ganth*, maar later *St Baafsabdij* genoemd, eene andere op den linkeroever der Schelde, naar den heuvel waarop ze gebouwd werd *Blandinium* genoemd of nog *St Pietersabdij*. De vroegste geschiedenis dezer twee abdijen is zeer ingewikkeld (1): na Amandus en diens eerste opvolgers beleefden zij, evenals ten andere de gansche frankische Kerk onder Karel Martel, een tijd van verval totdat Karel de Groote Eginhard, zijn vriend en geschiedschrijver, met beider bestuur belastte.

Alhoewel van minder belang voor ons, moeten hier ook vernoemd: de twee abdijen die de H. Amandus op het einde van zijn leven in het uiterste zuidergedeelte van het bisdom Doornijk stichtte, te weten de *St Amandsabdij*, tusschen de Elnon en de Scarpe en de abdij van *Marchiennes* eveneens op den oever der Scarpe, alsmede de twee later verdwenen kloosters van *Ronse* en *Leuze* (2).

Terwijl Amandus aldus in het bisdom Doornik ijverde voor het kloosterleven, bracht de H. Audomarus, eerste bisschop van Terenburg, in zijn bisdom een niet minder belangrijk middenpunt van christene beschaving tot stand, namelijk de vermaarde abdij van *Sithiu*, wier stichting wij in een voorgaande verhandeling verhaalden.

---

(1) Zie hooger bl. 198 en de daar aangehaalde plaatsen, ook WARICHEZ, *Les origines de l'Eglise de Tournai*, p. 179 ss.; VAN DER ESSEN, *Les Vitæ des saints Mérovingiens*... p. 339 ss. en 352 s.

(2) Zie hooger bl. 200. Het stichten der kloosters van Marchiennes, Ronse en Leuze door den H. Amandus, is bekend door de *Suppletio* die Milo van St Amand bij de *Vita*[1] voegde nog in de IXe eeuw. De tekst is echter nog al duister wat Ronse en Leuze betreft; wij laten hem hier volgen: « Monasterium quod dicitur Blandinium in castro Gandavo situm, aliudque quod vocatur *Martianos*, necnon et illud cui ipse sanctus vir *Lotosa* nomen imposuit, seu *Rotnace*, quod est præfato contiguum..... cuncta hæc ab ipso viro Dei ædificata fuisse, pene omnibus notum est » (Zie *Anal. Bollandiana*, t. IV, p. 157).

Deze abdij werd later de *St Bertinus'abdij* genoemd, omdat ze vooral begon te bloeien onder het wijs bestuur van den H. Bertinus (661-709). Van heinde en verre kwam men in dezen tijd naar Sithiu om de christelijke volmaaktheid te leeren en te beoefenen, zoo dat de abdij weldra te zeer bevolkt was en naar een andere stichting moest uitgezien worden. Deze geschiedde omstreeks 685 te *Wormhout*, op een landgoed door een rijke grondbezitter Heremarus aan den H. Bertinus geschonken ; vier bretoenen, Quadannoc, Ingenoc, Madoc en Winnoc, die in de abdij van Sithiu uitgeschenen hadden door hunne deugdzaamheid, werden naar Wormhout gezonden om er eene nieuwe *cella* te bouwen en de nieuwe stichting te besturen : na den dood der drie eersten werd de *H. Winnoc* abt der nieuwe abdij ; hij stierf er in 717. De *cella* of abdij van Wormhout werd door de Noormannen gansch vernield ; doch zij herleefde op de plaats waar de heilige gebeenten van den H. Winnoc werden overgebracht en die naar hem *Sint-Winnoksbergen* genoemd werd (1).

Alhoewel allen buiten ons huidig bisdom Brugge gelegen, hebben bovengenoemde abdijen, vooral St Bertinus, St Baafs en St Pieters, op de uitbreiding van het Geloof en de kerkelijke inrichting in onze gewesten grooten invloed gehad.

Het is opvallend hoe in het germaansch gedeelte der bisdommen Doornik en Terenburg een groot aantal parochiën onder het patronaat stonden van gemelde abdijen, ja zelfs van abdijen dieper in Frankrijk gelegen : meestal strekte dit recht van beschermen, maar ook van tiendenheffen, zich uit op eenen groep samenhangende parochiën en kerken en dit laat ons vermoeden dat deze christenheden allengerhand door het patronaathoudende klooster

---

(1) Zie hooger bl. 54 vlg. ; ook Van der Essen, *o. c.*, p. 400 ss. en de levens van den H. Audomarus, *AA. SS. Belgii*, t. III, p. 623 ss., van den H. Bertinus, *ibid.*, t. V, p. 545 ss., en van den H. Winoc, *ibid.*, t. VI, p. 383 ss.

gesticht werden of althans verder uitgebreid (1). Volgens enkele oudere teksten, maar vooral volgens later verschijnende overleveringen, zouden zelfs uit de groote abdijen naar de beboschte en moerassige streken van Vlaanderen monikken gezonden geweest zijn met last daar te verblijven, den grond te ontginnen en te bebouwen en de plattelandsbevolking (de *pagani*) voor het Geloof te winnen. Dergelijke nederzettingen van monikken geschiedden, naar het schijnt, van wege *S*t *Bertinus* te *Roxem* en *Poperinghe*, van wege *S*t *Ricquier en Poitou* te *Breedene*, van wege *S*t *Quentin en Vermandois* in het voormalig, nu verdwenen, stadje *Meunikenreede* (bij Damme) (2). Ook bij *Brugge* kwam met het midden der VIIe eeuw een dergelijke stichting tot stand, door toedoen van den H. Trudo, stichter van de vermaarde abdij van St Truiden. Of echter uit deze *cella S. Trudonis* de abdij van den *Eeckhoute* ontstaan is kan moeilijk bewezen worden (3).

Eindelijk moeten we hier nog vermelden het *Monasterium Turholtense*, waarvan de *Vita Bavonis*, in 't begin der IXe eeuw geschreven, (4) gewaagd. Naar alle waarschijn-

---

(1) Zoo had b. v. St Pietersabdij van Gent omstreeks 850 eene kerk gekregen « super fluvie Mandra in villa nuncupante Wackinio » (VAN LOKEREN, *Chartes de St Pierre*, p. 13); bij Wacken zien we later het patronaat komen over Beveren, Desselghem en Oyghem. In 992 verkrijgt dezelfde abdij *ecclesiam unam Frordeslo dictam (Liber traditionum Sancti Petri Blandiniensis*, uitgegeven door A. FAYEN, p. 95). Welnu bij Vladsloo komen, onder hetzelfde patronaat van St Pieters, Leke, Beerst, Keihem, Schoore en Stuyvekenskerke. Zie meer ander voorbeelden in *Etat bénéficial de la Flandre et du Tournaisis* van WARICHEZ. Ook voor vreemde abdijen, alhoewel min, geldt dezelfde opmerking; zoo bezat *St Thierry de Reims* het patronaat over Dottignies, Coyghem, Kerckhove, Waarmaarde, Thieghem, Worteghem en Mooreghem.

(2) Zie daarover J. OPDEDRINCK, *Notice concernant certains centres d'évangélisation et de civilisation existant au Nord de Flandre au VIIe et VIIIe siècle*, in *Compte rendu du Congrès archéoloque et historique de Bruges en 1903*, p. 359.

(3) Zie nochtans DUCLOS, *Bruges, histoire et souvenirs*, p. 573 et 577.

(4) Zie VAN DER ESSEN, *o. c.*, p. 349 ss. en hooger bl. 198 in de voetnota.

lijkheid had de H. Amandus te Thorhout gepredikt en liet hij er priesters met de zorg over de jonge christenheid. Wij kennen er een: *quemdam presbyterum Domlinum*, die de H. Bavo kwam troosten op zijn sterfbed. Was er van 't begin af een echt klooster te Thorhout? Dit kan moeilijk nagegaan worden; doch de stichting van den H. Amandus moet naderhand belangrijk geworden zijn, daar Lodewijk de Vrome het de moeite waard achtte de « cella » van Thorhout te schenken aan den H. Anskarius, eersten bisschop van Hamburg en Apostel van Scandinavie. Van dan af zou dit klooster een seminarie geworden zijn voor uitlandsche missies (1). Een dergelijk huis moet ook, volgens de overlevering, in den zelfden tijd der Carolingers, gesticht geweest zijn door Angelsaksische missionarissen op eene plaats eerst Hulst-hout genaamd, maar later, juist om reden dier stichting, *Ingelmunster* (Anglomonasterium) geheeten (2).

Meer andere kloosters, middenpunten van christene beschaving en ontwikkeling, zijn er misschien wel op onzen boden ontstaan die in de geschiedenis geen sporen hebben nagelaten. Doch uit het weinige dat ons bekend gebleven is blijkt reeds genoeg hoeveel wij aan onze monikken-zendelingen verschuldigd zijn. Gewapend met het Kruis en den ploeg, *cruce et aratro*, hebben ze gestreden tegen de ruwe zeden onzer voorouders evenals tegen de onvruchtbaarheid en de woestheid van onzen bodem. Aan hen vooral heeft ons christen Vlaanderen zijn bestaan te danken.

R. Deschepper.

---

(1) Zie Warichez, *Origines* etc. 137, en L. Bril, *Les premiers temps du christianisme en Suède*, in *Revue d'Hist. Eccl.*, t. XII, 1911, bl. 23 en 231.

(2) Warichez, *l. c.*, volgens Van de Putte, *Histoire de la Baronnie d'Ingelmunster* in *Ann. de la Soc. d'Emulation*, 1re série, t. II, 1840.

VI.

Les dons anonymes faits aux fabriques.

Q. *Les dons anonymes faits à une fabrique d'église sont-ils soumis à l'approbation administrative ?*

R. Le don anonyme est *un don manuel* (1) fait aux fabriques par des personnes désirant rester inconnues ou transmis à ces administrations par voie secrète.

Le don anonyme comme le don manuel est en droit civil valable par lui-même et parfait par la seule tradition de la chose donnée.

La question des dons anonymes faits aux fabriques soulève les mêmes controverses et provoque les mêmes difficultés que celle des dons manuels.

I. *En droit*, trois systèmes se sont fait jour (2) : *a)* Une première opinion conteste la légalité et la possibilité des dons manuels et anonymes, pour la raison que les libéralités ne peuvent être valablement faites au profit des établissements publics en général et des fabriques en particulier que par *acte authentique en due forme*. Conséquemment les dons manuels et anonymes de par leur nature ne sont pas susceptibles d'autorisation (3) ; *b)* Une seconde opinion admet comme valable la remise de la chose de la main à la main, sans acte authentique, mais exige une délibération du bureau acceptant la libéralité et l'approbation de cette délibération par les autorités administratives supérieures. Certains auteurs préconisent ce système d'une façon absolue; la plupart cependant n'entendent soumettre à cette formalité de l'approbation

---

(1) Le don manuel est un don de sommes d'argent ou d'objets mobiliers, qui sont remis de la main à la main et sans acte.

(2) Voir Van Coillie-De Meester, *La sépulture et les fabriques*, nº 176, p. 251.

(3) Damoiseaux, *Guide pratique de l'administration des fabriques d'églises*, nº 501, considère ce système comme le mieux fondé en droit.

administrative que les dons de sommes importantes, et ceux qui en raison des charges pieuses qui les grèvent, constituent des fondations (1); c) Une troisième opinion soutient que les fabriques sont aptes à recevoir toute espèce de dons manuels et anonymes, quelle que soit leur importance et quelles que soient les charges stipulées par le donateur, sans avoir à les soumettre à aucune autorisation administrative spéciale (2).

Ce troisième système nous semble être le seul fondé en droit. En effet :

1° Le don manuel ou anonyme, d'après le droit commun, est valable et est parfait par la tradition de la chose. Aucune exception n'est faite à ce principe en ce qui concerne les fabriques (3). Celles-ci tiennent de la loi une capacité générale pour tout ce qui regarde les frais du culte, et elles peuvent dès lors, comme tout particulier, recevoir les dons manuels ou anonymes qui les aident à réaliser leur mission. Nulle part non plus la loi n'impose aux fabriques la nécessité de l'autorisation ou de l'approbation administrative ; celle-ci n'est donc pas requise, les autorisations ou approbations ne pouvant être exigées que dans les cas définis par la loi (4).

2° Aucun argument invoqué en faveur des autres systèmes ne peut valoir comme preuve concluante (5).

3° Plus particulièrement, c'est en vain qu'on a tenté

---

(1) Art. 910 et 937 du code civ. ; art. 76, n° 3 de la loi communale ; art. 73 des organiques.

(2) Van Coillie-De Meester, *o. et l. c.* ; Kiselstein, *Les dons et legs aux fabriques*, p. 401 ss. ; *Coll. Namurcen.*, 1912-1913, t. XII, p. 123 ss.

(3) Nous croyons que la distinction établie par l'art 36 du décret de 1809 entre les *oblations* et les *quêtes* ne peut être invoquée qu'à titre de confirmation, le mot *oblations* ayant dans le décret le même sens que sous l'ancien droit. Voir Jousse, *Gouvernement des paroisses*, p. 79 ss.

(4) Voir Orban, *Cours de droit administratif notarial*, 2e éd. n. 324 ss. D'après cet auteur la formalité de l'approbation et celle de l'autorisation ne diffèrent pas essentiellement dans le système du code civil.

(5) Kiselstein, *o. et l. c.* ; *Collat Namurcen.*, *l. c.*

d'établir une distinction entre les dons manuels de sommes modiques et ceux de sommes importantes, en faisant valoir que les premiers avaient la nature d'aumônes exemptes de toute autorisation, les seconds celle de libéralités véritables exigeant l'intervention de l'autorité supérieure. Civilement, les dons manuels sont possibles et valables sans limitation de sommes ni de valeur. L'importance de la somme donnée ne change pas la nature de l'acte. Comment du reste déterminer où finit l'aumône ou l'oblation et où commence la véritable donation ? De plus, la considération de la fortune du bienfaiteur, élément qu'on invoque pour estimer l'importance du don, ne peut venir en ligne de compte, quand il s'agit d'un don anonyme.

On n'est pas non plus en droit d'exiger l'autorisation administrative lorsqu'il s'agit de dons manuels ou anonymes avec charges pieuses, même perpétuelles, puisque celles-ci peuvent être déterminées et assurées par une délibération du bureau des marguilliers, inscrite au registre de la fabrique, sans qu'il soit nécessaire de les faire constater par un acte authentique ou une autorisation. Ajoutons que le capital donné doit être renseigné dans les comptes de la fabrique, où il doit être également fait mention de la dépense occasionnée par l'exonération des services. Il est vrai que l'acte notarié ou l'autorisation administrative accorde au donateur, s'il est connu, des garanties plus sérieuses pour surveiller l'exécution de ses volontés. Mais le droit de contrôle du fondateur se rapporte uniquement à son intérêt privé, auquel il lui est permis de renoncer. Si le bienfaiteur entend se contenter de garanties moindres, ce qui pour le don anonyme se déduit manifestement de la nature même de l'acte, pourquoi l'autorité administrative se montrerait-elle plus exigeante que l'intéressé lui-même ? (1)

---

(1) Voir *Collat. Namurcen.*, *l. c.*, p. 125 ; *Rev. cath. de droit*, 1902-1903, t. V, p. 203 ; 1910, t. XIII, p. 200.

II. *En fait*, la jurisprudence tant administrative que judiciaire n'est pas plus fixée que la doctrine. Autrefois elle a jugé que les dons manuels n'étaient pas susceptibles d'approbation. Elle exige actuellement l'autorisation administrative, quand il s'agit de libéralités auxquelles les conditions ou les charges stipulées par le donateur impriment le caractère d'une fondation ou bien lorsqu'il est fait aux fabriques des dons de sommes ou d'objets de valeur importante. Toutefois « nous voyons tous les jours des donations importantes faites aux fabriques, sans qu'il soit question de demander l'autorisation administrative, et sans qu'il y ait opposition de la part du Gouvernement ou des députations permanentes » (1). De même, il a été décidé que des dons anonymes ne portant pas d'affectation spéciale ne devaient pas faire l'objet d'une demande d'autorisation d'accepter (2).

Pour donner l'autorisation, l'administration exige généralement aujourd'hui un acte authentique. Cependant cette règle n'est pas absolue. Ainsi, il a été décidé que les dons faits en vue de la construction d'une église ou de l'acquisition de meubles nécessaires au culte ne doivent pas être réalisés par acte authentique ; il faut cependant qu'ils soient autorisés, même s'ils ont été recueillis par voie de souscription.

III. *En pratique*, les fabriques agiront prudemment :

1° en se faisant autoriser, quand il s'agit de *dons anonymes importants*, ne portant pas d'affectation spéciale.

2° Si les dons anonymes ont pour but d'instituer des *fondations* perpétuelles ou temporaires de services religieux ou si ils sont grevés de charges pieuses permanentes, il y a lieu de distinguer les dons anonymes offerts

---

(1) Voir *Rev. cath. de droit*, t. V, p. 201 ; Damoiseaux, *o. c.*, n. 502.

(2) Van Coillie-De Meester, *o. c.*, p. 254 ; Leroy, *Instructions pratiques sur la comptabilité des fabriques*, p. 171.

directement par des personnes désirant rester inconnues et ceux qui sont transmis par voie secrète.

Quant aux premiers, le curé, le membre de la fabrique ou toute personne qui les a reçus, fera donation *par acte notarié* au profit de la fabrique des sommes qui lui ont été remises. Quant aux autres, le bureau des marguilliers prendra une délibération en acceptation des sommes transmises à la fabrique et la fera consigner dans un acte authentique. Il suffit cependant d'une déclaration authentiquement actée du trésorier.

A. De Meester.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis aprilis propositas.

—

I

In II Petri, I, 20 s.

Q. *Explica* II Petri, I, 20 s.

R. In hac parte epistolæ suæ refutat s. Petrus pseudodoctores negantes futurum Christi gloriosum reditum seu parousiam, et ideo jam allegavit transfigurationem Jesu, quasi diceret : Quando vobis annuntiamus gloriosum Jesu in fine mundi reditum, non pulchras fabulas vos edocemus ; etenim nobis, Apostolis, durante ipsa vita sua mortali, nimirum in sua transfiguratione, ostendit Jesus quasi radium illius futuræ gloriæ quacum redibit (vv. 16-18) ; in sequentibus autem allegat, ad eumdem reditum futurum demonstrandum, varia oracula in libris Veteris Testamenti occurrentia (vv. 19-21). Equidem, sic ait in v. 19, oracula ista non adeo obvia sunt intellectu, sunt tamquam lucerna, lampas quædam, lucens in caliginoso loco ; sed nihilominus, bene facitis illis oraculis eorumque imperfecto lumini attendentes, donec tandem plena lux vobis illuscescat, nimirum quando in parousia Domini oracula implebuntur et ipsa realitas apparebit (v. 19).

Lectores autem harum prophetiarum — sic pergit in v. 20 — *hoc primum intelligere debent quòd* nempe *omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit.* Hic textus *latinus* posset sic intelligi : auctores Scripturæ *non ex propria cogitatione et inventione sua*, sed (v. 21) ex inspiratione divina scripsisse. Attamen attendendus est

t. gr. : ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, *non fit propriæ interpretationis*, in genitivo. — Ἐπίλυσις hoc tantum loco occurrit in Novo Testamento, nec etiam in versione septuagintavirali Veteris Testamenti habetur ; a verbo ἐπι - λύω, quod proprie significat *dissolvere*, et metaphorice *explicare* (cfr *Mc.*, VI, 34), obvie significat *explicatio*, *interpretatio*, quo sensu in litteratura extra-biblica constanter occurrit (1). — Unde mens s. Petri hæc est : ad unumquemque privatum non spectare pro lubitu suo interpretari prophetias Veteris Testamenti ; revera de se sunt nobis obscuræ et imperviæ (v. supra, v 19).

Et manifestum est, etiamsi v. 21 deesset, mentem s. Petri ulterius esse nos ad intelligendas dictas prophetias indigere adjutorio luminis divini, quin utique determinetur utrum hoc lumen immediate nobis singulis (2), an forte plerisque mediatius, puta per Ecclesiam, sit conferendum (3). — Illæ prophetiæ dicuntur non *fieri propriæ interpretationis*, i. e. non fiunt objectum personalis cujuslibet interpretationis, non cadunt sub interpretatione privata quam quilibet individuus propriæ mentis vi instituere præsumit (4).

---

(1) Cfr DURAND, in *Recherches de science religieuse*, 1911, p. 187 ; — BIGG, *A critical and exegetical commentary to the epistles of s. Peter and s. Jude*, 1901, in h. l.

(2) Quo modo ipse Jesus, Apostolis suis redivivus apparens, « aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas » (*Lc.*, XXIV, 45).

(3) Quo modo dicit Conc. trid., s. IV : « Nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei et morum,... s. Scripturam ad suos sensus detorquens, contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia..., interpretari audeat ».

(4) Unde genitivus ille ἐπιλύσεως est *un génitif d'appartenance* (DURAND, *l. c.*), sicut *Act.*, I, 7 : Non est *vestrum*, ὑμῶν, nosse tempora vel momenta i. e. non spectat ad vos ; — *fieri* autem, γίνομαι bene habet suum sensum nativum : illæ prophetiæ *non fiunt objectum* propriæ interpretationis ; et eo magis poterat s. Petrus, loco simplicis ἐστιν, adhibere verbum γίνεται, quia præcise invehitur contra pseudodoctores, qui contra sententiam et praxim tum sæcularem Judæorum tum recentiorem Christianorum, propriæ mentis vi incipiunt Scripturas interpretari.

V. 21 addit v. præcedentis objectivam rationem : *Non enim voluntate humana... :* hisce verbis s. Petrus non negat etiam ipsos prophetas voluntate sua intervenisse, sed primariam et essentialem originem scripturarum in lucem ponere vult, — *allata est aliquando*, gr. πότε, i. e. temporibus antiquis, — *prophetia :* prophetiæ Veteris Testamenti, quæ manifeste hìc intelliguntur, ortum suum non ab hominibus habent, *sed* multo magis et perprius a Deo : etenim *sancti Dei homines...*, — sed græce nil respondet voci *sancti*, et loco *Dei* legitur ἀπὸ θεοῦ, *ex Deo,* quod referendum est ad *loculi sunt ;* unde simpliciter legendum : *homines*, nimirum illi prophetæ per quos Deus locutus est, *Spiritu sancto*, gr. ὑπὸ πνεύματος ἁγίου (1), *a/* Spiritu sancto *inspirati,* gr. φερόμενοι (gall. *portés, poussés, conduits,* fl. *gedreven*), *loculi sunt ex Deo,* ἀπὸ θεοῦ. — Hisce verbis, maxime momentosis, enuntiantur partes principales quas in eloquendis prophetiis Veteris Testamenti, habuit Spiritus sanctus : ipse prophetas ad loquendum movit, prophetæ non tam ex seipsis, quam ex Deo locuti sunt. — Unde hæc est s. Petri mens in v. 21 : ad interpretandas prophetias Scripturæ opus esse lumine et adjutorio divino, quia Ille solus plene et perfecte illas prophetias intelligit earumque aliis intellectum præbere potest qui ipse eas aliquando elocutus est, nimirum Spiritus sanctus.

Quid tandem veniat sub calamo s. Petri nomine « *prophetiæ scripturæ* » non una est auctorum sententia. Alii enim audiunt de *prophetiis* in sensu stricto, de iis nempe oraculis et prædictionibus quæ decursu Veteris Testamenti, potissimum circa personam, regnum et opus Messiæ, fuerunt vel ore prolatæ vel scripto consignatæ ; — et quidem patet ad hujusmodi prædictiones faciendas, prophetis omnino opus fuisse divino lumine et adjutorio. Alii vero audiunt de ipsis *libris scripturæ*

(1) De quæstione textuali huc afferente, cfr. Bigg, *o. c.*, in h. l.

sacræ, in quibus utique prædictiones a s. Petro commendatæ continentur ; et hoc quidem videtur nobis omnino præferendum (1) ; et revera, indubium videtur s. Petrum, dum hoc I, 21, lectores suos præmonet ne ad suam propriam mentem interpretentur prophetias Scripturæ, alludere ad eos pseudo-doctores, indoctos et instabiles quos infra, III, 16, redarguet tamquam tales qui ad suam mentem a vero sensu detorquent epistolas s. Pauli et cæteras Scripturas ; jamvero hoc III, 16, manifeste non agitur de prophetiis sensu stricto, sed simpliciter de Scriptura sacra ut sic (2).

A. Vander Heeren.

II

De utilitate orationis naturalis.

Q. *Solve hanc difficultatem : quandoquidem oratio naturalis prorsus inefficax est ad impetrandam gratiam et conversionem, vanum est infideles et peccatores adhortari ad orandum.*

R. I/ Nullatenus vanum est infideles et peccatores adhortari ad orandum (3).

Et enim : 1/ oratio, etiam mere naturalis, est *dispositio*

---

(1) In hoc sensu citatur hic textus ab Eugenio IV in bulla *Cantate* qua promulgat decreta Concilii Florentini ; « Unum atque eumdem Deum veteris et novi testamenti... auctorem ; quoniam eodem Spiritu sancto inspirante, utriusque testamenti sancti locuti sunt ». — Denzinger, *Enchiridion Symbolorum* (1921), n. 706.

(2) Nec ullam faciat difficultatem quod s. Petrus loquitur de *sermone* prophetico, et de iis quæ illi homines a Spiritu sancto moti *locuti sunt* : hæc enim nullatenus indicant verba *ore prolata*, sed æque facile intelliguntur de *scriptis*, uti ex multis locis N. T. apparet. — Cæterum si ratio specialis requireretur quare s. Petrus dixerit, non *scripserunt*, sed : *locuti sunt*, dici potest eum sic loqui, quasi per attractionem per parallelismum cum statim supra dictis de *voce* Dei Patris in transfiguratione Jesu *audita*.

(3) Cfr Van der Meersch, *De gratia divina*, n. 167, p. 143.

negativa ad conversionem et talis dispositio suum momentum habet in opere justificationis.

2/ Siquidem Deus non denegat gratiam facienti quod in se est (1), certó donabit homini, non ponenti obicem, quinimmo Ipsum exoranti, gratiam entitative supernaturalem, qua gratia supernaturali (actuali) hæc ipsa oratio elevabitur ad ordinem supernaturalem.

Verum ita homo infidelis, orando supernaturaliter, *disponetur positive* licet remote ad fidem stricte dictam, et cooperando huic primæ gratiæ *merebitur de congruo* ulteriores gratias et semper magis disponetur ut tandem ad fidem supernaturalem et justificationem perducatur.

Si homo sit peccator, qui fidem non amiserit, cooperando gratiæ merebitur pariter de congruo ulteriores gratias, quibus dispositionem suam perficiat et ad conversionem perveniat.

Notandum venit :

a/ Quum fides stricte dicta non requiratur ut possit aliquis supernaturaliter moveri ad orandum, nihil prohibet quominus homo infidelis Deum supernaturaliter exorare queat (2).

b/ Ad præcavendum errorem semi-pelagianismi, sedulo animadvertatur gratiam proprie dictam, qua primo elevatur oratio naturalis ad ordinem supernaturalem, ex mera liberalitate divina concedi ; hoc alioquin in propositione supra demonstrata satis inculcatur (3).

II/ Explicatur et probatur. 1/ Dispositio *positiva* dicitur : « realis habitudo subjecti, qua subjectum per se indif-

---

(1) De hoc axiomate vide ill. ac rev. Waffelaert, *Meditationes theologicæ*, apud *Collat. Brugen.*, II, p. 180 et Van der Meersch, *o. c.*, n. 168 s., p. 144 s.

(2) Vide ill. ac rev. Waffelaert, *o.* et *l. c.*, p. 182 ; Van der Meersch, *o. c.*, n. 407, p. 388. Damnatæ sunt a Clemente XI propositiones sequentes : « Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem » et « fides est prima gratia et fons omnium aliarum » (Prop. 26 et 27 apud *Enchir.*, n. 1376 et 1377) ; cfr et prop. 29, in eadem serie (*Enchir.*, n. 1379) et prop. 5 damn. ab Alexandro VIII (*Enchir.*, n. 1295).

(3) Vide supra, p. 279 s.

ferens actuatur et constituitur plus minusve proxime idoneum ad formam suscipiendam, ita ut hæc sit ipsius connaturale complementum » (1).

Dispositio *negativa* hæc est quæ removet prohibens susceptionem formæ in subjecto, ut puta naturalis cognitio de Deo, quatenus hæc tollit objectiones et difficultates quas homo vincendas habebit, quando veritates credendæ ipsi proponentur.

Jamvero manifestum videtur hominem, qui solis viribus naturæ enixus rogat a Deo, cujus etiam unam notitiam naturalem habet, ut bene vivat, ut verum cognoscat vel ut beatus sit post mortem, quoniam illa oratio importat agnitionem Dei, Entis supremi, ipsum hunc hominem minores habiturum esse difficultates, ad Deum agnoscendum supernaturaliter, quando postea revelatione ipsi innotescet, quam alius quidam, qui tales actus nunquam posuit aut imo atheismo vel blasphemiæ indulsit (2).

Ita porro oratio, etiam si maneret naturalis, suum momentum haberet, ut removens prohibens, in opere justificationis.

2/ Sed insuper, quoniam Deus « vult omnes homines salvos fieri » (3) et nullum aliud prostat medium ad homines salvandos, quam ut ipse « trahat » eos, uti Christus signanter dixit : « Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum,.... (et) nisi fuerit ei datum a Patre meo » (4), Deus ex gratuita liberalitate hanc orationem hominis bonæ voluntatis elevabit (5).

Ab hoc momento, processu supra breviter adumbrato et in tractatu de gratia variis in propositionibus longius

---

(1) VAN DER MEERSCH, *o. c.*, n. 153, p. 134.

(2) *Ibidem*, p. 147. nota 4.

(3) *I Tim.*, II, 4.

(4) *Jo.*, VI, 44 a. et 66 b.

(5) Censet de Ripalda omnes actus moraliter bonos, a quocumque homine infideli aut peccatore positos, nunc fieri aliqua gratia supernaturali ; de hac quæstione vide ILL. AC. REV. WAFFELAERT, *o.* et *l. c.* p. 182 s. et VAN DER MEERSCH, *o. c.*, n. 89, p. 89.

demonstrato et explicato (1), homo semper magis disponetur gratiis ulterioribus quas nunc, cooperando cum gratia, de congruo mereri potest, ut denique ad conversionem et justificationem perveniat.

Hoc modo sancti Patres explicaverunt verba Christi : « Petite, et dabitur vobis : quærite et invenietis : pulsate et aperietur vobis » (2), uti in testimoniis, in præcedenti responsione allatis, videre licet (3). Deus igitur, præ nimia sua bonitate, elevabit ad ordinem supernaturalem orationem hominis sincera mente quærentis Ipsum et ita intelligitur, quomodo s. Augustinus, qui, contra semipelagianos, tantopere inculcavit prorsus gratuitam esse gratiam, nihilominus scripserit : « Nondum traheris ? Ora ut traharis » (4).

H. Lamiroy.

III

De communione puerorum.

Q. *Explica quænam, ad normam can. 854, §§ 1-3, puerorum dispositiones esse debeant ut ss. Eucharistia ipsis ministrari possit ?*

R. 1° Quamquam omnes infantes baptizati, ii quoque qui ratione nondum utuntur, capaces sunt suscipiendi hoc sacramentum (5) et olim ad illud admittebantur, tamen, quia usu rationis adhuc carentes nulla necessitate obligantur ad sacramentalem Eucharistiæ communionem (6)

---

(1) Præsertim ubi de distributione gratiæ supernaturalis.

(2) *Matth.*, VII, 7 ; *Luc.*, XI, 9.

(3) Supra, p. 282.

(4) *In Jo. evang. tract.* XXVI, 2 (MPL, XXXV, 1607) ; cfr etiam *Conc. trid.*, sess. VI, *Decretum de justificatione*, cap. 5 (*Enchir.*, n. 797).

(5) Cf. supra, p. 286.

(6) Juxta concilium tridentinum, sess. XXI, cap. 4 et can. 4. Denzinger, *l. c.*, n.n. 933, 937.

et aliunde ad decentiam et reverentiam sacramenti magis expedit (1) ut hujusmodi parvuli a sacra synaxi arceantur, juxta hodiernum usum Ecclesiæ statuit can. 854. § 1 : « *Pueris, qui propter ætatis imbecillitatem nondum hujus sacramenti cognitionem et gustum habent, Eucharistia ne ministretur* ».

Desumitur tenor hujus § 1 ex Rituali romano, tit. IV, cap. 1, n. 11. In catechismo autem concilii tridentini (2) legitur eos a communione excipi « qui nondum *rationis usum* propter ætatis imbecillitatem habent », ita ut ex collatione hujus textus cum tenore can. 854, § 1 appareat cognitionem et gustum (3) hujus sacramenti denotare subjectum quod rationis usum habet.

Id quoque affirmat decretum *Quam singulari* s. Congregationis de Sacramentis, 8 augusti 1910 (4), hisce verbis : « quemadmodum ad confessionem ætas discretionis ea censetur, in qua honestum ab inhonesto distingui potest, nempe qua ad usum aliquem rationis pervenitur ; sic ad communionem ea esse dicenda est, qua eucharisticus panis queat a communi dignosci ; quæ rursus eadem est ætas in qua puer usum rationis est assequutus ».

Itaque, rationis usus ad confessionem necessarius, non differt ab eo qui ad communionem ab Ecclesia exigitur, quamvis diverso signo detegi possit. Utrum vero puer qui habet usum rationis ad pœnitentiam et Eucharistiam suscipiendam necessarium, eo ipso jam mortaliter peccare queat, an venialiter tantum, quæstio est inter docto-

---

(1) Juxta constit. Bened. PP. XVI, 26 maii 1714, *Etsi pastoralis*, § 11. 8 (*Collectan.*, I, n. 338) ; necnon *Catechismum ex decreto concilii tridentini ad parochos*, p. 199, n. 56. Tornaci, 1890.

(2) *Ibidem.*

(3) Oportet ut puer cognoscat amorem quo flagrat divinus Salvator erga se et ejus desiderium sese ipsi uniendi in sacra communione, et ut reciproce ipse puer desideret adire Jesum in Eucharistia ut Eum veneretur et amet. Ea est devotio quæ in Rituali Romano vocatur « *gustus* sanctissimi Sacramenti. Ita, juxta instructiones episcoporum Belgii.

(4) Apud *Collat. Brugen.*, XV, (1910), p. 577. Vide quoque *Collat. Brugen.*, XVI (1911), p. 124.

res disputata. Juxta s. Thomam (1), quem sequuntur thomistæ, qui venialis peccati capax est eo ipso mortale committere valet. Id negant Suarez et theologi recentiores plurimi. Codex controversiam solvere non intendit (2).

Aliunde apparet quomodo cognitione hac et gustu, vi can. 854, § 1 requisitis, prudenter provisum sit ut puer adultus adimpleat conditiones ad validam et fructuosam sacramenti susceptionem necessarias. Etenim, supposito statu gratiæ, qui vix non semper obtinebit in pueris hujusmodi et de quo agitur in can. 855, §2-856, maxime vitandum est ne defectu sufficientis intentionis seu rectæ mentis, sacramenti susceptio in hac tenerrima ætate nullitatis vel infructuositatis periculo exponatur. Jamvero nemo non videt quomodo in pueris, qui cognitionem et gustum hujus sacramenti habent, has necessarias conditiones verificari prudenter conjici liceat.

2° Signum adepti rationis usus, quod circa septimum annum sive supra sive etiam infra manifestari solet (3),

---

(1) *Sum. theol.*, I-IIæ, q. 89, a. 6, c.

(2) Ut puer prædicta sacramenta suscipere queat sufficit aliqualis usus rationis, adeoque capacitas peccandi venialiter. Quodsi quæratur quisnam usus rationis sufficiat ut puer *præcepto* communionis et confessionis obligetur, respondendum est requiri et sufficere ut puer possit peccare mortaliter. Quoad confessionem id communiter admissum est et quoad communionem id eruitur ex verbis conc. trid., sess. XXI, cap. 4 : « Denique eadem sancta Synodus docet, parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem, siquidem per baptismi lavacrum regenerati et Christo incorporati adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt ». Contraria sententia tribuitur Em. Card. Gasparri, sed videtur Em. Cardinalem, ad mentem codicis, affirmare non esse inhærendum in his distinctionibus, quia capacitatem subjecti ad sola venialia et capacitatem ad mortalia perpetranda prudenter discernere non possumus, adeoque *practice* sufficere ut constet de sola capacitate leviter peccandi ut obligatus quis habeatur præcepto viatici et communionis paschalis. Vide periodicum *Hostia*, januarii 1921 ; *Archiv für Katholisches Kirchenrecht*, 1921, t. CI, p. 68 ; *Nouv. revue théologique*, 1921, p. 232 ss.

(3) Juxta decretum *Quam singulari*, statutum I. Cf. *Collat. brugen.*, XV (1910) p, 579 et XVI, p. 125. Post septimum annum præsumptio capacitatis pueris favet, ante septimum annum contrariam præsumptionem diluere debent.

pressius determinatur in can. 851 § 2, cujus tenor sequitur : « *In periculo mortis, ut sanctissima Eucharistia pueris ministrari possit ac debeat, satis est ut sciant Corpus Christi a communi cibo discernere illudque reverenter adorare* ».

Adverte verba « ut sanctissima Eucharistia pueris ministrari *possit* ac *debeat* ».

Dicitur « possit » quia aliquod minimum est ab Ecclesia ad prudentem ministrationem absolute requisitum ; dicitur « debeat » quia « detestabilis omnino est abusus non ministrandi viaticum et extremam unctionem pueris post usum rationis eosque sepeliendi ritu parvulorum. In eos, qui ab hujusmodi more non recedant, Ordinarii locorum severe animadvertant ». Ita, juxta statutum VIII decreti *Quam singulari* (1).

Igitur, ad normam can. 854, § 2, in articulo mortis oportet ut sciant parvuli :

a/ Corpus Christi a communi cibo discernere. Scilicet, oportet ut non ignorent in mensa sacra sumi ipsum Jesum, Deum et hominem, non communem panem sed maxime adorandum animæ cibum. Quæ doctrina laudabiliter, in ipso mortis articulo, paucis verbis proponatur.

b/ Illudque reverenter adorare. Ad rem Trihle : « Il est inutile de presser les mots *adorare reverenter*, pour commenter l'acte de latrie et les sentiments de respect intérieur et extérieur qui l'accompagnent. Cela est hors de la portée de ces enfants, surtout moribonds. On se contentera d'un acte extérieur quelconque, bien simple, de vénération, dont ils seront capables et qu'on leur suggérera ; le petit malade ne manquera pas, la grâce aidant, de l'accompagner des sentiments intérieurs que l'imagination vive de son âge et la connaissance rudimentaire de la présence réelle fera éclore en lui » (2).

Demum, adverte verba *satis est.*

---

(1) *Collat. Brug.*, XV, p. 580.
(2) *Nouvelle revue théologique*, 1921, p. 18.

Nimirum, per se non requiritur ut parvuli isti percipiant omnia puncta necessaria necessitate medii, ut ex comparatione ad § 3 liquet. Ratio est quia justitiam baptismalem per hoc tempus breve et minus periculosum rationis illucescentis servare potuerunt, quin varios (1) illos actus fidei supernaturalis exercuerint

Quodsi in hac tenerrima ætate, quod vix unquam continget, jam lethaliter peccaverint, horum mysteriorum fides necessaria foret de necessitate medii ad justificationem, sicuti et sacramentum pœnitentiæ, atque applicandus esset can. 856.

Ceterum confessio viatici receptioni regulariter præmittetur.

3° Ad rectam can. 854, § 3 intelligentiam, prænotandum est puerum, qui usum rationis adeptum esse dignoscitur, practice ex hoc tempore obligari præcepto viatici et communionis paschalis.

Sane, si quæratur a quonam tempore puer præcepto communionis obnoxius sit, theoretice respondendum est : a tempore quo mortaliter peccare potest. Præceptum enim divino-ecclesiasticum, ad mentem concilii tridentini (2), tunc tantum urgere incipit.

At, quamvis theologi sat multi censeant puerum qui jam venialiter peccare potest, non ideo semper mortalis culpæ capacem esse (3), hanc diversam capacitatem *practice*, in casu concreto, prudenter discernere quis poterit ?

Qua de causa, codex talem distinctionem negligit eamque omisit decretum *Quam singulari*, uti patet ex statuto I : « Ætas discretionis tum ad confessionem tum ad s. communionem ea est, in qua puer incipit ratioci-

---

(1) Sane ipsa discretio cibi eucharistici supponit aliqualem cognitionem quorundam punctorum. Cfr. p. præcedentem.

(2) Cf. Denzinger, n. 933.

(3) Juxta hanc sententiam, theoretice et in abstracto dicendum esset sacramenta communionis et confessionis jure (vi can. 854, 902) recipi *posse* ab iis qui venialiter peccare queunt, *debere* autem recipi (vi can. 859, § 1, 906), ab iis solis qui peccati mortalis capaces existunt.

nari, hoc est circa septimum annum, sive supra, sive etiam infra. Ex hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique præcepto confessionis et communionis » (1).

Itaque puer, rationis usum adeptus, tenetur præcepto viatici et communionis paschalis, idque etiam ante septennium (2); et hac de causa ab hoc tempore providere oportet ut dispositiones acquirat de quibus in can. 854, § 3, nunc explicando, statuitur : « *Extra mortis periculum plenior cognitio doctrinæ christianæ et accuratior præparatio merito exigitur, ea scilicet, qua ipsi fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem pro suo captu percipiant, et devote pro suæ ætatis modulo ad sanctissimam Eucharistiam accedant* ».

Dicitur requiri cognitionem pleniorem et præparationem accuratiorem quam ea quae juxta § 2 in periculo mortis sufficere potest. Ex alia parte manet statutum II decreti *Quam singulari* : « Ad primam confessionem et ad primam communionem necessaria non est plena et perfecta doctrinæ christianæ cognitio. Puer tamen postea debebit integrum catechismum pro modo suæ intelligentiæ gradatim addiscere » (3).

Ut hæc plenior cognitio et accuratior præparatio sufficienter verificetur, oportet ut, adimpletis dispositionibus § 2, parvuli præterea :

a/ Fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem pro suo captu percipiant, seu sciant Deum esse unicum, remuneratorem bonorum et vindicem malorum, tres esse personas divinas, scil. Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, Filiumque pro nobis hominem factum esse. Ad rem Trihle (4) : « Ces notions sont les seules

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, XV, p. 579.

(2) Vi can. 859, § 1, collato can. 12.

(3) Cf. *Collat. Brugen.*, l. c. Nota quoque statutum V de communione generali puerorum et de præmittenda instructione et præparatione per aliquot dies.

(4) *Nouvelle revue théologique*, 1921, p. 20.

requises par le canon et encore ne peut-on pas exiger qu'il sache tout ce que le catéchisme apprend sur ces points ; il suffit qu'il ait appris que cela existe et qu'il donne à ces vérités son assentiment, selon que le permet le développement de son intelligence. Il n'est pas nécessaire davantage qu'il ait retenu par cœur toutes ces notions, ni qu'il les ait perçues bien distinctement. Il est en effet, à peu près certain que son idée de Dieu sera anthropomorphique, et que la présence réelle sera plutôt une image. Le code demande qu'il saisisse ces notions, *pro suo captu*, comme il le pourra ».

Hæc perceptio mysteriorum fidei, supposito statu gratiæ baptismalis perseverante, de se non est necessaria ad fructuosam susceptionem hujus sacramenti, sed ex sola voluntate Ecclesiæ exigitur ob rationes convenientiæ et ad negligentias culpabiles præcavendas.

b) Devote pro suæ ætatis modulo ad sanctissimam Eucharistiam accedant, seu requiritur ut accedentes voluntatis affectus exterius manifestent modo ætati suæ convenienti.

Paucis verbis conditio juridica puerorum in can. 854 exposita, conformis est disciplinae in statutis I-III decreti *Quam singulari* traditæ. Attamen, in codice introducta est quædam distinctio, videlicet : in vitæ discrimine non requiritur, quemadmodum ob rationes convenientiæ id exigitur extra mortis periculum, non requiritur inquam ut parvuli, nondum graviter lapsi, mysteria fidei necessaria necessitate medii percipiant.

IV

De prima communione puerorum.

Q. *Quomodo judicium confessarii vel parentum de sufficienti puerorum dispositione (can. 854, § 4) cum officio advigilantiæ quod parocho committitur (can. 854, § 5) componi potest ?*

R. 1° Quilibet baptizatus, siquidem in baptismo jus fundamentale acquisivit ad Eucharistiam percipiendam,

dummodo jure non prohibeatur, admitti potest et debet ad sacram communionem (can. 853). Prohibentur autem pueri qui propter ætatis imbecillitatem hujus sacramenti cognitionem et gustum nondum habent (can. 854, § 1-3).

Jamvero, qua « ætate sacra mysteria danda sint, nemo melius constituere potest quam pater et sacerdos, cui illi confiteantur peccata. Ad illos enim pertinet explorare et a pueris percunctari, an hujus admirabilis sacramenti cognitionem aliquam acceperint et gustum habeant » (1). Qua de causa statuit can. 854, § 4 : « *De sufficienti puerorum dispositione ad primum communionem judicium esto sacerdoti a confessionibus eorumque parentibus aut iis qui loco parentum sunt* ».

Ad ipsos igitur pertinet, exploratis pueri dispositionibus de quibus in can. 854, § 1-3, declarare utrum necne puer a sacra communione jure adhuc arceri possit. Sedulo tamen advertendum est vices parentum gerere institutores christiani et omnes a quibus pueri catechetica institutione erudiuntur. Quibus sane adnumerandus est ipse zelosus pastor animarum qui, juxta præscriptum can. 1330, n° 2°, peculiari studio, præsertim, si nihil obsit, quadragesimæ tempore, pueros sic instituit ut sancte Sancta primum de altari libent.

Præterea notemus parentes non obligari ut consultum adeant parochum, decere tamen ut eumdem moneant sese prolem suam, idoneam repertam, quamprimum ad sacram synaxim adducturos esse.

2° Attamen ob can. 853-854, § 1 et quia parochus vi sui officii, subditis veluti paterfamilias invigilare debet ad bonum animarum quorum curam habet (can. 464, § 1), ideo statuit legislator : « *Parocho autem est officium advigilandi, etiam per examen, si opportunum prudenter judicaverit, ne pueri ad sacram synaxim accedant ante adeptum usum rationis vel sine sufficienti dispositione ;*

---

(1) CATECHISMUS CONCILII TRIDENTINI, *De sacramento Eucharistiæ*, n. 56.

itemque curandi ut usum rationis asseculi et sufficienter dispositi quamprimum hoc divino cibo reficiantur » (can. 854, § 5).

Itaque, *a*/ vi istius officii, parochus monere debet parentes ad eos, sensu supra expositò, spectare ut judicium ferant de idoneitate pueri ad primam communionem ; parentes docere debet quænam dispositiones ad normam can. 854, §§ 1-3 a puero exigantur, mentemque eorum attentam facere dispositionibus illis explorandis.

Præterea, quia parentes suum officium aliquando negligunt aut impares sunt illud rite adimplendi, et quia ipsi pueri spreto aliorum judicio imprudenter agere queunt, ideo, ubi simile quid animadvertit aut suspicatur, officium est pastoris ut obusum prudenter præveniat.

Qua de causa, si opportunum prudenter judicaverit, poterit in casu quodam particulari puerum examini subjicere ; caveat tamen ne id faciat *quia* parentes ejus consilium non exquisierunt, vel *quia* eum non monuerunt de instante prima communione pueri : qui sic ageret, amore suimetipsius non autem zelo gloriæ divinæ aut salutis animarum moveretur.

Itaque, si parentes vere christiani sunt, fidat parentum judicio : optime enim observare possunt an filius aliqualem cognitionem sacramenti necnon mysteriorum, quæ necessitate medii necessaria sunt, acquisiverit et, quod spectat gustum cibi cœlestis, parentes melius profecto quam parochus dispositiones cordis et voluntatis filii explorare queunt.

Præterea, si puer comitantibus parentibus ad sacram synaxim accedat, importune examen in his adjunctis exigeretur et imprudenter sacra communio denegaretur, nisi *manifestum* sit puerum hujus sacramenti cognitione et gustu carere. Prudens pastor animarum tales casus pro posse suo præveniet, parentes adeundo : et oportet ut hujus judicium auctoritate tunc valeat apud eos, nisi manifeste erroneum sit.

Officium parochi non requirit ut ab omnibus pueris

indiscriminatim hujusmodi examen exigatur, quod satis ex prædictis compertum est. Quare non posset pueros indiscriminatim sub conditione examinis ad primam communionem admittere, saltem si *privatim* eam recipiant ; nam si *in corpore* seu per modum communionis *generalis* accederent, posset eorum admissionem conditioni præviæ instructionis catecheticæ et examinis subjicere.

b) Pastor animarum præcipuam curam habebit ut pueri, usum rationis assecuti, et sufficienter disponantur et rite dispositi quamprimum hoc divino cibo reficiantur. Huc spectat can. 1330, n° 2°, de quo supra. Proin, si casus occurrit, monere debet parentes de idoneitate pueri ad primam communionem eosque movere, refellendo prætextus, ut prolem suam ad sacram synaxim quamprimum adducant.

Paucis verbis : parentes judicant de idoneitate prolis parochus vero prospicit adimpletioni legis et bono gregis, et sic potest modo opportunum sit, in casu particulari, per seipsum examinare idoneitatem pueri : videlicet quando de ipsa idoneitate judicum (parentum scil.) prudenter dubitat vel quando suspicatur puerum judicium parentum vel confessarii neglexisse.

Denegare potest communionem puero qni manifeste dispositionibus lege requisitis caret. Hæc valent de communione privatim instituenda (1).

V. Coucke.

V.

De materia examinis particularis.

Q. *Quomodo determinanda materia examinis particularis?*

R. *In genere* materia examinis particularis sunt omnia vitia et defectus, ut eradicentur, sensus, potentiæ et

(1) Cf. De Brabandere-Van Coillie, *Juris canonici compendium*, t. III, n. 471. Brugis, 1914 ; Trihle in *Nouv. revue théol.*, 1921, p. 70 ss ; necnon Trouiller, *ibidem*, p. 478 ss.

passiones animæ, de se indifferentes, ut ad bonum ordinentur, virtutes omnes ut acquirantur, quotidianæ actiones ut reformentur et ad perfectionem expoliantur (1).

In specie materia examinis particularis pro unoquoque individuo accurate determinanda est, habita ratione tum impedimentorum, tum auxiliorum naturæ et gratiæ quæ in ipso præsto sunt. Ea tantum conditione examen particulare finem suum obtinebit, hunc nempe individuum ad attingendum gradum sanctitatis sibi personalem juvabit (2).

I. Electio igitur materiæ determinatæ examinis particularis præsupponit cognitionem physionomiæ peculiaris uniuscujusque animæ, seu indolis personalis cujusque individui. Media ad hanc cognitionem acquirendam sunt tum frequens examen generale conscientiæ, quo innotescunt hinc peccata sive malitiæ sive fragilitatis, imprudentiæ, negligentiæ quæ frequentius in vita nostra accidunt, inde defectus sive intentionis sive executionis in ipsis bonis operibus occurentes, tum judicium confratrum,

---

(1) Cfr Bona, *Horologium asceticum*, c. IV, § 2, de examine particulari. Alvarez de Paz, *De exterminatione mali*, L. III, P. III, c. 13. Vide alia opera citata hoc tomo p. 219 ss.

(2) Cfr *Collat. Brugen.*, t. XXI, p. 508 sq. L. Sempé, S. J., *L'examen particulier*, [Messager du Cœur de Jésus, 1921, p. 164 ss.] « L'examen particulier est une méthode rationnelle et énergique de culture morale fondée sur l'analyse du caractère et visant, par la répression des tendances mauvaises et le développement des bonnes, à tirer de notre tempérament spirituel le meilleur rendement de vertu » (p. 165). « Le caractère est tout à la fois un amas d'obstacles cachés et une mine de ressources trop peu connues pour notre sanctification. D'où nécessité d'une investigation pénétrante qui nous fasse prendre conscience une bonne fois de nos tendances dominantes soit vers le mal, soit vers le bien ; nécessité d'un programme rationnel et pratique d'action sur la tendance mauvaise pour la réprimer, l'atrophier, l'étouffer si possible, sur la tendance bonne pour la stimuler, l'amplifier, la surnaturaliser ; nécessité enfin d'un effort quotidien pour appliquer ce programme, c.-a. d. pour prévoir, décider et revoir les actes qui le composent. En un mot, nécessité de *l'examen particulier*. Car il est cela : rien que cela, mais tout cela » (p. 167 sv.).

amicorum, superiorum et præprimis directoris spiritualis (1). Ad hanc genuinam cognitionem nostrimetipsorum et aliorum, etiam usui esse possunt classificationes generales ad quas auctores diversas indoles reducere conati sunt et quas ideo paucis verbis referre juvat. Adverte tamen in antecessum hos caracteres-typos non inveniri in concreto pure et separatim quales describuntur, sed semper invicem permixtos occurrere.

Alii Aa., vestigiis antiquorum inhærentes, tot distinguunt temperamenta moralia quot vetus physiologia hippocratica numerabat temperamenta physica (2). Ita v. g. Ribet computat sex temperamenta eaque hoc modo describit (3).

1. Le tempérament *flegmatique* ou *lymphatique* est calme, tranquille, égal à lui-même, mais sujet à la paresse, la lenteur, l'insensibilité (4).

2. Le tempérament *sanguin*, est vif, sensible, affectueux, généreux, dévoué, mais d'autre part porté à la volupté, inconstant, a horreur de la peine et de l'effort (5).

3. Le tempérament *colérique* ou bilieux se caractérise par le besoin de l'activité, du zèle, est hardi, endurant, a la tempérance et la chasteté relativement faciles.

---

(1) Cfr Faber, *Progrès de l'âme*, p. 91 ss. ubi multa media describuntur ad detegendam passionem dominantem utilia. Quod autem spectat monitiones aliorum, vitandum est sedulo ne multiplicitas consiliariorum confusionem potius generet quam distinctam notitiam. Ideo oportet ut omnia elementa tandem judicio directoris spiritualis subjiciantur atque ab eo finalis et unitiva sententia expetatur. Cfr F. X. Mutz, *Christliche Aszetik*, p. 187 ss.

(2) Ita M. Godinez, S. J., *Praxis theologiæ mysticæ*, Paris, Lethielleux, 1921, p. 230 ss. ; D. Schram, O. S. B., *Institutiones theologiæ mysticæ*, t. II, § 377 ss. ; J. Guibert, S. S., *Le caractère* ; M. J. Ribet, *L'ascétique chrétienne*, p. 191 ss.

(3) Guibert, *o. c.*, cum antiquis quatuor tantum numerat : le sanguin, le nerveux, le bilieux ou colérique et le flegmatique.

(4) Cfr Guibert, *o. c.*, p. 199. Parmi les flegmatiques les uns sont apathiques, les autres, hommes de haute valeur. Note distinctive : activité, mais calme, mesurée. Conseil : secouez-vous.

(5) Cfr Guibert, *o. c.*, p. 177.

D'autre part il est enclin à l'orgueil, la colère, l'obstination (1).

4. Le tempérament *mélancolique* ou *atrabilaire*, est porté à la solitude, la circonspection, l'austérité, la méditation et la contemplation, mais il est aussi exposé à la tristesse, aux scrupules, au désespoir, à la méfiance, à la jalousie (2).

5. Le tempérament *nerveux* est doué d'une facile et profonde sensibilité, mais il est mobile, changeant, susceptible, irritable.

6. Le tempérament *musculaire* ou *athlétique*, modification du tempérament sanguin, offre souvent une intelligence bornée, une sensibilité morale émoussée, une inclination à l'intempérance et à l'impureté, mais à la fois une docilité et une obéissance faciles.

Alii vero Aa., hanc veterem rationem distribuendi temperamenta deserentes, distinguunt varios caracteres sequenti modo, juxta prædominantiam unius aliusve facultatis in tota vita psychologica (3).

1. *Les caractères à base de sensibilité*, c-à-d. où prédomine la faculté d'éprouver du plaisir ou de la tristesse, de beaucoup les plus nombreux surtout parmi les femmes *a*/ Les uns plus sensibles au plaisir qu'à la douleur sont les *caractères heureux*, *gais* ou *enthousiastes* : ils sont optimistes, aimables, sympathiques, bien doués pour avoir de l'influence ; mais souvent l'envers de ces qualités c'est la paresse, la négligence, l'inconstance. *b*/ Les autres, plus sensibles à la douleur qu'à la joie, sont *les mélancoliques*, graves, circonspects, concentrés, enclins au pessimisme, portés à la vie intérieure.

2. *Les caractères à base d'imagination* *a*/ *Le rêveur*, qui facilement devient aboulique, caractère très fréquent et dangereux à l'époque de la crise de puberté. *b*/ *L'artiste*, ordinairement un distrait, absent, dépaysé, présentant souvent une volonté affaiblie. *c*/ *L'esprit faux*, porté aux idées excentriques, téméraires et au paradoxe.

3. *Le caractère* où domine *l'activité extérieure* fait ou

---

(1) Guibert, *o. c.*, p. 192 décrit les bilieux comme des impulsifs, passionnés ou volontaires.

(2) Guibert, *o. c.*, p. 173 caractérise ainsi les nerveux.

(3) Cfr L. Sempé, S. J., apud *Messager du Cœur de Jésus*, 1921, p. 235 ss. etc. Vide indicem.

bien *l'agité,* quand cette fièvre d'activité est accompagnée d'un manque de recueillement et de profondeur, ou dans le cas contraire, *l'apôtre.*

4. *Le caractère à base d'intellectualité*, dominé par la passion de savoir. L'intellectualisme à outrance tue l'esprit de décision et énerve la volonté, fait les caractères *indécis et aboulíques*, ou encore sécularise l'esprit. Bien orienté, uni à l'amour de Dieu, ce caractère fait *les contemplatifs.*

5 *Le caractère à prédominance de volonté* fait *les énergiques.* Mais l'excès de volontarisme produit le caractère *violent*, *l'entêté*, *l'obstiné.* Au contraire si la douceur s'y allie à la force, le caractère énergique devient éminemment propre au gouvernement des autres, tandis que pour lui-même il recherche l'austérité de la pénitence ; mis au service de la charité il est la source des vertus héroïques.

Hoc studio propriæ indolis detegitur vitium dominans simul atque inclinatio bona correspondens. Vitium dominans (1), utpote radix ceterorum defectuum, atque initium universæ cæcitatis mentis atque tepiditatis cordis (2), primum aggredi oportet (3), sed ex ordine multiplices ejus manifestationes successive impugnando, incipiendo nimirum ab exterioribus, frequentioribus, quæ ipsi individuo maximum periculum creant, vel aliis

---

(1) Ut superbia, inanis gloria, ira, studium propriæ voluntatis, obstinatio in proprio judicio, amor commodorum suorum, sensualitas, gula, carnalitas, pigritia, horror laboris etc.

(2) Alvarez de Paz, *l. c.*, c. xiii. Faber, *Progrès de l'âme*, p. 92. « C'est à elle [la passion dominante] qu'il faut rapporter au moins deux tiers des péchés des hommes ». Cfr Tissot, *La vie intérieure simplifiée*, p. 510 ss.

(3) Faber, *o. c.*, p. 92. « Il serait faux d'affirmer qu'on ne peut faire aucun progrès dans la vie spirituelle jusqu'à ce que la passion dominante soit vaincue,..... mais ce qui est vrai, c'est qu'aucun progrès n'est possible tant qu'une guerre acharnée n'aura pas été déclarée à ce terrible ennemi. Cette guerre est donc un devoir qui n'admet pas de délai ». Ribet, *o. c.*, p. 204: On vaincra le défaut dominant à trois conditions, 1° être pleinement convaincu dans la lutte, 2° ne jamais se décourager mais recommencer sans cesse, 3° ne jamais limiter le temps du combat.

scandalum aut molestiam afferunt, vel officiis status repugnant. Inclinatio autem dominans in bonum (1) simul evolvi debet, modo elevetur, purificetur, ita ut fiat propria via spiritualis.

II. Qui autem nullum in se detegit vitium dominans sed multos in se reperit defectus quasi independentes, ab illo iterum incipiat qui sibi maximum detrimentum aut proximo scandalum affert, aut officiis status sui valde contrariatur (2).

Haud inutile erit forsan præcipuos defectus passim occurrentes breviter recensere (3), ad quos ceteri facile reduci possunt.

1. (Ex parte intellectus). Le manque de jugement ou de bon sens, et dans un degré moindre la naïveté.

2. La vanité et la suffisance, affectation en paroles, gestes, manières, pédantisme.

3. La fierté qui se rapproche du défaut précédent, mais s'allie à une certaine grandeur et dignité.

4. La violence qui n'exclut pas un fond de bonté, et le penchant à la veangance uni à la rancune.

5. La dureté de cœur, une des formes les plus ordinaires de l'égoïsme, soit insensibilité au malheur d'autrui, soit joie dans ce malheur, soit plaisir de faire souffrir.

6. Le trop d'empressement, manque d'équilibre entre l'activité et la raison.

7. La légèreté d'esprit et l'inégalité d'humeur, d'où étourderie, puérilité.

8. La singularité, source de bizarreries et de caprices, suite de la naïveté ou du besoin de se rendre intéressant.

9. L'inclination à la mélancolie.

10. La pusillanimité et l'inquiétude, troubles continus sans raison, irrésolution, scrupules.

11. La dissimulation ou le penchant au déguisement,

---

(1) Ut inclinatio ad silentium, recollectionem, activitatem apostolicam, contemplationem, austeritatem etc.

(2) ALVAREZ DE PAZ, *l. c.*

(3) Cfr ORTOLAN, apud *Dictionnaire de théologie catholique*, v° Défauts.

esprit de mensonge, ennemi de toute candeur, engendre l'hypocrisie.

12. La prodigalité provenant de la vanité et de la paresse.

13. La sensualité soit de l'esprit qui ne cherche qu'à se complaire aux idées agréables, soit du cœur qui se laisse prendre aux affections tendres fondées sur les qualités extérieures, soit du corps, recherchant les plaisirs des sens ou de la chair.

14. L'indulgence ou excès de tendresse pour soi, faiblesse de volonté s'arrêtant devant le moindre obstacle.

15. L'indolence qui conduit promptement à la paresse, le lâcheté, l'apathie morale.

III. Adverte tandem in eligenda materia examinis particularis in decursu vitæ spiritualis, servandam esse gradationem correspondentem tribus stadiis illius vitæ. Initio nimirum, seu *in stadio incipientium* ex professo et directe vitia impugnanda sunt per actus respective oppositos mortificationis sensuum externorum (visus præsertim et auditus), linguæ (quum silentium sit simpliciter necessarium ad gratiam devotionis et unionis cum Deo comparandam), phantasiæ et memoriæ, passionum, intellectus et voluntatis, etiam per strictam observantiam propriæ disciplinæ. *In stadio* vero *proficientium* directe vacandum est positivæ exercitationi in virtutibus pœnitentiæ, paupertatis, castitatis, humilitatis, obedientiæ, mansuetudinis, patientiæ, indifferentiæ, dein fidei, spei, charitatis.

In stadio denique *perfectorum* omnis conatus dirigendus est ad continuam Dei præsentiam et unionem amorosam cum Ipso colendam simul ac ad perfectionem fraternæ dilectionis exercendam (1).

A. Legrand.

---

(1) Cfr Alvarez de Paz, *l. c.*, c. xiii ; Bona, *l. c.*

VI.

De missa coram SS^mo exposito.

Q. *An licet missam celebrare ad altare expositionis ?*

R. Responsum præcisum exhibet S. R. C. decretum recens, in *Marianopolitana*, diei 17 apr. 1919 (1) :

« In nonnullis ecclesiis et oratoris publicis vel semipublicis, ubi SS^mo Eucharistiæ Sacramentum legitime asservatur, usus quidam introductus est, ut Missæ cantatæ vel lectæ coram SS. Sacramento solemniter exposito in altari celebrentur, utque intra vel extra missam in eodem altari, durante expositione, S. Communio Christifidelibus administretur. Hinc Archiepiscopus postulavit : Utrum hic usus permitti vel tolerari possit ? » Resp. « Ad primam partem, præfatum usum *non licere*, *sine necessitate*, *vel gravi causa, vel de speciali indulto ;* et ad secundam partem, *negative*, juxta Decretum n. 3448 *Societatis Jesu*, 11 mai 1878, ad I (2) ».

Hoc decretum clare determinans et *regulam* et *exceptiones*, dilucide exprimit et firmat jus hodiernum ex lenta evolutione disciplinæ antiquioris ortum.

Per duodecim priora sæcula ignota erat praxis publice exponendi SS. Eucharistiam. Quum autem ineunte sac. XIII inductus esset mos elevandi et ostendendi S. Hostiam statim post panis consecrationem in missa, postea etiam elevandi calicem, cœperunt pedetentim fideles magnam, imo interdum nimiam efficaciam tribuere S. Hostiæ nudo aspectui. In processione novi festi Corporis Domini (1264) cœperunt S. Hostiam in monstrantia sub cristallo deferre, eamque conservare in vasis vitreis, post crates cristallo instructas, et tandem illam

---

(1) Ap. *Acta Apost. Sedis*, XI (1919), p. 246.
(2) Quod vide infra, p. 328.

ad majorem solemnitatem per aliquot tempus, aut etiam infra aliquam functionem publice exponere (1).

Usus publice exponendi SS. Sacramentum infra missam sæc. XV et XVI satis invaluit in Germania et in nostris regionibus. Sed huic praxi non favebat S. Sedes, ut potet ex Cæremoniali Episcoporum, I, XII, 9 dicente : « non incongruum, sed maxime decens ut in altari, ubi sanctissimum Sacramentum situm est, Missæ non celebrarentur, quod antiquitus observatum fuisse videmus ».

Et S. Rituum Congregatio non solum expositionem SS. Sacramenti semper committebat vigilantiæ Episcoporum, sine quorum licentia fieri non poterat, sed adstruebat ut REGULAM non licere celebrare missas in altari expositionis ; *exceptiones* solum admittebat in casu necessitatis et ex speciali indulto. Ita die 9 aug. 1670, in *Bonon.* n. 1406, declarat « *non licere celebrare missas in altari, exposito in eodem SS. Sacramento*, stante *præsertim* quod adsint alia altaria in quibus celebrari possint ».

Anno sequenti, 13 junii 1671, in una *Angelopolitana* non minus decretorie statuitur regula, sed magis directe exprimitur exceptio. Dubitanti de modo dandi benedictionem in missa solemni coram SS^mo^ exposito, respondet S. C. : « *Non debet celebrari Missa in altari, ubi est expositum SS. Sacramentum*, nisi pro eo reponendo (2) ; et si *ex necessitate* fieri opus esset, populus est benedicendus more consueto et non cum SS. Sacramento » (D. 1421, 5).

Eamdem *regulam* applicavit Instructio Clementis XI, diei 1 sept. 1731, pro expositione SS. Sacramenti in forma XL Horarum, præscribens, § XII, ut « in altari ubi est expositum SS. Sacramentum alia non celebretur missa quam solemnis pro expositione et repositione » h. e. prima die et tertia ; die autem intermedia, etiam

(1) Cf. H. THURSTON, S. J. in *The Cathol. Encyclop.*, v° *Exposition*.
(2) Alluditur ad missam repositionis in die tertia XL Horarum.

missa votiva cantanda erit « in alio altari quod non sit altare expositionis, nec in quo sit tabernaculum cum Sacramento incluso » (§ XV).

Eidem *regulæ* inhæsit S. R. C. v. g. in *Feretrana*, 11 mart 1837, n. 2765, consuetudinem contrariam « tanquam abusum eliminandum » declarans, et in *Baionen.* 13 sept. 1879, n. 3505, 1, respondens « optime se gessisse » magistrum cæremoniarum qui mandaverat celebrationem missæ et communionis distributionem extra altare ubi SS. Sacramentum erat expositum ».

Aliunde EXCEPTIONES quædam admissæ fuerant : notatim exceptio universalis quam hodie can. 1274, § 1 sic exprimit : « expositio publica seu cum ostensorio die festo Corporis Christi et intra octavam fieri potest in omnibus ecclesiis *inter missarum sollemnia* (1) et ad Vesperas » ; et indulta plura concessa confraternitatibus vel Institutis particularibus.

Præterea in multis regionibus laxior quædam exceptionum interpretatio invaluerat et praxim faciliorem celebrandi coram SS^mo^, præsertim minus solemniter, exposito, pluribus decretis particularibus S. C. R. toleravit vel implicite (DD. 2390, 4, 5 ; 2417, 3 ; 2427, 10 ; 2509 ; 3599) vel etiam explicite « attenta consuetudine immemoriali » (D. 3124, 2 ; cf. D. 3728, 2).

Imo eo devenit tolerantia ut 11 jun. 1904, ad I, admiserit S. R. C. morem celebrandi præcipua festa « cum SS^mi^ publica expositione in ostensorio, etiam perdu-

(1) Cærem. Episc , II, XXXIII, 17, præscribit ut in missa processionis Corporis Domini duæ consecrentur Hostiæ, quarum altera in ostensorio velata servetur in altari dum missa coram eo absolvitur. Sed n. 33 addit : « Et quia solitum est per totam hanc octavam ponere super altare tabernaculum [h. e. ostensorium] cum SS. Sacramento discooperto, *dum Vesperæ et officia divina recitantur*, ad quæ magna populi frequentia solet occedere ». Et hæc verba auctores extenderunt etiam ad missam conventualem, quæ cum horis officii connectitur. Sed paulatim praxis eadem verba extendit ad missam sine officio celebratam, quamvis expositio SS. Sacramenti multo minus conveniat infra sacrificium missæ quam infra officium quod præcise in honorem SS. Sacramenti persolvitur.

rante missæ celebratione, ad majorem solemnitatem » modo « id passim non fiat et cum venia Ordinarii in singulis casibus obtenta » (1) Sed in collectione authentica, ex decr n. 4136, expunctum fuit præfatum dubium feliciter.

Sed tandem quæstio ex integro et ex professo soluta fuit sequenti decreto *Societ. Jesu*, 11 mai 1878, n. 3448, 1 :

« Quid sentiendum de usu in dies semper invalescente celebrandi missas coram SS. Sacramento publice exposito in ecclesiis, in quibus non desunt alia altaria ; item et distribuendi sacram Communionem in iisdem missis et extra missas in eodem altari ? » Resp. I : ad primam partem (de celebrandis missis) : *non licere sine necessitate. vel gravi causa, vel ex speciali indulto ;* ad secundam partem (de s. communione dispensanda) : negative ».

Hoc decretum quod natura sua est generale et omnino inhæret jurisprudentiæ anteriori, ut ex præcedentibus patet, omnino et explicite confirmatur recenti decreto in limine nostri responsi laudato. Manifestum est ergo hæc responsa ad stylum curiæ pertinere et verum condere jus ubique obligatorium (2).

Ad DOCTRINAM quod attinet, auctores communiter admittunt principium theoreticum et regulam generalem supra statutam ; sed, ut solet, in practica determinatione causarum ob quas licet a regula discedere, sunt alii aliis laxiores. Has causas, post Gardellini et alios sic tradit De Herdt : « In altari in quo SS. Sacramentum est expositum, non licet cantare nec celebrare missam, nisi pro eo reponendo, aut nisi desint alia altaria, in quibus celebrari possit, et celebrandi occurat necessitas, vel saltem causa rationabilis, præceptum audiendi sacrum, ne SS. Sacramentum sine adoratoribus relinquatur (3), longæva consuetudo difficillime sine offensione abrum-

(1) Cfr. CB, x, 182.
(2) C. CALLEWAERT, *De S. Liturgia universim*, n. 135, 3, b.
(3) Hæc causa tamen a Gardellini et aliis omittitur et meritó quidem.

penda, modo SS. Eucharistia in missa non distribuatur : hoc enim non licet (1) ». Sed in praxi multo facilius procedi solet et multiplicantur « missæ cum expositione », quasi expositio SS. Sacramenti vere ad solemnitatem et non ad perturbationem et diminutionem missæ conferret !

Expositio enim SS. Sacramenti, præsertim publica, est solemnitas quædam per se stans, quæ tota directe ordinatur ad honorem Christi in Eucharistia jam realiter præsentis et ex amore nostri nobiscum manentis. Ad hoc tendunt apparatus solemnior, lūmen, ritus et rubricæ ab Ecclesia præscriptæ v. g. de nudo capite, de incensatione, de multiplicandis genuflexionibus, de omittendis osculis et reverentiis alias debitis, de pulsatione campanulæ, de vitando apparatu funebri, etc. Ad hoc dirigi debent omnia exercitia, cantus, preces, adorationes. Ad hoc etiam duci et attrahi debet tota attentio et devotio fidelium, quæ non debet a SS. Sacramento distrahi.

Ex alia parte missæ sacrificium est alius actus cultus per se stans, omnium actuum maxime excellens et totius cultus centrum, in quo omnia ordinantur non tam ad Christum jam præsentem sed ad præparationem, oblationem et immolationem ac consummationem divinæ Victimæ amore nostri sacrificium suum renovantis.

Si nunc utrumque ritum ita conjungas ut quasi in unum coalescat, quis non videt necessario inde oriri aliquam perturbationem et antinomiam (2), quæ vitanda est quantum fieri potest.

Oritur perturbatio in directione devotionis fidelium : si toti intenti sint in SS. Sacramento adorando, attendere nequeunt debito modo augustissimo missæ sacrificio ;

---

(1) Quandonam universim *permittat* Episcopus Brugensis expositionem, vide *Statuta diœcesis Brugensis*, p. 158.

(2) Hæc minorra erunt in missa in honorem SS. Sacramenti, v. g. infra octavam SS. Corporis Sacramenti : unde intelligitur major facilitas Ecclesiæ infra hanc octavam.

sin autem attentionem suam convertant in liturgicam sacrificii oblationem in unione cum sacerdote, uti decet et ab omnibus suadetur, non possunt non negligere SS. Sacramentum ad hoc expositum ut speciali adoratione honoretur.

Concilium Tridentinum expresse exoptat et omnino in vótis est Ecclesiæ, ut assistentes missæ participent de sacrificio per sacramentalem communionem (1). Jamvero coram SS^mo^ exposito non licet distribuere S. Communionem, ut ex præcedentibus et ex decretis multis elucet.

Quodsi in altari, in quo Episcopus vel alius solemniter est missam celebraturus, SS. Sacramentum reperiatur in tabernaculo inclusum, Caeremoniale Episcoporum jubet Sacramentum ab eo altari in aliud transfere, « ne propterea ritus et ordo caeremoniarum, qui in hujusmodi missis servandus est, turbetur » (I, XII, 8). Quanto magis timenda hujusmodi perturbatio, ubi SS. Sacramentum ad hoc exponitur ut specialem honorem recipiat : plures enim cæremoniæ a sacrificio averti debent ut in S. Hostiam expositam convertantur et vicissim.

Et tandem nonne habetur aliquis conflictus inter utriusque ritus substantiam, quatenus Christus ab initio missæ jam præsens et quidem formaliter ut colendus exhibetur, dum ex alia parte totus ritus missæ ad hoc ordinatur ut præsens fiat tanquam victima in communione consummanda ? Momentum summum et quasi apex missæ ad quod tendit tota prior missæ pars, est in hodierna liturgia consecratio cum elevatione et ostensione S. Hostiæ adorandæ : nonne autem in missa cum expositione partim destruitur altissima hujus ritus significatio ?

Ut igitur votis Ecclesiæ morem pie geramus, suaviter quidem et prudenter sed etiam fortiter inhæreamus oportet *regulæ servandæ potius quam exceptionibus ampliandis.* Quare multum laudandi sunt qui ex una parte expositionem publicam non tam multiplicare quam

---

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, XI, 709-715.

solemnizare conantur, curando lumen, cantum, altaris ornatum, observando rubricas, instruendo et convocando fideles, et removendo omnes distractionum causas ; et qui ex alia parte omni ope nituntur adaugere indies æstimationem augustissimi sacrificii, tum inculcando opportune, importune, pretium ejus inæstimabile, tum curando ut in celebratione omnia digna, sancta, pulchra sint, tum denique quærendo ut, quantum pro adjunctis fieri licet, fideles celebrationi active associentur, non solis oblatis, sed etiam precibus missalis, cantu aut responsis, et potissimum sacra communione post celebrantem digne suscepta (1).

C. Callewaert.

---

(1) Apposite R. P. P. Doncœur, S. J. *Bulletin de liturgie pratique*, in recenti fasciculo 20 junii periodici *Etudes*, t. 171, p. 694 : « Les liturgistes demandent que l'on voie autre chose qu'un caprice dans l'acte de Rome qui interdit l'exposition du saint sacrement pendant le sacrifice ; interdiction que tant de paroisses continuent de méconnaître, ne sachant plus comment donner de l'éclat à certaines fêtes, si ce rite disparaissait. Ils prient de considérer qu'il est d'autres moyens de solenniser la messe, que de la faire suivre d'une adventice bénédiction du saint Sacrement. Ne vaudrait-il pas mieux apporter au saint Sacrifice l'éclat du chant et des cérémonies de la grand'messe, et quelle conclusion plus splendide lui donner que la communion ? Ils souhaitent ainsi que la messe soit mise en pleine lumière, dégagée de tout ce qui l'offusque et la voile ».

Acta SS. Congregationum

E Suprema S. Congregatione S. Officii

DAMNATIO LIBRORUM.

Damnata fuerunt et in Indicem librorum prohibitorum relata quæ sequuntur opera.

Decreto 19 maii 1922 (1), opus cui titulus : *Die heiligen Schriften des Alten Bundes*, von Dr NIVARD SCHLÖGL, O. Cist., erster Band.

Decreto 2 junii 1922 (2), Opera omnia auctoris ANATOLE FRANCE, ad præscriptum Codicis J. C. can. 1399, 2°, 3°, 6°, 8°, 9°.

Ex S. Congr. Rituum

I.

DUBIUM.

CIRCA MISSAS DE REQUIE IN TRANSLATIONE CADAVERIS OLIM HUMATI (3).

Expostulatum est a Sacrorum Rituum Congregatione :

« Utrum Missa *de Requie*, quæ celebratur in translatione « cadaveris iam humati in definitivam sepulturam, gau- « deat privilegiis Missæ exsequialis *ut in die obitus seu* « *depositionis*, quamvis exsequiale funus peractum fuerit « occasione præcedentis sepulturæ ».

Sacra porro Rituum Congregatio, audito specialis

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, 1922, t. XIV, p. 349.
(2) *Ibid.*, p. 397.
(3) *Acta, Apost. Sedis*, XIV (1922) 393.

Commissionis suffragio, respondendum censuit : *Negative*, sed ad casum propositum eadem Sacra Congregatio extendit privilegia contenta in novis Rubricis Missalis tit. III, *de Missis defunctorum*, n. 6.

Atque ita rescripsit, declaravit et indulsit. Die 16 junii 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

Adnotanda. Non adeo infrequens nostris diebus est exhumatio et translatio cadaveris jam forte cum missa exsequiali definitivæ sepulturæ traditi. Si occasione hujus translationis et novæ tumulationis celebretur missa *de Requie*, hæc missa gaudebit deinceps omnibus privilegiis concessis non quidem missæ *exsequiali*, sed missæ *anniversarii* stricte dicti : hoc est, etiam in festis duplicibus minoribus aut majoribus, permittitur unica missa pro defuncto cujus cadaver transfertur, cantata vel etiam lecta.

Excipiuntur Dominica, aut festum de præcepto licet suppressum, Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, duplex I vel II classis etiam translatum aut aliqua ex feriis, vigiliis vel octavis privilegiatis ; quo in casu in proximiorem diem, pari modo non impeditam anticipari aut transferri potest, dummodo in cantu celebretur.

Videtur eligendum in casu formulare tertium in anniversario defunctorum, sed in orationibus omittantur verba « cujus anniversarium depositionis diem commemoramus » et « cujus hodie annua dies agitur », sicut ipsum Missale indicat pro secunda missa in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum. Dicantur tamen orationes in singulari et expresso nomine defuncti vel defunctæ.

Missa celebranda est ritu qui duplici respondet, cum unica oratione et *Dies iræ*. Etiam officium defunctorum, si fiat, celebretur ritu diplici.

In absolutione post missam, omittenda est oratio *Non intres*.

C. Callewaert.

II

DE COLLECTA IMPERATA SEU ORATIONE PRO PACE.

DUBIUM (1).

Expostulatum est a Sacra Rituum Congregatione :

Utrum probari vel tolerari possit consuetudo in una vel altera diœcesi exsistens, qua collecta imperata seu Oratio pro pace « Deus a quo sancta desideria » etc., addatur Postcommunioni Missæ de die currente, omissis *Secreta* et *Postcommunio* de pace.

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, propositæ quæstioni respondendum censuit « Negative ad utrumque, juxta Rubricas et Decreta ».

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 18 Februari 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ.
S. R. C. Præfectus.

L. ‡ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

Adnotandum. Hoc dubium proponi non debuisset, quum sit omnino contra regulas rubricarum ut in missa dicatur aliqua *Collecta* absque ei respondentibus Secreta et Postcommunione ; item ut aliqua collecta adhibeatur pro Postcommunione.

III

MISSA VOTIVA PRO FIDEI PROPAGATIONE

Corrigendum. Loco decreti *Romana* quod supra p. 232 typis fuit mandatum — quodque ibidem sub num. I erat ponendum — danvum erat decretum sequens :

ROMANA (2).

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, his precibus ab infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto relatis, benigne annuit pro gratia juxta petita, ita tamen, ut prædicta Missa votiva *de Propagatione Fidei* cum *Gloria* et *Credo* celebrari possit semel in anno diebus ab Ordinario cujusque loci designandis, exceptis tamen Festis duplicibus I et II classis, Dominicis majoribus, necnon Octavis I et II ordinis, Feriis et Vigiliis quæ sint ex privilegiatis : servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 22 martii 1922.

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XVI, (1922), p. 170.
(2) *Acta Apost. Sedis*, XIV (1922), p. 201.

Sacra Congregatio de Religiosis

POSTULATUM CIRCA NUMISMA SUBSTITUENDUM PARVO HABITUI SEU SCAPULARI PRO TERTIO ORDINE S. FRANCISCI ET ALIIS (1).

Cum pluries petitum fuerit ut, attentis præsertim quarumdam regionum exigentiis, in commoditatem christifidelium Tertio Ordini sæculari Sancti Francisci et aliis nomen dare cupientium, facultas fieret commutandi parvum habitum seu scapulare eorumdem Tertiorum Ordinum in numisma ex ære confectum, piam aliquam imaginem proferens, cum omnibus iuribus, indulgentiis et privilegiis parvo habitui adnexis, hæc Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium præposita, re maturo examini subiecta, opportunum duxit Sanctissimo Domino Nostro Pio Div. Prov. PP. XI supplicare, ut auctoritate Apostolica dignaretur decernere quid agendum esset in casu.

Porro Sanctitas Sua, in Audientia concessa die 20 martii 1922 R^mo P. D. Secretario hujus Sacræ Congregationis, omnibus perpensis, quoad expetitæ facultatis concessionem annuendum haud esse censuit.

Considerans tamen quæ Leo XIII fel. rec., in cap. III, § 6, Regulæ Tertii Ordinis sæcularis Sancti Francisci sancivit, scilicet : « Si qua hujus capita legis quemquam « servare causa gravis et justa prohibeat, eum ex parte lege « solvi, eademve capita commutari prudenter liceat. Cujus « rei Præfecti Ordinarii Franciscalium et Primi Ordinis et « Tertii, item Visitatoribus, facultas potestasque sit », voluit ut Superiores Tertii Ordinis sæcularis Sancti Francisci, quoad Tertiarios suos, ea potestate utantur in singulis casibus, justa gravique accedente causa, ad supramemoratam commutationem elargiendam.

Revocavit insuper, prout præsentis declarationis tenore revocat, quamlibet facultatem commutandi habitum cujuscumque Tertii Ordinis sæcularis in numisma, sive per Rescriptum sive per ipsam personam Summorum Pontificum in scriptis aut vivæ vocis oraculo impertitam.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romæ, ex Secretaria Sacræ Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium præpositæ, die 25 martii 1922.

TH. CARD. VALPRÉ DI BONZO, *Præfectus.*

L. † S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, 1922, p. 353 sq.

Sacra Pœnitentiaria Apostolica

DUBIUM

CIRCA INDULGENTIAS APOSTOLICAS, EAS NEMPE QUAS DIE 17 FEBRUARII 1922 SS.MUS D. N. PIUS PP. XI LARGIRI DIGNATUS EST (1).

In canone 933 præscribitur uno eodemque opere, cui ex variis titulis Indulgentiæ adnexæ sint, non posse plures acquiri Indulgentias, « nisi aliud expresse cautum fuerit ». Cum autem Indulgentiis Apostolicis a S^smo^ D. N. Pio Pp. XI die 17 februarii 1922 benigne impertitis præmittantur quædam monita, quibus sub n. 4° edicitur, ex expressa declaratione ejusdem S^smi^ Domini nostri, per Apostolicarum Indulgentiarum concessionem nullatenus derogari Indulgentiis a Summis Pontificibus jam alias concessis pro precibus, piis exercitiis vel operibus ibi recensitis; humillime quæritur utrum per hujusmodi declarationem reipsa cautum sit, ad normam postremi incisi citati canonis 933. ut uno eodemque ex operibus in elencho Indulgentiarum Apostolicarum recensitis plures Indulgentiæ respective acquiri possint?

S. Pœnitentiaria Apostolica ad propositum dubium, die 9 maii 1922, respondendum censuit: *Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo.*

Quod responsum, ab infrascripto Cardinali Pœnitentiario Majore in audientia diei 2 junii prædicti anni, S^mo^ D. N. Pio Pp. XI relatum, eadem Sanctitas Sua benigne confirmavit, ac publici juris fieri jussit.

Datum Romæ, in Sacra Pœnitentiaria Apostolica, die 14 junii, anno 1922.

O. Card. Giorgi, *Pœnit. Major.*

L. † S.

S. Fagiolo, *S. P. Secretarius.*

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, 1922, p. 394. Vide elenchum harum indulgentiarum *ibid.*, p. 143 sq. Cfr *Collat. Brugen.*, 1904, t. IX, p. 60 ss., ubi legitur elenchus indulgentiarum apostolicarum Pii X. Paucæ tantum mutationes quoad numerum dierum indulgentiarum in elencho Pii XI introductæ sunt.

Formula brevior ad benedicenda rosaria B. M. V. (1)

Formulæ longiori qualis invenitur in Rituali inter benedictiones proprias nonnullorum Ordinum regularium hæc brevior substitui potest. « Ad laudem et gloriam Deiparæ Virginis Mariæ, in memoriam mysteriorum vitæ, mortis et resurrectionis ejusdem Domini nostri Jesu Christi benedi † catur et sancti † ficetur hæc sacratissimi Rosarii corona. In nomine Patris † et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Stola et aqua benedicta adhiberi possunt ad libitum. Si fuerint plures coronæ, dicatur in plurali.

Bericht aan de Kerkbesturen.

De Kerkbesturen worden verzocht zorg te dragen dat in de begrootingen :

1° de gewone ontvangsten (totaal der Nrs 1 tot 18 der ontvangsten) *minstens* in evenwicht zijn met de gewone uitgaven (totaal der Nrs 1 tot 50 der uitgaven).

2° de inkomsten der stichtingen (te brengen onder de Nrs 6 en 7 der ontvangsten) *minstens* in evenwicht zijn met Nr 43 (gestichte jaargetijden, missen en kerkelijke diensten) der uitgaven.

Zoo de inkomsten gebracht onder de Nrs 6 en 7 der ontvangsten ontoereikend zijn om de kwijting der gestichte jaargetijden, missen, en kerkelijke diensten en andere lasten gebracht onder Nr 43 der begrooting te dekken, moet er eene beraadslaging genomen worden ten einde de vermindering der lasten aan de hoogere kerkelijke Overheid te vragen.

(1) Ex Rescr. S. C. Rit., 23 nov. 1918. Cfr BERINGER, *Die Ablässe*, editio Steinen, 1922, t. II, 461. Agitur de benedictione rosariorum propria Ordinis Prædicatorum.

De indole factorum mirabilium in Scripturis relatorum.

Vere *mirabili modo* Deum ab ipsis exordiis mundi in historia sive generis humani sive specialius populi sui, judaici vel christiani, sive specialius adhuc in favorem singularium hominum, intervenisse libri Sacræ Scripturæ abunde testantur.

Novimus quam speciali cura adfuerit Deus populo Hebræorum in populum suum electo ; quam familiariter cum ipso ipsiusque ducibus sæpe conversatus sit ; quam mirabili sæpe modo eos ab hostibus liberaverit, puta Pharaonem Ægypti per iteratas plagas ægyptiacas ad populum dimittendum cogendo, exercitum eorum submergendo in mari rubro ; quam mirabili quoque modo in variis populi sui necessitatibus providerit, puta aquam educendo de rupe, manna eis largiendo, viam eis aperiendo per mare rubrum et iterum per Jordanem, etc. Novimus quoque quam multiplicibus « signis et portentis et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus » (*Hebr.*, II, 4) Deus contestatus sit tum Jesu, tum aliis post Ipsum prædicatoribus fidei Ecclesiæque propagatoribus.

Facta hæc mirabilia speciali modo esse in Deum referenda indubium est ; quæritur autem num et quousque certum sit ea inter sic dicti *miracula* sint computanda ; quæritur v. g. num et quousque, sicut resurrectioni Christi aut sanationi cæci nati, ita quoque sic dictæ piscationi miraculosæ (*Luc.*, V, I-II), vel transitui maris rubri aut Jordanis, vel decem plagis ægyptiacis, et multis aliis, indoles stricte miraculosa sit agnoscenda.

Ad hanc quæstionem solvendam, juvabit primum principia et notiones quasdam generales præmittere, ut eadem deinde uni facto speciali, transitui maris rubri, applicemus.

I Notiones et principia quædam generalia.

Et quidem ratio et *opportunitas* hujusmodi quæstionis in promptu est. Sicut enim *ex una parte* cavendum est ab absurdo rationalismi principio, quo a priori tamquam impossibilis vel tamquam incognoscibilis rejicitur omnis Dei interventus miraculosus, ita quoque *ex altera parte* cavendum est ne tamquam certe miraculosa habeantur et proponantur varia facta quæ non certe talia sunt, vel ne absque necessitate inducantur miracula a textu sacro non relata, nec ad ipsum intelligendum necessaria (1); sicut pari quadam ratione ille qui incumbit studio Scripturarum nequit habere mentem præoccupatam inani timore detegendi miracula, nec potest esse ita dispositus ut pro posse conetur facta inibi relata ad facta mere naturalia redigere ; sed hoc utique præstandum est ut omni ope conemur ut *secundum veritatem* sacras Scripturas intelligamus : in hunc finem Scripturæ applicare oportet *a/* omnia media quæ nuda ratio humana pro recta interpretatione cujuslibet libri adinvenit, — quæ regulæ constituunt sic dictam hermeneuticam *rationalem* — *b/* media quoque inde desumenda quod sacra Scriptura est divinitus inspirata : quæ regulæ ad hermeneuticam *christianam* pertinent, — *c/* media tandem quæ ab Ecclesia catholica, custode et interprete authentica Scripturarum, ad earum rectum intellectum proponuntur : quæ regulæ hermeneuticam *catholicam* constituunt (2).

---

(1) Quæ dicturi sumus, ni fallimur, practicam non parvam utilitatem habere possunt, ne ex una parte nimis proni simus ut in factis quæ adhuc hodie contingere possunt miracula clamemus, et ut ex altera parte discamus aperire oculos mentis et, etiam extra miracula stricte dicta, admirari divinam sapientiam in tam multis factis naturalibus manifestam.

(2) « Pour défendre efficacement le surnaturel, il n'est pas utile de le voir partout, mais là seulement où Dieu l'a mis ; et pour savoir où Dieu l'a mis, il est indispensable de ne tirer des textes que ce qu'ils contiennent, en s'éclairant, pour les interpréter, des lumières qui viennent de la tradition, de l'exégèse catholique et de la pensée actuelle de l'Eglise. Certes, saint Augustin avait un amour profond

Quod autem *methodum generalem* spectat qua hujusmodi inquisitio circa mirabilia facta in Scripturis relata est ducenda, hæc rectæ rationis esse videntur : *admisso* (1) utique ex sana philosophia Deum, auctorem et gubernatorem totius universi, *posse* et *potuisse* vario, sive naturali sive miraculoso, modo intervenire in mundum, — ulterius :

a/ imprimis, præscindendo ab indole facti stabiliendi, diligenti applicatione regularum supra indicatarum, ipse textus est interpretandus et accurate determinandum *ipsum factum* quod locum habuisse affirmatur ;

b/ ulterius, via philosophica, et etiam auctoritativa si datur, inquirendum est *de indole* hujus facti, et determinandus est modus quo Deus ad perpetranda illa facta intervenerit.

Quod autem spectat inquisitionem *circa existentiam facti*, notari juvat miraculosam indolem facti forte prævisam *per se* nullum influxum in illam inquisitionem exercere posse ; etenim regulæ servandæ ad facta historica

---

pour les Saintes Ecritures : « Qu'elles soient mes chastes délices, écrivait-il, puissé-je ni me tromper sur elles, ni tromper par elles ! » (Confess., XI, II, 2). Cet amour ne l'empêchait pourtant pas de chercher à interpréter le texte sacré en tenant compte de ce qui lui paraissait autorisé dans la science de son temps. « Selon mes moyens et autant que j'en ai la grâce, disait-il, je m'efforce de faire en sorte qu'on ne suppose dans les Saintes Ecritures ni absurdité, ni étrangeté *(absurditas vel repugnantia)* qui rebute l'esprit du lecteur, de peur que celui-ci, ne pouvant croire à la réalité de ce que raconte l'Ecriture, déserte la foi ou s'abstienne d'en approcher » (*De Gen. ad lit.*, V, VIII, 23) ». LESÊTRE, *Revue pratique d'Apologétique*, t. III (a. 1906-1907), p. 410, *nota* (1).

(1) Non inutile sit notasse quam absurda et omnis inquisitionis scientificæ circa Scripturas subversiva sit methodus qua rationalistæ studium Scripturarum assumunt. Qui enim a priori statuit miraculum esse impossibile, miraculum esse incognoscibile, miraculum non esse, quomodo quæso recte attingere poterit sensum Scripturarum, et quomodo libris sacris auctoritatem historicam agnoscere poterit ubi facta miraculosa referunt ? Nonne enim qui ita dispositus est necessario investigationes suas historicas ita ducet ut ad negationem facti quod esset miraculosum deveniat ?

detegenda non sunt aliæ ubi de miraculosis, aliæ ubi de naturalibus agitur. – Attamen, *per accidens*, merito dicitur esse cautius et prudentius procedendum ubi de factis miraculosis agitur. Et revera : *a*/ qui de facto miraculoso inquirit, sub respectu practico sæpe multo magis momentosum opus agit, quam qui de simplici quodam et ordinario facto naturali : nonne v. g. cum realitate resurrectionis Domini cohæret tota vita mea, temporanea et æterna ? — *b*/ facta miraculosa multo magis solent impugnari quam facta naturalia, adeoque ut aliis persuadeam miracula contigisse, oportebit ut majori accuratione argumenta proponam, et ut varias difficultates facto oppositas solvam, quæ, si de facto naturali ageretur, nequaquam moverentur.

Quod vero spectat inquisitionem *circa factorum indolem*, diligenter considerandus est modus quo Deus in eventibus hujus mundi intervenire potest. Et quidem, ubi agitur de factis illis mirabilibus quæ in Scripturis sacris vel in aliis documentis referuntur vel quotidie contingere possunt, apparet distinctio facienda inter *facta* stricto sensu dicta *miraculosa* et alia quæ speciali titulo *facta providentialia* dicere liceat.

Quid sit *factum miraculosum* (1) habes apud auctores

---

(1) In præsentibus spectamus miraculum *in solo ordine naturæ*. Est enim et alter ordo rerum, nimirum *ordo supernaturalis* seu gratiæ stricte dictæ. Etiam in hoc ordine habentur leges communes quas in distributione gratiarum observat Deus ; et proinde etiam in hoc ordine de *miraculis* quæstio esse potest, quatenus nempe in casu particulari Deus a legibus communibus recederet. Cfr s. Thom., *I-II*, q. cxiii, a. 10. Ita v. g. communis ordo gratiæ fert ut per baptismum, re vel saltem voto susceptum, prima justitia acquiratur ; miraculum esset si Deus absque tali baptismo gratiam primam conferret, ut si v. g. infantem extra baptismi susceptionem justificaret. Quo modo justificatio Joannis Baptistæ in utero matris suæ fuerit miraculosa. — Hæc animadversio nobis videtur omnino ad rem ad explicandos varios illos textus Novi Testamenti ubi de quibusdam peccatis, signanter de peccatis contra Spiritum sanctum dicitur ea remitti non posse (cfr *Mt.*, xii, 31 ss. ; *Mc.*, iii, 28 ss. ; *Lc.*, xii, 10 ; *Hebr.*, vi, 4 ss. ; x, 26 ss.) : hæc enim sic omnino videntur intelligenda : peccata illa esse de lege communi et ordinaria vere irremissibilia, remitti autem posse per sic dictum *miraculum gratiæ*.

philosophicos vel in tractatibus apologeticis, et brevi et recta formula definiri potest : *Effectus præter ordinem naturæ divinitùs patratus* (1).

Nimirum : Deus initio temporum, inter omnes mundos possibiles, elegit unum mundum, præsentem nempe, eumque de facto constituit : creavit et ordinavit certas creaturas, tum irrationales tum rationales et liberas, homines nempe (2), cum omnibus suis viribus et legibus ; mundus iste, sibi relictus, cum generali concursu Dei tamquam causæ primæ, procedit et pergit modo conformi ad dictas illas leges, et sequitur certum quemdam cursum, quem ordinem naturæ vocamus ; in hoc nempe ordine omnes effectus qui fiunt, ab agentibus naturalibus, necessariis vel liberis, efficiuntur, ex insitis eorum viribus et secundum leges naturales : quæ omnia sunt *facta naturalia*. — Si autem Deus, præter descriptum illum ordinem naturæ, intervenit et producit effectum aliquem qui non continetur in cursu naturæ, quem nimirum sibi relictæ creaturæ non producerent, — factum istud *miraculosum* erit dicendum (3) Ita v. g.,

---

(1) De Jaegher, *Institutiones philosophicæ*, n. 515. — Ut apparebit ex subjiciendis explicationibus, exhibet hæc definitio *naturam intimam* miraculi, abstractione facta ab ipsius *cognoscibilitate* relate ad nos ejusdemque vi demonstrativa. Ita v. g. omnino *præter ordinem naturæ* contingit per verba sacerdotis transsubstantiari panem in Corpus Christi ; solus Deus tamquam causa principalis illud efficere valet ; unde hæc transsubstantiatio inter miracula est recensenda ; attamen illa nobis via naturali non est cognoscibilis. Est hæc unum ex his miraculis de quibus s. Thomas, *IIIa*, q. xxix, a. 1, ad 2, dicit « de quibus est fides », i. e. miracula quorum existentiam credimus ; dum alia sunt « ad fidei comprobationem ». Cfr dicenda in nota (3).

(2) Abstrahimus pro momento ab existentia et potentia activa spirituum, dæmonum nempe et angelorum.

(3) Hinc apparet universum ordinem gratiæ proprie dictæ, si ad ordinem naturæ conferatur, esse miraculosum dicendum : ordo enim naturæ ejusque omnes vires nihil habent quo valent quamlibet gratiam progignere. — Satius autem erit ab hujusmodi appellatione abstinere. Cfr s. Thom., *Ia*, q. cv, a. 7, ad 1. — Hinc quoque est in definitione Ex. De Jaegher omitti illud quod a plerisque auctoribus additur, quo nempe miraculum dicatur effectus *sensibilis*. Revera, etsi effectus

— quod exemplum attendas et retineas comparandum exemplo facti providentialis infra allegando — si impius quidam, per plateas civitatis progrediens, pessime blasphemat, mortem sibi imprecans casu quo Deus existat, et si eodem momento, præter omnem cursum naturæ et sine interventu alicujus causæ creatæ, Deus ipse immediate agit in tegulam quamdam tecti proximi, eamdemque in caput impii projicit eumque occidit, — *miraculum* erit; item erit si præter leges naturæ flare facit ventum, qui ipse actione physica tegulam projiciat (1).

Porro in hisce factis miraculosis pro variis adjunctis elucere possunt varia Dei attributa, ut puta: justitia — quemadmodum in exemplo allata, — vel bonitas et misericordia, ut puta in pluribus miraculis Jesu, — vel sapientia, ut puta si homini indocto uno momento miram scientiam infunderetur, — vel alia hujusmodi; ast solemne est dicere et omnibus miraculis commune est in iis relucere speciali modo divinam *omnipotentiam:* omnia enim commonstrant Dei dominium in omnes leges physicas universumque mundum physicum (2).

---

non sit *sensibilis*, nihil mutatur essentia miraculi, ut puta si Deus mihi indocto subito conferret scientiam infusam: quonam enim vocabulo, nisi miraculi, vocabis hujusmodi effectum præter ordinem naturæ patratum, etiam antequam sensibiliter hanc scientiam manifestarem? Vel an ideo mutatur essentia actus divini quia ego effectum illius manifesto? — Sed hoc utique addendum est: de miraculis agunt auctores potissimum in tractatibus apologeticis, ubi agitur de demonstranda veritate doctrinæ; porro ad hoc non sufficiunt quælibet miracula, sed talia requiruntur quæ *sensibiliter* sint manifesta: miraculum enim indolis mere *intellectualis*, ut scientia infusa, vel indolis mere *moralis*, ut virtus heroica alicui ignavi et vitioso subito collata, ei quidem cui donatur notum esse potest, ast non aliis nisi sensibiliter manifestetur iis. Unde additio: *sensibilis* respicit non quælibet miracula, sed ea quæ usu veniunt in apologetica.

(1) Equidem hoc altero casu miraculum in hoc præcise erit quod Deus flare facit ventum quem ordo naturæ a Deo constitutus non fert; nihilominus casus tegulæ, quamvis non sit præter leges naturæ quod tegula vento abripiatur et cadat, tamen meritò dicetur etiam ipse miraculosus, quatenus est effectus ad quem patrandum Deus adhibuit causam miraculose productam. Cfr dicenda infra de *modo loquendi* sub *c/*.

(2) Hinc est quod facta miraculosa, utpote a solo Deo effici possibilia,

A dictis factis miraculosis jam accurate distinguenda sunt sic dicta *facta providentialia.* — Quod ut accurate intelligatur, haec perpende. Equidem, *omnia*, quæcumque unquam fieri contingunt, vero quodam sensu providentialia dici debent : mundus enim universus, cum omnibus creaturis quæ ipsi insunt, et cum omnibus eventibus qui quovis temporis momento aut loco contingunt, subjacet Providentiæ qua Deus ab æterno determinavit et in tempore exsecutioni mandat ordinem et modum quo omnia creata ad finem omnium communem et ultimum, gloriam Dei extrinsecam, vel ad fines magis particulares et proximiores, pertingere debent: ita v. g. ordinavit quemnam in finem, vel potius quosnam in fines innumeros, proximiores remotioresque, caderet aliquando hoc foliolum de hac arbore, hic capillus de capite nostro, etc. ; noverat quomodo casus illi, tum in seipsis tum per intermedios suos fines, gloriæ Dei extrinsecæ perficiendæ inservirent. O vere infinitam Dei sapientiam quæ unico conspectu in sua ipsius Essentia contemplatur immensitatem illam creaturarum, per omnia tempora et omnia loca, earumque in invicem influxum et operationem, et ordinabat quomodo omnia illa et singula modo sibi proprio gloriæ Dei extrinsecæ cooperarentur ! Sed eheu ! cæci sumus et latent nos vixnon omnino ordinationes illæ omnes divinæ Providentiæ !

Interdum tamen, Deo præstante, in factis, utut naturalibus, fulgere potest illa Dei Providentia, et hæc sunt quæ nomine proprio facta providentialia dicimus.

Ita, ut exemplum supra datum resumamus, unde pateat discrimen essentiale a facto miraculoso : si impio illo transeunte et blasphemante, eo ipso momento tegula illa, modo plane naturali, a vento quodam etiam ipso juxta ordinem naturæ exorto, abripitur et projicitur in caput istius : miraculum non erit, sed nihilominus factum istud, utut naturale, mentem astantium speciali

singulari pollent efficacia ad demonstrandam *veritatem* alicujus doctrinæ, si contingat ea in favorem illius perpetrari. Cfr tractatus apologeticos.

modo percellet, nec imprudenter illud interpretaberis tamquam punitionem divinam dicesque merito : Digitus Dei est hîc.

Porro, si in miraculis speciali modo admiramur divinam *potentiam*, nonne meritò in factis providentialibus, quamvis et ipsa possint singulari ratione commonstrare divina attributa, ut puta Dei bonitatem et amorem erga homines vel populos in quorum favorem fiunt ; — vel justitiam ut in exemplo proposito, etc., — nonne meritò, inquam, admiramur divinam *sapientiam ?* Quid enim factum sit attende. Si tegula hæc hoc præcise loco et tempore, hoc præcise modo, hac violentia projicitur, undenam illud? Nonne quia *ibi* præcise erat posita, quia *sic* fuerat olim ab operario reposita, quia exinceps, variis jam causis, determinato quodam modo fuit agitata, deturbata de loco ; quia tali pondere et mensura, tali quantitate et qualitate olim facta, etc., etc. ; et hæc ipsa omnia unde talia et talia ? Nonne citò in infinitam ascenderes ? Et ipse ventus qui flat, unde præcise talis est et tantus, cur *nunc* flat, et *ita* flat ? Per quasnam conditiones metereologicas fuitne productus ; et hæ ipsæ ulteriores conditiones a quibusnam etiam ipsæ pendent? Nonne iterum in infinitum pergeres, — vel potius nonne logice ad *Infinitum*, ad Deum ipsum devenis ? Si enim ultimatim quæritur undenam fiat hanc tegulam sic cadere, ratio est quia *Deus*, quando in Providentia sua mundum universum creandum cogitabat, has et has creaturas cogitabat creandas, sic et sic disposuit, tali loco et spatio, ut, — ratione quoque habita prævisi tot hominum in hunc mundum liberi interventus, imo ratione quoque habita prævisi interventus liberi variorum spirituum, imo interventus præternaturalis quem ipse Deus decursu sæculorum identidem produceret, — mundus ille universus sic, necessitate physica, pergeret ut hoc ipso momento et hoc ipso loco quo necesse esset, via plane naturali tegula decideret (1) !

(1) Sic quoque quando nos oramus, v. g. pro recuperanda sanitate, non solemus quidem miracula postulare, sed illud orando satagimus ut

Ex hisce apparet *factum providentiale* prout ipsum nunc intelligimus definiri posse : Effectus in se quidem pertinens ad ordinem naturæ, sed tamen extraordinarius (1) et in adjunctis suis talis ut speciali modo nobis commonstret divinam providentiam (2); vel etiam Effectus divinæ sapientiæ talem ordinem naturæ ab æterno statuentis quo certus quidam et extraordinarius finis obtineretur, hujusque obtentione speciali modo attentioni hominum divina ordinatio appareret.

Nota. Quoad *modum loquendi*.

Vi definitionis in theologia acceptæ, nequit dari nomen *miraculi* eventui cuilibet *naturali*, utut extraordinario et manifesto interventui Providentiæ adscribendo. Ita si centum eventus naturales, tum a natura physica tum a libero

---

Deus vel cursu naturali rerum physicarum, vel opportuno interventu causarum liberarum, v. g. medicorum, sanitatem nobis restituat. Quod si oratio nostra exauditur, et insperato modo ad sanitatem redimus, tunc vel cogitabimus miraculum, vel potius generatim concludemus Deum, in dispositione speciali Providentiæ suæ erga nos, hunc elegisse ordinem in quo, propter orationem nostram, tali modo inexspectato, licet non miraculoso sanaremur. — DIGNANT, *De Virtute Religionis*, n. 39 ; VANDER MEERSCH, *De Deo*, nn. 523, 239.

(1) Equidem etiam in multis factis ordinariis et solitis recogitantes admirabimur divinam ordinationem : quemnam non percellet admirabilis sapientia Conditoris quæ relucet in floribus et animalibus, ut in apibus v. g. ? Ast hæc sunt ordinaria et solita et, semel nota, jam non ita commovere nata sunt : ab assuetis enim non fit passio.

(2) Facta *alia* omnia in quibus non ita apparet nobis divina Providentia, tamen et ipsa *providentialia* dicenda sunt, utpote, æquo modo ac ea de quibus loquimur, divinæ Providentia subjecta ; — facta *miraculosa* etiam ipsa, generali saltem regula, divinam Providentiam commonstrant ; nihilominus nec illa providentialia dicimus, quia præprimis potentiæ divinæ testimonium perhibent. — Ex notione facti providentialis, et signanter ex eo quod in sua entitate non transgrediuntur ordinem naturæ, sed viribus naturalibus efficiuntur, apparet ea *in se spectata* non gaudere illa efficacia qua miracula gaudent ad confirmandam veritatem alicujus doctrinæ. Vide supra, p. 343, *nota* (2). Dicimus tamen : *in se spectata* ; etenim si quis hujusmodi facta providentialia quæ secundum cursum ordinarium prævideri non possent, prævideret eamque prædictionem in confirmationem alicujus doctrinæ allegaret, hæc utique prophetia, utpote miraculosa, eadem qua cætera miracula gauderet efficacia.

interventu hominum dependentes, vere inopinato modo concurrunt ad sanitatem mihi restituendam, non potero sane quin agnoscam et laudem specialem Dei *providentiam* erga me, sed *miraculum*, definitione theologica, proclamare non potero. — Attamen

a/ intelligitur quomodo, extra tractatus theologicos, non tantum homines rudes, sed et docti, *hujusmodi* Dei interventum tamquam *prodigiosum*, tamquam *miraculosum* designarent, et vix non eodem modo loquerentur de sanatione mea ac de miraculo proprie dicto (1). Sane, miraculum includit Dei *supernaturalem* interventum in mundum ; sanatio mea *naturalem* tantum ; sed utrumque includit speciali modo *manifestum Dei interventum*. Miraculum mihi manifestat *omnipotentiam* Dei qui leges naturæ transgredi valet ; sed factum providentiale manifestat *sapientiam* Dei qui, ex una parte, tot sæculis elapsis mundum *physicum*, cum innumeris suis creaturis, tanta sapientia constituere et ordinare potuit ut, per cursum naturalem rerum, eo deveniret ut naturali modo, quin requireretur ulterior Dei specialis interventus, operaretur sanitatem meam; — et ex altera parte, tali determinato naturali modo influere novit in creaturas *liberas*, ut etiam ipsæ

---

(1) Hoc sensu loqui videtur LESÊTRE, *Revue pratique d'Apologétique*, a. 1906 (t. III), p. 531 ss. Transitum enim per mare rubrum ita explicat ut qui potuerit *causis naturalibus* produci ; sed specialem et providentialem interventum describit quem Deus tum in res physicas tum in homines, Hebræos et Ægyptios, exercere debuit ut Hebræi salvarentur, Ægyptii vero ruinam paterentur, et concludit : « Dieu seul les amena dans une position où, par l'effet de la même puissance souveraine et des mêmes causes secondaires, il devait sauver les uns et anéantir les autres. Pour nier cette intervention *surnaturelle* [nos subducimus vocabulum], il faut effacer le récit de l'Exode et renoncer à expliquer la suite de l'histoire d'Israël ». — Cum his congruit quod scribit *ibid.*, p. 531 : « Pour accomplir un *miracle* sensible, tantôt Dieu agit directement sur la nature, comme dans la multiplication des pains, la résurrection de Lazare, etc., tantôt il met en œuvre *les agents naturels*, et *les dirigeant* eux-mêmes, soit contrairement, soit *conformément à leur nature* ». Apparet hæc in stricta acceptione theologica vocabulorum : *supernaturale*, et *miraculum* minime esse probanda.

cum rebus physicis ad eumdem effectum concurrerent (1).

b/ Et hæc denominatio *miraculi* indita operi providentiali, magis adhuc intelligetur posse, extra terminologiam stricte theologicam, adhiberi in casu quo dictum opus fuit *prophetice prædictum* et de facto eo præciso modo quo fuit prædictum locum habet : ipsum quidem opus manebit in se naturale, sed absque supernaturali Dei interventu non explicatur quod eo modo quo contingeret fuit prædictum (2) : opus est naturale, prædictio est miraculosa.

c/ Imo eventus qui, quoad causas immediatas a quibus pendet, naturalis et providentialis dicendus erit, etiam juxta theologicam terminologiam, merito dicetur *miraculosus* si una saltem ex causis etiam remotis quibus fuit productus, miraculosa fuit. Si v. g. a certo quodam morbo sanari non valeo nisi pharmaco quod existit in regione longinqua ad quam accedere non valeo, et si Deus miraculo me transfert in eam partem mundi ut ibi sumam pharmacum, tunc pharmacum naturali sua virtute operabitur meam sanitatem, sed merito tamen, ut patet, opus sanationis meæ integre sumptum interventui Dei miraculoso adscribam.

(Sequitur). A. Vander Heeren.

---

(1) Et sane, si quondam beatitudinem æternam assequimur, erit hæc *beatitudo* tota effectus specialis Providentiæ Dei. Forte non multa miracula videbimus in decursu vitæ nostræ ; sed quam miras detegemus fuisse vias per quas nos duxerit Providentia divina, vere innumera entia physica, sicut et innumeros homines liberos, ordinans et dirigens ut nos ad salutem perveniremus. Et nonne nostra faciemus verba quibus s. Paulus, post delineatum ordinem Providentiæ in œconomia salutis populi Judæi et gentilium, suam admirationem eructat : « O altitudo (abyssus) divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei : quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et (in-)investigabiles viæ ejus ! *(Rom.*, XI, 33).

(2) Hoc sensu iterum loquitur v. g. Lesêtre, *Revue pratique d'Apologétique*, a. 1907 (t. IV), p. 233. Postquam enim exposuit transitum per Jordanem non necessario in seipso fuisse miraculosum, sed bene potuisse causis naturalibus viam aperiri, addit : « Le caractère *miraculeux* de l'événement n'en reste pas moins incontestable. En effet, la possibilité du passage est *annoncée* par Josué à l'avance sur l'ordre de Dieu, et il est prédit que les eaux disparaîtront au contact des porteurs de l'Arche ; la réalité répond de tous points à la prédiction »..... : unde eventus dicitur miraculosus quatenus prædictus.

Notæ Bibliographicæ

L. Janssens, O. S. B. (ILLUST. AC REVER.), *Summa Theologica*. T. VII. *De hominis natura*. Romæ, Typis vatic., 1918. — Maj. in-8°, XXIII-863 p. — T. VIII, *De hominis elevatione et lapsu*, Romæ, 1919. — In-8°, XX-791 p. — T. IX. *De gratia Dei et Christi*, Frib Br., Herder, 1921. — In-8°, XVIII-699 p.

Summam suam theologicam ad modum commentarii in Summam s. Thomæ Aquinatis jam a multis annis conscribere cœpit reverendissimus Janssens, cum primum volumen a. 1899 in lucem prodierit.

Nunc recensemus vol. VII, VIII, IX, in quibus de hominis natura, elevatione ac lapsu ; deinde de gratia Dei ac Christi tractat.

In vol. VII, primam partem Summæ interpretatur ; ita pariter in vol. VIII, ubi de originali elevatione hominis agit ; ad exponendam vero prævaricationem protoparentum sequitur secundam secundæ ; ad explicandum influxum lapsus originalis in stirpem nostram necnon reparationem generis humani per gratiam Christi, primam secundæ partem commentatur.

In his voluminibus concinnandis reverendissimus auctor miram eruditionem simul ac solidam scientiam exhibet. Ubi agitur dogma stabiliendum, ad Scripturam sacram et traditionem, scriptis Patrum conservatam, provocat, sed deinde doctrinam revelatam verbis illustrat præsertim s. Thomæ atque aliorum doctorum insignium Scholæ ; aliunde auctores modernos quam plurimos novit, eorumque placita in confirmationem et explicationem laudando adducit vel quandoque ad crisim revocata vituperando refellit.

Has dotes operis reverendissimi Janssens aperte fateri voluit Benedictus Pp. XV, ejus quondam condiscipulus in Universitate Gregoriana, quum in epistola laudatoria, quæ vol. VIII introducit, huic Summæ theologicæ inesse declaravit : « rerum copiam ex magna disciplinarum varietate collectam, eamque dilucide explicatam, unde sincera Aquinatis doctrina ad illustranda et definienda quæ divinitus revelata sunt, quemadmodum hæc tempora postulant, optime accommodatur ».

Quæstiones, quæ in vol. VII tractantur, multiplici nexu, uti obvium est, cum principiis philosophicis cohærent, itaque multa argumenta rationis afferuntur, quæ magis ad philosophiam quam ad theologiam pertinent ; plures etiam objectiones eadem methodo dissolvuntur sed nihilominus, uti constat ex dissertatione de immortalitate animæ (p. 58), de libero arbitrio (p. 386), de origine animæ (p. 603) et corporis humani (p. 669), de humani generis unitate atque antiquitate (p. 750), nunquam tamen respectus theologicus oblivioni traditur. In suis disputationibus A. præprimis mentem Aquinatis assequi et exponere satagit ; attamen hinc inde doctrinam s. Thomæ ulterius illustrat exponendo

quid s. Bonaventura, quid s. Anselmus aut s. Augustinus de eadem quæstione senserint et sæpius ostendit quomodo iidem sancti doctores verbis potius quam re ipsa ab Angelico differant.

In vol. VIII tractantur quæstiones plane theologicæ de elevatione et lapsu hominis, sive de gratia Dei et peccato originali. Uti ex subjecta materia sponte fluit A. magis nunc in explicando textu sacro atque in exponenda mente Patrum ac Ecclesiæ hæret. In appendicibus quibusdam, eruditione plenis, A. quædam dicta Patrum ulterius explicat et a mala interpretatione vindicat ; ita v. g. doctrinam s. Jo. Chrysostomi de peccato originali catholicam esse ostendit (p. 554) ; deinde consentientes esse s. Augustinum et s. Anselmum (p. 568) in hac materia demonstrat.

In vol. IX agitur de gratia per modum commentarii in I-II, q. 109-114. Recte animadvertit reverendissimus Janssens quam plures quæstiones, quæ hodie in tractatu de gratia disputantur, apud Aquinatem in aliis partibus Summæ tractari, et ideo, ait in prologo suo : « in tractatu de Deo uno .... agimus de voluntate Dei salvifica et de mysterio prædestinationis. In tractatu de Deo trino locuti sumus de inhabitatione Spiritus sancti in animis justis ; in tractatu de Deo-homine gratiam capitis in Christo investigavimus, necnon effectus passionis. Nec omisimus agentes de angelis conditionem supernaturalem ad quam Deus eos elevavit. In præcedenti volumine fusius disputavimus de triplici ordine naturali, supernaturali ac præternaturali, ipsamque originalem gratiam, a qua protoparentes delapsi sunt, penitius investigavimus ».

In hac materia, in qua tot ac tanta sunt problemata, acriter a sæculis disputata, maximam sibi partem arrogat explicatio scholastica, imprimis ubi de motione et operatione divina tractatur ; ex alia parte cum eaedem quæstiones rectum præprimis supponant intellectum revelationis, etiam theologiam positivam negligere non licet. Fateri oportet reverendissimum A. debitam partem tum explicationi scholasticæ, quum demonstrationi positivæ tribuisse. In dissertatione finali maximam controversiam de concordia inter gratiam ac liberum arbitrium clare ac methodice exponit ; varia systemata ac opiniones discutit ; denique suam sententiam breviter sub formula septem conclusionum proponit.

Reverendissimus Janssens sibi proponit tractatum de virtutibus (vol. X) mox in lucem edere, ut deinde de theologia sacramentali agere incipiat. Optare liceat ut hoc suum propositum quam citius explere valeat, ad majorem utilitatem omnium qui menti sanctæ Sedis obsecundantes, « philosophiæ rationalis ac theologiæ studia..... ad Angelici doctoris rationem, doctrinam et principia » (can. 1366, § 2) pertractare cupiunt.

H. Lamiroy.

Pascal. *Pensées choisies*. Préface et introduction par E. Cretté. Paris, Téqui, 1921. — In-18, 92 p. 7 Fr.

Petite gerbe de Pensées de Pascal choisies parmi les plus belles et les plus à la portée de tous.

P. Feige. *Sanctifions le moment présent.* Paris Téqui, 1921, in-18°, XIII. — 270 p. Fr. 3,00.

L'œuvre de notre sanctification peut se ramener à la sanctification du moment présent. Le temps de notre existence nous est versé comme avec un compte-gouttes: L'instant présent, le seul qui soit nôtre, est comme le résumé de tout le passé et contient en germe notre avenir et notre éternité. Le sanctifier c'est vivre en grâce avec Dieu et unir actuellement ma volonté à la sienne. M. l'abbé Feige consacre à expliquer et à recommander cette pratique trente lectures ou méditations. On goûte à les parcourir, quelque chose de la paix et de la suavité des œuvres de S. François de Sales.

De oefening van de godvruchtige moeder Clara Fey. Uit het duitsch vertaald door G. Gorris, S. J., 2de druk. Roermond, Romen en zonen, 1920, in-18°, 189 blz.

De « Oefening » van moeder Clara bestaat in het wandelen in de tegenwoordigheid van God, en wel bepaaldelijk van den God onzer altaren. Onze Lieve Heer wil door de H Kommunie niet slechts eenige oogenblikken in ons wonen, te weten totdat de gedaanten van brood verdwenen zijn. Neen, nadat zijn sacramentecie tegenwoordigheid opgehouden heeft, wil Hij op geestelijke wijze bij ons vertoeven, in ons blijven, ons den geheelen dag door vergezellen met zijn genade. Het Woord samen met den Vader en den H. Geest blijft in onze ziel op eene bijzondere wijze. Leven in deze bijblijvende aanwezigheid en er zijn gedrag naar schikken ziedaar de « Oefening » door moeder Clara voortdurend aangeleerd. Dat boekje wordt zeer warm aanbevolen aan priesters, kloostergemeenten en aan alle godvruchtige zielen.

Mystieke theologie of verborgen godgeleerdheid door Pater Bonifacius Maes, recollect, naar den 11en druk (1691), bewerkt door Kan. J. Mahieu. [Het geestelijk leven, nr 6]. Gent, Vlaamsche boekenhalle, huis Artes, 1921. In-12, 158 blz. Fr. 3,00.

Dit boekje mag om zijn diepe leering, zijn praktischen eenvoud en zijne zalvende gemoedelijkheid als een pereltje aanzien worden uit den schat van onze vlaamsche geestelijke litteratuur. Het bevat drie kleine schriften van den vromen en geleerden recollect, P. Bonifacius Maes, die in de 17e eeuw eenen grooten invloed uitoefende op de Godminnende zielen. 't Eerste heet *De mystieke theologie* en is eene praktische handleiding tot de christelijke volmaaktheid, d. i. tot 't Godschouwende of mystiek leven. 't Tweede is *De Seraphijnsche praktijke* waarin de oefening aangeleerd wordt om door goede werken de eeuwige glorie des hemels te betrachten en de zielkens des vagevuurs te helpen uit enkele en zuivere liefde der goedhertigheid tot Onzen Heere Jezus. 't Derde is *Korte uitlegging der oprechte devotie en brand*

der liefde, waarin de aard der ware devotie in 't kort beschreven wordt. Z. E. H. Kan. Mahieu heeft 't boekje ingeleid met eenige nuttige inlichtingen nopens den schrijver, zijn werken, de bronnen ervan en eene korte samenvatting van de drie voornoemde schriften. Eenige voetnotas brengen hier en daar eene nuttige verklaring bij. Hij heeft ook de taal wat verjeugdigd zonder nochtans iets weg te nemen van 't gemoedelijke, innige, smakelijke eigen aan dit slach « oudheden ». Dit boekje is « ad captum » van alle godvruchtige zielen : de geestelijke leiders die het willen aanbevelen zullen het ondervinden.

B. Kirsh et **H. S. Roman.** *Pélérinages dominicains.* Bruges, Société S. Augustin, 1920. In-8°, VIII-287 p. F. 8,60.

Les auteurs nous retracent d'après une méthode nouvelle l'histoire de S. Dominique, notamment en *ciceroni* charmants, instruits, pieux. C'est assez dire avec quel intérêt le lecteur les suit à travers l'Espagne, la France et l'Italie pour voir se dérouler sous ses yeux la vie de leur héros. Ils ont bien fait d'ajouter à la fin une chronologie de S. Dominique et surtout un riche repertoire bibliographique. Ils ont surement atteint leur premier but qui est de contribuer à fêter le 7e centenaire des origines de l'ordre des Frères-Prêcheurs. Ajoutons que la lecture de pareil ouvrage est toute faite pour provoquer parmi les fidèles un mouvement vers le 1er ordre et le Tiers-ordre de S. Dominique, second but que les auteurs ont eu en vue dans leur zèle très louable.

B. Kirsh et **H. S. Roman.** *S. François d'Assise.* Pélérinages aux sanctuaires franciscains. Bruges, Société S. Augustin, 1920. In-8°, VIII-420 p. F. 10.

Les mêmes auteurs ont fait avec le même amour la visite de tous les lieux que notre S. François d'Assise illustra (1). Ils nous mênent successivement à travers l'Ombrie, la Province Romaine, la Toscane et l'Emilie, nous racontant à chaque étape tout ce que l'histoire y a conservé de souvenirs du Patriarche d'Assise. A la fin du volume, une table chronologique vient remettre de l'ordre dans les évènements quelque peu bouleversés par suite de ce procédé. Ce livre préparé pour le 7e centenaire de l'indulgence de la Portioncule (1216) mais qui n'a pu paraître en temps utile par suite de la guerre, servira à préparer le 7e de la mort de S. François (1226). Les auteurs ne semblent pas s'être doutés qu'il fournirait une précieuse contribution aux fêtes jubilaires du Tiers-Ordre de S. François (1221). Nous recommandons vivement la lecture de cet ouvrage à tous les tertiaires et en particulier aux directeurs de tiers-ordres : ils y trouveront à s'instruire et à s'édifier.

A. Legrand.

---

(1) Lire dans le précédent ouvrage le beau parallèle entre S. Dominique et S. François d'Assise, p. 2. Cfr dans le présent ouvrage, p, 283.

Collationes Brugenses

Epistola apostolica

AD EMUM P. D. CAIETANUM BISLETI S. R. E. CARDINALEM PROTODIACONUM PRÆFECTUM SACRI CONSILII SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS CURANDIS: DE SEMINARIIS ET DE STUDIIS CLERICORUM.

PIUS PP. XI

DILECTE FILI NOSTER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Officiorum omnium sanctissimorum, quæcumque Apostolici muneris amplitudo complectitur, nullum sane nec maius est nec patet latius, quam curare et efficere ut Ecclesiæ ad divina sua munia obeunda bonorum ministrorum satis magna copia suppetat. Id enim est eiusmodi, quod Ecclesiæ et dignitatem et efficientiam et vitam ipsam coniunctam habet; quodque ad salutem humani generis tam interest quam quod maxime: siquidem quæ mundo parta sunt a Iesu Christo Redemptore immensa beneficia, ea non cum hominibus nisi per « ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei » communicantur. Iam vero ex hac beati Petri Cathedra, in qua nullo merito Nostro divinitus collocati sumus, circumspicientibus Nobis eum, qui proximis Nostris curis demandatus est, orbem catholicum, existimare licet ex una parte quæ et quam magnæ sint animarum necessitates, ex altera autem quam non eis plurifariam clerus, pro sua præsertim paucitate, sufficiat: difficultatesque ad eum rite supplendum, quæ iam gravissimæ aderant, quanto factæ sint recentis belli damnis iacturisque graviores. Quod si omnibus, quotquot divinæ gloriæ alienæque saluti student, longeque ante alios sacris Pastoribus, permolestum accidat oportet, facile intelligitur Nos, cum

Pontificis est curare ut clerus non desit

maxime his difficillimis temporibus.

omnium Ecclesiarum curam sustineamus, multo vehementius quam ceteros, eam ipsam ob causam anxios esse atque sollicitos. Itaque in exordio Pontificatus maximi nihil Nobis est antiquius, quam singulare quoddam studium ad rem tanti momenti conferre: præcipueque advocatam adhibere operam istius Urbani Consilii cuius est educationem doctrinamque sacræ iuventutis universæ moderari. Novimus enim multa iam a decessoribus Nostris eodem Consilio, ut instrumento, usis peropportune esse præscripta, quæ Nos et valde probamus omnia et Nostræ auctoritatis suffragio confirmamus: verum nonnulla ex iis sunt, quæ omnino volumus eo vel impensius urgeri, tamquam sancto proposito maxime conducibilia. Quapropter ad te, dilecte fili Noster, eiusdem sacri Consilii præfectum, has damus litteras, ut quemadmodum huius Nostræ tantæ sollicitudinis in primis es particeps, ita ad ea significanda quæ eamdem levare possunt, te ipso interprete utamur.

Satis hominum a Deo ad sacerdotium destinantur

Principio, quoniam sacri ordinis Ecclesiæque rationes artissime, uti diximus, inter se cohærent, non est dubitandum quin omni tempore satis hominum a Deo ad sacerdotium destinetur; alioquin necessaria in re Deus unquam deesset Ecclesiæ suæ, quod nefas est dicere.

Sed requiruntur preces,

Quamquam hac ipsa in re, æque ac in ceteris quæ ad communem animarum salutem opus sunt, ea divinæ providentiæ lex valet, ut communes preces amplissimum locum habeant ad impetrandum. Apertum enim notumque omnibus est illud: *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam* (1). Quoniam igitur huic officio optimus quisque satisfacere, Ecclesia praeeunte, consuevit, iam ut candidatorum ad sacra numerus accrescat, in primis servari cupimus optamusque quod in iuris canonici Codice ita præscriptum est: *Dent operam sacerdotes, præsertim parochi, ut pueros, qui indicia præbeant ecclesiasticæ vocationis, peculiaribus curis a sæculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinæque in eis vocationis germen foveant* (2). Qui quidem, ubi maturum tempus esse iudicaverint, suos alumnos studebunt sacro alicui Seminario tradere

cura succrescentium vocationum;

(1) Matth. IX, 37, 38.
(2) Can. 1353.

in disciplinam, ut in eis quod ipsi inchoaverint, rite perficiatur. Quod si huic rei tenuitas adolescentulorum fuerit impedimento, nec sacerdotes sumptus suppeditare ipsi possint, bonorum animos excitent ad succurrendum, proposita rei tum sanctitate, tum etiam incredibili utilitate. Quo loco facere non possumus quin rogemus omnes, quicumque Ecclesiam diligunt, ut illud « Opus vocationum ecclesiasticarum » quod, pueris spei bonæ et domi et apud parochos et intra Seminariorum septa sedulo adiuvandis, salubriter institutum est, omni foveant studio atque promoveant.

commendatur « opus vocationum ecclesiasticarum ».

Illud enimvero maximæ Nobis est curæ, modisque omnibus efficiendum est, quod decessores Nostri Leo XIII et Pius X sæpius præceperunt, ut sacra Seminaria, nisi ad eam rem, cuius causâ condita sunt, ne adhibeantur, id est ad sacrorum administros, ut oportet, instituendos. Quare non modo in eis locus esse non debet pueris vel adolescentulis, qui nullam ad sacerdotium præferant propensionem voluntatis, — horum enim consuetudo clericis mirum quantum obest — sed etiam cum pietatis exercitationes, tum ratio studiorum, tum ipsum gubernationis genus huc omnino spectent oportet, ut ad perfunctionem divini muneris accommodate alumnorum animi præparentur. Hæc esto Seminariorum omnium, nullo excepto, sanctissima lex; cui quidem si religiosius usque adhuc obtemperatum esset, tanta fere ubique non esset paucitas sacerdotum. Nam hoc est in proclivi, quæ non congruenter suæ propriæ naturæ regantur Seminaria, ea suum quidem retinere nomen, re autem vera societati civili multum prodesse posse, at sacro ordini vix aliquid aut omnino nihil proficere.

Tota Seminarii ratio est instituere juvenes ad sacerdotium.

Iam quomodo constituta esse oporteat Seminaria ut idonea existant sacerdotibus educandis, qui et a pietate et a doctrina bene instructi sint, non est Nobis in animo, hic explicare: dumtaxat nonnulla sunt, quæ præcipue, ut maximi momenti et ponderis, cupimus, dilecte fili Noster, universos sacrorum Antistites diligenter attendere.

Quare:

Primum est de linguæ latinæ studio in litterariis clericorum ludis omni cura fovendo atque provehendo, quam linguam scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest. Etenim Ecclesia, ut quæ et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem sæculorum

1° linguæ latinæ studium prævie fovendum

Est enim sermo universalis,

sit permansura, et prorsus a sui gubernatione vulgus arceat, sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem. Huiusmodi cum sit sermo latinus, divinitus provisum est ut is mirifico esset usui Ecclesiæ docenti, idemque Christifidelibus doctioribus ex omni gente magnum ministraret vinculum unitatis; iis dando scilicet non solum unde, vel locorum intervallo disiuncti vel in unum locum congregati, facile inter se sensa mentis et consilia conferrent, sed etiam, quod maius est, unde, quæ Ecclesiæ matris sunt, altius cognoscerent et cum Ecclesiæ capite artius cohærerent. Utraque de causa, ut cetera omittamus, liquet clerum, ante alios, latinæ linguæ perstudiosum esse oportere; neque enim hic laudes persequimur, quibus hoc commendatur loquendi genus, pressum, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis quod mire dixeris comparatum ad serviendum Romani Pontificatus gloriæ, ad quem ipsa Imperii sedes tamquam hereditate pervenerit. Quod si in quopiam homine laico, qui quidem sit tinctus litteris, latinæ linguæ, quam dicere *catholicam* vere possumus, ignoratio quemdam amoris erga Ecclesiam languorem indicat, quanto magis omnes clericos, quotquot sunt, decet eiusdem linguæ satis gnaros esse atque peritos! Horum profecto est latinitatem tanto tueri constantius, quanto a sapientiæ catholicæ adversariis qui sæc. XVI Europæ in una Fidei doctrina consensionem labefactarunt, acrius eam norunt appugnatam. Quare — quod ipsum in iure canonico cautum est — (1) in litterarum ludis, ubi spes sacri ordinis adolescunt, accuratissime sermone latino volumus alumnos institui, hanc etiam ob causam, ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint, quæ latine utique et tradendæ et percipiendæ sunt, fiat, ut præ sermonis inscitia plenam doctrinarum intelligentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis. Ita iam non continget, quod sæpius dolemus fieri, ut nostri clerici sacerdotesque, cum haud satis operæ litterarum latinarum studio dederint, neglectis Patrum Doctorumque Ecclesiæ copiosis voluminibus, quibus Fidei dogmata exhibentur cum dilucide proposita tum invicte defensa,

Ecclesiæ intime cohærens.

(1) Cod. I. C., can. 1364.

idoneam sibi doctrinæ copiam a recentioribus petant auctoribus, in quibus fere non modo perspicuum dicendi genus et accurata disserendi ratio solet, sed fidelis etiam dogmatum interpretatio desiderari. Quæ igitur Paulus Timotheum admonuit: *Formam habe sanorum verborum* (1)... *Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt*, (2) hæc, si unquam alias, his præsertim temporibus valent, cum varias errorum fallacias, scientiæ nomine specieque obtectas, nimis multi usque quaque venditare consueverunt. Has autem quis detegere possit ac redarguere, nisi Fidei dogmatum probe sensum teneat vimque verborum quibus solemniter sunt expressa, denique nisi ipsum, quo Ecclesia utitur, sermonem calleat?

2° Serventur statuta de studiis

Alterum in quo singularem Episcoporum vigilantiam requirimus, ad altiora adolescentis cleri studia pertinet. Omnino quæ hac de re sunt in iure canonico providentissime statuta (3), ea sancte inviolateque observari debent, si quidem consilium est sacerdotum parare copiam, qui tantæ magnitudini muneris impares non sint. Confecto igitur litterarum curriculo, nostri alumni, ut sacræ Theologiæ aptam præparationem adhibeant, minimum biennio diligentissime in Philosophiæ studio versentur. *Scholasticam* intelligimus Philosophiam, a sanctis Patribus Scholæque Doctoribus quadam laborum continuatione naviter expolitam, ac denique opera et ingenio Thomæ Aquinatis ad summum perfectionis gradum adductam, quam quidem decessor Noster illustris Leo XIII « Fidei propugnaculum ac veluti firmum Religionis munimentum » (4) appellare non dubitavit. Profecto ipsius Leonis magna laus est Philosophiam Christianam, excitato Doctoris Angelici amore cultuque, instaurasse: atque etiam sic iudicamus, omnium rerum, quas in diuturno Pontificatu pro Ecclesia et pro societate civili utilissime gesserit, hoc adeo fuisse caput, ut si cetera non adessent, hæc una res satis esset ad tanti Pontificis nomen immortalitati commendandum. Itaque in primis

notatim quoad philosophiam scholasticam

(1) II *Tim.*, I, 13.
(2) I *Tim.*, VI, 20, 21.
(3) Cod. I. C., can. 1365 et 1366.
(4) Litt. Enc. *Aeterni Patris.*

juxta methodum et doctrinam S. Thomæ

sibi curæ habeant magistri Philosophiæ in hac disciplina clericis tradenda non solum rationem seu methodum, verum etiam doctrinam et principia sequi sancti Thomæ: idque eo faciant vel studiosius, quod sciunt nullum Ecclesiæ Doctorem *modernistis* ceterisque fidei catholicæ hostibus ita esse terrori ac formidini, ut Aquinatem.

Item theologia exponenda est

Quod autem de Philosophia dicimus, idem est de sacræ Theologiæ disciplina intelligendum. Nam, ut Sixti V verbis utamur: « Huius quidem tam salutaris scientiæ « cognitio et exercitatio, quæ ab uberrimis divinarum « Litterarum, Summorum Pontificum, Sanctorum Pa- « trum et Conciliorum fontibus dimanat, certe semper « maximum Ecclesiæ adiumentum afferre potuit, sive ad « Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpre- « tandas, sive ad Patres securius et utilius perlegendos et « explicandos, sive ad varios errores et hæreses detegen- « das et refellendas: his vero novissimis diebus, quibus « iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo « descripta, et homines blasphemi, superbi et seductores « proficiunt in peius, errantes et alios in errorem mitten- « tes, sane catholicæ Fidei dogmatibus confirmandis et « hæresibus confutandis pernecessaria est » (1). Etenim id quod efficit ut hoc disciplinæ genus vim scientiæ veri nominis habeat, in eoque — ut desideratissimus decessor Noster præclare ait (2) — « plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditæ divinitus veritatis »; nihil est aliud nisi Philosophia Scholastica, duce et magistro Aquinate, in usum ipsius sacræ disciplinæ conversa. Hinc « apta illa et inter se « nexa rerum et causarum cohærentia, ille ordo et dispo- « sitio tamquam militum in pugnando instructio, illæ « dilucidæ definitiones et distinctiones, illa argumento- « rum firmitas et acutissimæ disputationes, quibus lux a « tenebris, verum a falso distinguitur, hæreticorum « mendacia, multis præstigiis et fallaciis involuta, tam- « quam veste detracta, patefiunt et denudantur » (3). Consequens est, non bene sacræ iuventuti consulere, qui omnem de Theologia institutionem, scholastica ratione

methodo scholastica

(1) Bulla *Triumphantis*, an. 1588.

(2) Benedictus XV, Motu proprio *De Romana Sancti Thrmæ Academia*, an. 1914.

(3) Sixtus V, l. c.

neglecta, ad *positivam methodum*, ut dicitur, exigendam putent; multoque minus eos officio suo satisfacere, qui huius doctrinæ magisterium non aliter exerceant, nisi ordinem seriemque dogmatum atque hæresum doctis disquisitionibus exsequendo. Illa enim positiva methodus necessario quidem scholasticæ adiungenda est, sed sola non sufficit; cum bene comparari nostros oporteat ad Fidei veritatem non modo convincendam, sed illustrandam etiam ac defendendam; Fidei autem dogmata contrariosque errores ex ordine temporum recensere, acclesiasticæ quidem historiæ est. non vero munus Theologiæ. non solum positiva

Tertio loco, quod ad clericorum studia pertinet, qui, pro conscientia officii ea moderetur, non is profecto præscriptiones iuris canonici negliget de Theologia *pastorali:* (1) imo plurimum tribuet huic disciplinæ, qua quidem proxime animarum quæritur salus. Nec vero dumtaxat, quam sancte sint divina tractanda, præcipiet; sed præterea quemadmodum sint maiore semper cum fructu hominibus applicanda. In quo ei erit temporum habenda ratio diligentissime. Multa enim in populi christiani mores rerum cursus induxit, patrum nostrorum inaudita temporibus: quæ pernovisse hodie sacerdotem oportet, ut nova novis remedia malis in Iesu Christi virtute reperiat, et salutarem Religionis vim in omnes venas afferat humanæ societatis. 3º Non negligatur theologia pastoralis.

Denique scito, dilecte Fili Noster, admodum cordi Nobis illud esse quod pariter in iuris canonici Codice statuitur: *Si constitui Seminarium diœcesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, præsertim in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur, Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium interdiœcesanum vel regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit* (2). In quo quidem optandum est ut Episcopi, quorum id refert, Apostolicæ Sedis providentiam æstiment eique libentibus animis suffragentur. Quam multi enim sunt, qui vel moderatorum præceptorumque inopia, vel fortunarum angustiis, vel alia de causa nequeunt adolescentes clericos, si quos habent maioribus studiis maturos, apud se curare, ut dignum est, instituendos? Iis igitur, ut possent permagno sui 4º Curentur Seminaria interdiœcesana

(1) Cod. I. C., can. 1365 § 3.
(2) Can. 1354 § 3.

muneris officio fungi, opportune hæc Apostolica Sedes opitulata est, conditis, maxime per Italiam, in singularum regionum commodum, nonnullis Seminariis, iisque præsidum doctorumque nobilitate florentibus, unde sacerdotes exsisterent ad omne opus bonum instructi, paratique se devovere totos Dei gloriæ animarumque saluti. Nos equidem id instituti genus, in quo sapientia æque ac munificentia decessorum Nostrorum Pii X et Benedicti XV spectata est, cum sartum et tectum conservare volumus, tum etiam, quantum est in Nobis, omni ope in maius provehere. — At vero par est et consentaneum, sacrorum quoque Antistites, qui eius sint regionis, cuius gratia Seminarium huiusmodi sit excitatum, debere omnes eidem pro virili parte prospicere. Quos quidem rogamus, ne inviti id faciant quod non solum communis ab eis, sed propriæ etiam ipsorum utilitatis ratio postulat. Etenim si reputaverint — quod res est — suam cuiusque causam hic agi, et Seminarium interdiœcesanum vel regionale suarum cuique diœcesium Seminarii maioris instar esse, in quo ipsi eadem iura eademque officia singuli habeant, nihil sane, quod intelligant a se in eius bonum conferri posse, unquam recusabunt.

Hæc habuimus, dilecte Fili Noster, ad te de clericorum institutione scribere. Iam istius, cui præes, Urbani Consilii erit curare, ut tum in sacris Seminariis Collegiisque clericorum, tum in magnis Lyceis et *facultatibus* seu doctorum ordinibus, quicumque eidem Consilio subiecti sunt, ea diligenter ubique ad effectum adducantur. Eadem ipsa igitur, ex auctoritate Nostra, omnibus, quorum interest, tu significabis. Deprecante autem Virgine beatissima, Eius Matre qui est *Sacerdos in æternum*, confidimus rem magno cum emolumento sacri ordinis, Dei miserentis gratia, successuram.

Auspicem interea divinorum munerum ac peculiaris Nostræ benevolentiæ testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, amantissime impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die I mensis augusti, anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI

Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis

Conferentiæ Quatuor

factæ ad alumnos Majoris Seminarii tempore belli.

CONFERENTIA I.

Theologia mystica est complementum atque coronis totius theologiæ dogmaticæ, moralis et asceticæ. Insuper vita unionis mysticæ est fundamentum vitæ sacerdotalis, tum pro seipso sacerdote, tum pro munere ejus apostolico, cum vita activa ad extra fœcundari debeat ex vita ejus interna.

« Divinæ veritatis contemplatio est finis totius humanæ vitæ. » S. Th., II - II, Q. 180, art. 4.

A/ De studio theologiæ pio.

Angelicus Doctor enumerat *septem actus,* ad intellectum spectantes, actui contemplandi prævios, quorum tres pertinent ad acceptionem principiorum ex quibus proceditur ad contemplationem, nimirum *auditio*, *lectio* et *oratio ;* quatuor vero reliqui respiciunt deductionem veritatis ex illis principiis, in ordine ad eamdem veritatem postea simplici intuitu contemplandam, videlicet *cogitatio*, *consideratio*, *meditatio* et *speculatio* (1). Porro hos omnes actus complectitur studium theologiæ, modo sit pium, id est ex dispositione supernaturali et ad finem supernaturalem seu sit meditatio theologica sensu lato, ducens et nutriens meditationem sensu stricto seu orationem mentalem. Studium nempe pium tendit ad cognitio-

(1) Cf. *Collat. Brug.*, t. XVI, p. 387, et opuscula : *Over mystiek en christelijke volmaaktheid. La mystique et la perfection chrétienne*, Brugis, De Haene, 1911.

nem intimam Dei et rerum divinarum, cum affectu et intentione utendi illa cognitione ad vitam perfectam ; meditatio vero sensu stricto utitur cognitione unice ad affectum, ut cognita applicet immediate ad praxim. Dirigamus igitur studium theologiæ ad hoc ut nos perficiamus, et ita fiamus apta instrumenta ad alios ducendos (1).

Illud principium : « Studium esse pie faciendum » semper in Ecclesia admissum est (2).

Apostoli erant viri contemplativi. SS. Patres omnes studebant et docebant pie, scripta enim eorum plena sunt piis et sanctis affectibus.

Post ætatem Patrum ita semper fuit. Sufficiat hic afferre duo testimonia :

Philippus, *Abbas secundus Monasterii Bonæ Spei* (3), S. Bernardi coævus, citato textu Osee, VI : *Sciemus sequemurque ut cognoscamus Dominum*, ait : « Te quoque eo intuitu volo scire, multam litteris diligentiam impertire, ut litterarum adminiculo Deum scias plenius et sequaris, et sequendi instantia tandem facie ad faciem cognoscere merearis. Utinam omnes qui mancipantur labori litterario sic studerent, eo fine multiplices scholarum angustias sustinerent, ut scilicet oculus eorum interior infuso scientiæ collirio mundaretur, et ad videndum Deum promptior et defæcatior redderetur. »

Fr. Laurentius Brancatus *Card. de Laurea* (4) ait : « Omnis theologus est meditator Dei et prædicatorum ejus essentialium et notionalium, et in ea consideratione consistit tota theologia : ideoque si parti huic speculativæ meditationis adjungerent affectivam amoris ac dilectionis,

---

(1) Cf. *Collat. Brug.*, t. XIX, p. 9 ; t. XX, p. 307.

(2) Cf. THOMASSINUS, *Theologicorum dogmatum*, Tom. III, Tract. I : *De prolegomenis theologiæ*, potissimum c. I — V.

(3) *Opera omnia*, Duaci, 1621, Epist. IV, p. 19.

(4) *Opuscula octo de oratione christiana*, opusculum 2m, c. VII. Obiit a. 1693. Cf. *Collat. Brug.* t. XX, p. 308.

essent veri ac religiosi meditativi. Puto autem majorem theologorum partem talem esse, cum in studiosa et attenta divinarum perfectionum meditatione cognoscant summe amabile ; et lapideum certe cor haberet, qui illud cognoscens non diligeret. Certe sic in magnis Ecclesiæ theologis accidisse conspicimus, tam antiquis quam modernis, qui cum de Deo mire scripserint, mire eum dilexerunt, ut fuere Gregorius Nazian., Basilius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Magnus Gregorius, Athanasius, Dionysius, etc. veteres sanctissimi viri, Bernardus, Thomas Angelicus, Bonaventura Seraphicus, Albertus Magnus, Alexander Alensis, Scotus, et alii innumeri, qui Deum ac divina optime meditati, Deum optime dilexerunt. O utinam omnes theologi eos imitarentur ! »

B/ **De ipsa contemplatione** (1).

Thesis : *Sacerdotes etiam sæculares possunt et debent niti ad vitam contemplativam.*

Ita monebat **Joannes Gerson** (2) : « Nec est dicendum... quod tendens ad finem contemplationis..., hoc est ad amandum Deum summe ex toto corde, quod talis tendat nimis in altum aut præsumptuose agat. Imo aliquis aptus ad hoc faciendum et talem gratiam a Deo consecutus, deficeret et minus bene ageret, ut videtur, si Dei dono non uteretur. Et specialiter Ecclesiastici et Religiosi, quorum vita ad hoc ordinata est, omnino se dare debent ad vitam hanc potius quam ad aliam. Similiter et Clerici, præcipue quoque theologi ; aut certe eorum scientia non jam eis auxiliabitur, sed inde inflabuntur, efficienturque vani, vacui et superbi. »

Neque objiciat aliquis externas easque multiplices sacri ministerii functiones atque curas : « Etenim, ut ait Abbas

---

(1) Cf. *Collat. Brug.*, t. XX, p. 446 sqq., t. XXI, p. 5 sqq., p. 89 sqq.
(2) In *Tract. De monte contemplationis*, c. 28. Vixit Gerson a. 1363-1429. Cf. *Collat Brug.*, t. XXI, p. 91.

Smaragdus (1) », viri sancti sicut a secreto contemplationis egrediuntur ad publicum actionis : ita rursus ab actionis manifesto ad secretum contemplationis revertuntur ; ut intus Deum laudent, ubi acceperunt unde foris ad ejus gloriam operentur. »

Blosius ait (2) : « Omni profecto lacrymarum fonte deflendum est, quod tam pauci hodie sint, qui se totos ad jucundissimum illud bonum quod Deus est, convertant, et ei conjungi atque uniri ex animo desiderent : quales utique priscis temporibus perplures inveniebantur. Rarus admodum hoc sæculo nostro est, qui seipsum abnegare, et Christum per veram humilitatem veramque sui mortificationem atque resignationem sequi velit. Nam fere omnes curiositati et oblectamentis sensuum dediti sunt, vanitatem amant, magnifieri appetunt, propriam voluntatem vitiosasque naturæ propensiones sequuntur : ob idque cum desperatione quadam sese avertunt ab his quæ de vitæ perfectione legunt vel audiunt, sibi persuadentes fieri non posse, ut aliquando eo pertingant. Et tamen benignus Deus unumquemque nostrum adjuvare, atque ad ipsam perfectionem perducere paratissimus est, si modo quod in nobis est fecerimus. Nam veram mortificationem consequitur illuminatio, ac deinde unio divina. Plane marcidus languor noster nos impedit : quem si assumpto virili animo strenue evinceremus, nobisque ac cunctis rebus caducis emori, et Deo amœnam in animabus nostris habitationem præparare studeremus, non possemus non habere ac sentire Deum in nobis. Hinc quidam Patrum ait : Si in te, o homo, fervet desiderium perveniendi ad excellentem sanctamque vitam, si pro ea obtinenda continue oras ac laboras, certus esto, quia humiliter te abnegando et perseveranter pulsando, ipsam

(1) *Diadema monachorum*, c. 24. Vixit s. VII.

(2) *Institutio spiritualis*, epistola introductoria, in fine. (Vixit a 1506-1566). Lege textum ejusdem prolixiorem apud *Collat. Brug.*, t. XXI, p. 5 sqq.

perfectionem consequeris ante mortem, modo id saluti tuæ expediat. Quod si illa non obtigerit antequam hinc emigres, invenies haud dubie eam in Deo in ipsa æternitate. Noli itaque cessare, noli fatigari, licet statim pro voto non comprehendas quod cupis. Hæc ille. Dominus Jesus nos omnes ad se solum pure quærendum amandumque potenter excitare dignetur. »

Wennius (1) ostendit *quod non tantum Monachi, sed et Clerici, ac Regulares debeant frequenter contemplationi vacare.*

« Sunt hodie, ait, non pauci, etiam inter ministros Ecclesiæ Dei, qui studium contemplationis adeo procul a se projiciunt, quasi nullo modo ad ipsos pertineat, sed illis tantummodo sit alligatum, qui ab omni populo sequestrati, vitam agunt monasticam. Præterquam vero quod ejusmodi homines non satis intelligant, adeoque nec æstiment præcipuum bonum suum, ingens sæpe præjudicium faciunt et sibi et Ecclesiæ Dei. Sibi quidem, quia cum omnes labores suos in hoc dirigant, ut aliquando sint beati ; vitam illam negligunt, quæ ipsius beatitudinis veluti inchoata quædam possessio est. Vere enim anima nostra in contemplando videt eum, cujus visione clariori beanda est in æternum ; et suaviter gustat eum in hac vita, cujus gustu consummatissimo satiabitur in futura.

« Deinde graviter quoque præjudicant Ecclesiæ Dei ; quia cum non minus quam Monachi, pertineant ad Hierarchiam ecclesiasticam ; hoc ipso quo studium contemplationis seponunt, ea, quæ hierarchica sunt, minus debite exequuntur. Quoniam enim teste S. Dionysio Areopagita (*Cœlest. Hierarch.*, c. 3), *ordo Hierarchiæ hoc postulat, ut alii purgentur, alii purgent ; quidam luce doctrinæ illustrentur, nonnulli illustrent ; et aliqui perfi-*

(1) *Speculum religiosorum*, tract. VI, c. 26. Wennius, ord. Præmonstr., ecclesiæ Parcensis Prior circa medium s. XVII. Cf. *Collat. Brug.*, t. XXI, p. 89.

ciantur, et alii perficiant ; etiamsi forte inferiorem aliquam doctrinam et ordinariam prædicando instruendoque communicare possint iis, quos aut charitate, aut officio erudiendos susceperunt ; vix tamen fieri potest, ut eos perfecte purgent ac perficiant, si ipsimet prius non plene satis purgati sint atque perfecti Unde et alibi monet idem Dionysius dicens (*Eccl. Hierarch.*, c. 3) : *Non debet temere ducem se aliis divini luminis præstare, qui non omni statu suo et habitu, simillimus Deo evaserit...*

« Multi hodie Concionatores sunt, Pastores multi, Confessarii plurimi ; sed quia a Rege cœlesti numquam aut raro cum sponsa introducuntur in cellam vinariam, hinc in concionibus suis plerumque non vinum vendunt sed aquam... »

Præclarum est testimonium Patris **Massoulié** (1), qui simul refert SS. Thomam et Bernardum : « C'est ici qu'avant de finir il faut nécessairement répéter ce principe, que nous avons déjà établi dans la seconde partie et que S. Thomas après S. Augustin nous a appris, qu'il faut uniquement abandonner son cœur au désir de cette union intime avec Dieu, et que ce désir d'une vie contemplative, retirée, solitaire, occupée à l'étude seule et à la méditation des choses célestes, le doit emporter au-dessus de tous les autres désirs. *C'est l'amour et le désir de connaître cette vérité éternelle, qui cherche le secret, la solitude, et le repos : et il n'y a que la seule nécessité d'exercer la charité, qui doive nous engager à prendre les soins, et à entrer dans les sollicitudes, qui accompagnent la vie active... Que si une nécessité indispensable, et une obligation étroite qui nous soit imposée, ne nous contraint pas à nous engager dans ces soins, il faut s'abandonner uniquement à l'étude de cette vérité éternelle* et à la méditation des choses du ciel. *Que si le devoir nous y engage, alors il faut s'y engager seulement autant que la nécessité le demande pour exercer la*

(1) *Méditations de S. Thomas sur les trois vies, purgative, illuminative et unitive*, 3e partie, § IX.

charité. Mais alors même il faut bien prendre garde de ne pas sortir entièrement de cet état de repos, de méditation et de solitude, ou d'y revenir bien souvent, pour ne pas perdre le plaisir, que donne cette étude de la vérité, et pour n'être pas accablé des soins dans lesquels nous jette l'exercice de la charité. Voilà donc le sentiment dans lequel nous devons vivre : que toutes les fois qu'on est dans la liberté de choisir, et qu'un devoir indispensable n'engage point à entrer dans tous les soins d'une vie active, il faut s'appliquer à la méditation, vivre dans la retraite, dans la solitude de l'union avec Dieu : il faut souffrir quelque violence pour la quitter, il faut soupirer sans cesse après l'avoir quittée, et tandis qu'on en est éloigné : il y faut revenir avec toute l'ardeur possible comme à notre unique centre où nous pouvons trouver un véritable repos.

Et de là S. Thomas fait une réflexion admirable, et qui mériterait bien d'être expliquée plus au long. Il dit que ceux qui sont une fois entrés dans cet état de retraite, d'union et de vie contemplative, et qui après sont appelés aux soins et à la sollicitude d'une vie active, et dans le commerce du monde, ceux-là, dis-je, ne doivent pas s'imaginer que ce devoir les puisse jamais dispenser du premier, mais ils doivent être très persuadés que c'est un second devoir qui est ajouté au premier, et qui n'en doit pas empêcher l'exercice : ils doivent seulement mêler ces deux vies ensemble, et il est bien juste qu'ils donnent la meilleure part à celle qui est la plus parfaite, et qui leur est la plus nécessaire, c'est-à-dire à la contemplation. »

Affert deinde præclarum hoc testimonium Angelici (1) : « Sacrificium spiritualiter Deo offertur cum aliquid ei exhibetur. Inter omnia autem bona hominis Deus maxime acceptat bonum humanæ animæ ut hoc sibi in sacrificium offeratur. Offerre autem debet aliquis Deo primo quidem animam suam... secundo autem animas aliorum... Quanto

(1) *S. Th.*, *2-2*, q. 182, a. 2.

autem homo animam suam vel alterius propinquius Deo conjungit, tanto sacrificium est Deo magis acceptum : unde magis acceptum est Deo quod aliquis animam suam et aliorum applicet contemplationi quam actioni. »

Afferens Bernardum sic pergit : « *Il n'est point expédient à l'action de n'être pas prévenue par la considération :* puisqu'il faut nécessairement que l'action soit déréglée, si la considération ne la règle pas. Et ce n'est, selon la remarque de S. Augustin, que dans cet heureux état (qu'il appelle une région d'ardeur et de lumière) *que la vérité paraît toute nue, sans être obscurcie par les nuages des fausses opinions.* Et ce n'est que de cette source et de lumières et de délices que se répand quelque rayon ou quelque goutte de consolation sur tout le reste de la vie ; afin que parmi toutes les tentations de ce siècle on puisse conserver et exercer toutes les vertus, la Tempérance, la Force, la Justice, la Prudence. »

(Sequitur).

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis maii propositas.

—

I

II Petri, III, 15-16 de inspiratione scriptorum N. T.

Q. *Quid et quonam jure ex* II Petri, *III, 15-16 concludi potest quoad inspirationem sive epistolarum s. Pauli sive aliorum scriptorum apostolicorum?*

R. In versiculis citatis, sicut etiam in præcedentibus, inde a III, 3, agit Auctor IIæ Petri de difficultate quam quidam contra doctrinam de reditu Jesu in fine mundi movebant ex longa illius reditus mora, et, sicut jam in v. 9 dixerat, ita quoque hîc affirmat Jesum ideo suum reditum retardare ut omnibus concedat tempus se convertendi : « *Domini nostri longanimitatem, salutem arbitramini* », i. e. intuitu vestræ salutis fieri scitote. Et doctrinam in præcedentibus expositam, confirmat testimonio s. Pauli : « *sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his* [rebus], *in quibus* [epistolis] *sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, et instabiles depravant* [ad falsos sensus detorquent], *sicut et ceteras Scripturas* [detorquent], *ad suam ipsorum perditionem* ».

Quæstio solvenda proposita apparet pendere tum a quæstione quisnam sit valor, quænam sit auctoritas illius epistolæ quam IIam Petri vocamus, — tum a quæstione utrum et quid de divina inspiratione memoratarum epistolarum Pauli affirmet, — tum a quæstione quænam

præcise sint illæ epistolæ Pauli de quibus loqui intendit, — tum tandem utrum illud quod de hisce epistolis Pauli affirmat, extendi valeat tum ad alias epistolas Pauli quas forte non explicite intenderit, tum ad alia adhuc scripta apostolica. — Has quæstiones successive, indicando saltem et remissive, tractamus (1).

I. *Quænam est auctoritas sic dictæ II^a^ Petri ?*

1. Si II^am^ Petri *mere historicè* consideramus, i. e. si abstrahimus a doctrina Ecclesiæ qua ipsius divinam inspirationem docemur, eamque proinde *quasi librum mere profanum* tractamus, dicendum est : in statu hodiernæ controversiæ videtur certo demonstrari non posse II ep. s. Petri a principe Apostolorum fuisse conscriptam, seu eam esse authenticam. Attamen hujusmodi authentia solide probabilis apparet (2). Unde qui mere historice procedere vult, testimonium *II Pet.*, III, 15 s., ut certo petrinum urgere nequit. Attamen, etiamsi dubia maneret authentia petrina, certe tamen epistola ad antiquissima tempora est deferenda, adeoque textus citatus valet ut testimonium fidei antiquissimæ ecclesiæ : ostendit enim nobis quid auctor ille ignotus, sed antiquissimus, quid ecclesiæ quoque Asiæ minoris ad quas scripta fuit, quid alii christiani aliæque ecclesiæ quæ epistolam admiserunt, de inspiratione epistolarum Pauli aliorumque forte scriptorum apostolicorum censuerint.

2. Si vero II^am^ Petri, ut docet Ecclesia, *ut inspiratam* consideramus, tunc, ut patet, missa quæstione de authentia humana, valor ipsius divinus est, omnisque doctrina in ea reperta ut divinitus vera est admittenda (3).

---

(1) Cfr VANSTEENKISTE-CAMERLYNCK, *Com. in epist. cath.*, Brugis, 1919 in h. l.

(2) Quam thesim vide evolutam et demonstratam apud *Collat. Brug.*, t. XII, pp. 6 ss.

(3) Imo, si epistola accipitur ut *inspirata*, jam extra omne dubium videtur reponenda ejusdem authentia *petrina :* auctor enim videtur omnino affirmare se esse Petrum (cfr I, 1, 13 ss. 17 s. ; III, 1, 15) ; nec videtur possibile in casu præsenti ad artificium litterarium recurrere. Si ita, viro catholico ut certo admittenda est authentia petrina epistolæ.

II. *Quidnam auctor II Petri l. c. tenet de inspiratione epistolarum Pauli ?*

Tenet illas epistolas esse *divinitus inspiratas :* eas enim epistolas « ceteris Scripturis » (gr. ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφάς) æquiparat ; porro *Scripturæ*, αἱ γραφαί, ut patet ex usu constanti vocis in N. T. Scripturæ, κατ' ἐξοχην seu divinitus inspiratæ intelligendæ sunt (1).

III. *De quibusnam Pauli epistolis agit II Petri ?*

Quasnam epistolas præcise intenderit cum certitudine determinari nequit. — Equidem loquitur imprimis, in v. 15 de *una epistola determinata* quam Paulus scripsit ad lectores quibus nunc IIª Petri dirigitur ; hæc autem epistola ab aliis dicitur esse ep. ad Colossenses, ab aliis ep. ad Ephesios, ab aliis adhuc ep. quædam Pauli hodie deperdita ; — deinde vero, in v. 16, loquitur de *omnibus epistolis* s. Pauli, id est, ad minus, de omnibus epistolis quas auctor II Petri notas habebat ; hæ autem epistolæ — si II Petri est ut authentica admittenda eaque scripta in fine vitæ Petri — fuerint I et II ad Thess., ep. ad Rom., I et II Cor., Gal., epp. prioris captivitatis : Eph., Phil., Col , Philem. (2).

Ast de nulla determinatim cum plena certitudine affirmari potest ad eam alludi.

IV. *Utrum de aliis epistolis Pauli, ab auctore II Petri forte non notis nec intentis, imo de aliis scriptis apostolicis, ex II Petri, III 15 s., aliquid concludi possit ?*

Et hoc videtur omnino affirmandum. Etenim, quod spectat *epistolas Pauli*, ut merito scripsit Van Noort (3) : nonne verba Petri profecta esse videntur ex hac persua-

---

(1) Pariter ἡ γραφή, sicut et ἐγράφη, γέγραπται, γεγραμμένον ἐστίν. Cfr GRIMM, *Lexicon græco-latinum in libros N. T.*, Lipsiæ. 1913, in hanc voc. — Hanc thesim vide vindicatam apud *Collat. Brug.*, t. XII, pp. 92 ss. ; VANSTEENKISTE-CAMERLYNCK, l. c.

(2) Cfr *Collat. Brug.*, l. c., VREDE, *Die h. Schrift des N. T.*, Bonn, 1916, in h. l.

(3) *De fontibus revelationis necnon de fide divina*, Amstelodami, 1906, n. 39.

sione : cuncta scripta, quæ charissimus frater noster Paulus ad perfungendum munere suo apostolico condit, « ceteris scripturis » æquiparantur, proinde inspirata habenda sunt » ? Et an bene cogitari potest Petrum inter scripta apostolica Pauli delectum facere, alia habere ut scripturam, alia ut mere profana, et nulla ratione indigitare discrimen illud essentiale ? — Quod vero spectat *scripta aliorum Apostolorum*, an putandum est Petrum hujusmodi privilegium divinæ inspirationis agnovisse Paulo, idemque negasse aliis apostolis ? Seu : nonne Petrus, nonne et lectores illius apparent Paulo agnoscere privilegium illud eximium, non quia Paulus erat, sed quia Apostolus fungens munere suo ? « Et ita, ni fallimur, textus petrinus inspirationem omnium scriptorum apostolicorum quodammodo insinuat » (1).

A. Vander Heeren.

II.

De certitudine fidei quoad justificationem.

Q. *Explica hanc propositionem : nemo scire valet « certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum »*.

Prænotanda. — 1/ Agitur in propositione explicanda de certitudine fidei quam quis habere potest de *propria* justificatione ; unde non tangimus quæstionem num aliquis fide divina credere possit ac debeat hunc infantem esse justificatum, quem ipse valide baptizavit (2).

2/ Non agitur de certitudine fidei quam aliquis de propria justificatione sua *per privatam revelationem* adipisci posset. « Revelat enim Deus hoc aliquando aliquibus

(1) Van Noort, *l. c.*

(2) Cfr Bouquillon, *De virtutibus theologicis*, n. 24, p. 19, Brugis, 1878 ; ill. ac rev. Waffelaert, *Annotationes de virtutibus theologicis*, n. 24 s., p. 16, Brugis, 1900².

ex speciali privilegio, ut securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, et ut confidentius et fortius magnifica opera prosequantur, et mala præsentis vitæ sustineant » (1). Ille tunc, cui revelatur propria justificatio, dummodo de relatione divina certo constat, potest, imo debet credere fide divina se gratiam Dei esse consecutum.

Resp. — 1/ Hæc propositio, quæ legitur in decreto de justificatione sessionis sextæ concilii tridentini, capite nono (2), excludere intendit sententiam Lutheri docentis hominem justificari *per solam fidem*, *non autem dogmaticam*, id est, non per actum intellectus adhærentis alicui veritati revelatæ propter auctoritatem Dei revelantis, *sed* per fidem *promissionum*, qua quis fiducialiter credit veras esse promissiones de gratuita remissione peccatorum per merita Christi, et quidem per fidem promissionum *specialem*, qua unusquisque in particulari hanc promissionem singillatim ad se quoque pertinere credit atque confidit.

Ita, juxta Lutherum, homo constituitur absolute certus de remissione suorum peccatorum, et eadem certitudine qua credit tres esse personas in Deo, credere potest et debet se esse justificatum (3).

Hoc falsum esse statuit sacra tridentina synodus, nam : « quamvis necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum : nemini tamen fiduciam et certitudinem remissionis peccatorum suorum jactanti et in ea sola quiescenti peccata dimitti vel dimissa esse dicendum est, cum apud hæreticos et schismaticos possit esse, immo nostra tempestate sit et magna contra Eccle-

(1) S. Thomas, *Sum. Theol.*, I-II, q. 112, a. 5, c.

(2) *Conc. trid.*, sess. VI, *Decretum de justif.*, cap. 9 (*Enchir.*, n. 802).

(3) Cfr Jungmann, *De gratia*, n. 262, p. 192 s., Brugis, 1866 ; Bouquillon, *o. c.*, n. 28, p. 21 ; Van der Meersch, *De divina gratia*, n. 174, p. 148.

siam catholicam contentione prædicetur vana hæc et ab omni pietate remota fiducia ».

« Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui vere justificati sunt, *absque ulla omnino dubitatione* apud semetipsos statuere, se esse justificatos, neminemque a peccatis absolvi ac justificari, nisi eum, qui certo credat se absolutum et justificatum esse, atque hac sola fide absolutionem et justificationem perfici, quasi qui hoc non credit, de Dei promissis deque mortis et resurrectionis Christi efficacia dubitet ».

« Nam, sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito deque sacramentorum virtute et efficacia dubitare debet : sic quilibet, dum seipsum suamque propriam infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gratia formidare et timere potest, cum *nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum*, se gratiam Dei esse consecutum » (1).

2/ Certitudo, uti ex contextu satis patet, intelligitur itaque : *a/ certitudo proprie et stricte dicta*, quæ essentialiter invenitur in virtute cognoscitiva (2) et definitur : firma adhæsio hujus virtutis in suum cognoscibile (3), ita quidem ut mens non solum sine hæsitatione objecto adhæreat, sed adhuc perspiciat cum hac assensus firmitate errorem componi non posse ; aliis verbis, certitudo de qua agitur, est assensus firmus quo mens rei cognitæ adhæret (elementum subjectivum), propter motivum infallibile, seu necessario cum veritate connexum, quod ut tale percipitur (elementum objectivum).

Certitudo, ratione motivi cui innititur, dividitur in metaphysicam, physicam et moralem ; ad certitudinem moralem, quæ in natura et moribus hominum fundamen-

---

(1) *Conc. trid.*, *l. c.* ; cfr adhuc can. 12-14 (*Enchir.*, n. 822-825).

(2) *Sum. theol.*, II-II, q. 18, a. 4, c. ; cfr etiam q. 4, a. 2, c.

(3) S. Thomas, *Comm. in lib. III Sent.*, dist. 26, q. 2, a. 4. — Cfr De Jaegher, *Institutiones philosophicæ*, n. 96, p. 90 s., Brugis, 1920.

tum habet, pertinet certitudo quæ per testimonium humanum obtinet *(fides humana)*, et hæc, pro majori evidentia auctoritatis testantis, firmiorem assensum imperare potest et rationabiliter debet (1).

b/ Verum, agitur in doctrina concilii de certitudine *fidei*, et quidem *divinæ*, quod textus clare indicat. Scire autem certitudine fidei divinæ est credere sensu propriissimo, sive adhærere assensu firmo rei alicui a Deo revelatæ propter ipsam auctoritatem Dei revelantis.

c/ Inde liquet quam merito synodus addat huic fidei *subesse falsum non posse*, quandoquidem « nihil potest cadere sub fide, nisi in quantum stat sub veritate prima, sub qua nullum falsum stare potest, sicut nec non ens sub ente, nec malum sub bonitate » (2).

Considerat s. Thomas in hoc loco certitudinem ex parte *objecti quod creditur*, quæ est veritas a Deo revelata, quatenus divinitus revelata ; attamen et ex parte *subjecti quod credit*, falsum ab actu fidei prorsus excluditur, « quia fides divina in subjecto, nempe in homine, habetur per gratiam, qua nunquam adiuvatur homo ad admittendum falsum » (3).

H. Lamiroy.

---

(1) Cfr ILL. AC REV. Waffelaert, *Meditationes theologicæ*, apud *Collat. Brug.*, III, p. 68.

(2) *Sum. Theol.*, II-II, q. 1, a. 3, c.

(3) Van der Meersch, *o. c.*, n. 193, p. 165 ; vide ibidem n. 194, p. 166, expositam et refutatam sententiam Ambr. Catharini, qui censebat hominem posse ex veritatibus universaliter revelatis deducere certitudinem fidei de propria justificatione, non talem tamen cui falsum subesse non possit.

III-IV

De stipendio Missae.

Q. 1° *Proba liceitatem stipendii Missæ et* 2° *determina obligationem quæ ex recepto stipendio oritur.*

R. Quoad Iᵘᵐ.

Stipendium Missæ licitum est si absque simonia, justo titulo, exigitur.

Simonia alia est juris divini, alia juris ecclesiastici. Juxta can. 727, *simonia juris divini* est : « studiosa voluntas emendi vel vendendi pro pretio temporali rem intrinsece spiritualem, ex. gr., Sacramenta, ecclesiasticam jurisdictionem, consecrationem, indulgentias, etc., vel rem temporalem rei spirituali adnexam ita ut res temporalis sine spirituali nullo modo esse possit, ex. gr., beneficium ecclesiasticum, etc., aut res spiritualis sit objectum, etsi partiale, contractus, ex. gr., consecratio in calicis consecrati venditione... ». Tenore § 2 ejusdem canonis : « dare res spirituales pro spiritualibus, vel etiam temporales pro temporalibus, si id ob periculum irreverentiæ erga res spirituales ab Ecclesia prohibeatur, est *simonia juris ecclesiastici.* »

1° Nulla simonia juris divini in usu stipendii latet.

Sane, si stipendium daretur in pretium fructus sacrificii Missæ, usus hujusmodi simoniacus esset. Sed, talis mens neque fideli offerenti eleemosynam neque sacerdoti hanc accipienti tribui potest : non enim, juxta mentem ipsorum, stipendium rei spiritualis pretium est, sed occasione ministrationis rei spiritualis ad sustentationem ministri aliquid datur. « Sacerdos », ait s. Thomas (1), « non accipit pecuniam quasi pretium consecrationis Eucharistiæ, aut Missæ decantandæ (hoc enim esset simoniacum), sed quasi stipendium suæ *sustentationis* ».

---

(1) *Sum. theol.*, p. 2-II, q. 100, a. 2, ad 2ᵐ.

Uti notum est, s. Paulus in I *Cor.*, IV, 4-14 variis argumentis probat ministrum Christi *jus habere ut sustentetur* a fidelibus quibus bona spiritualia ministrat. Et quia, specialis applicatio Sacrificii quæ fit a sacerdote magis prodest, ceteris paribus, illis pro quibus applicatur, quam aliis quibusque, uti constat ex damnatis erroribus synodi Pistoriensis (1), æquum est ut hac occasione, ab illo qui applicationem fructus specialis Sacrificii petit aliquid in sustentationem ministri percipiatur. Qua de causa, salva prohibitione Ecclesiæ, licitum est ut occasione applicationis fructus missæ inter celebrantem et fidelem, ad cujus intentionem sacrificium offertur, de stipendio sustentationis contractus ineatur « do ut facias, facio ut des ».

2° Nullam simoniam juris ecclesiastici committere qui stipendium Missæ accipit, patet ex codice juris.

Etenim, tenore can. 730 « non habetur simonia, cum temporale datur non pro re spirituali, sed ejus occasione ex justo titulo a sacris canonibus vel a legitima consuetudine recognito... » Ex alia parte, can. 824, § 1 « secundum receptum et probatum Ecclesiæ morem atque institutum, sacerdoti cuilibet Missam celebranti et applicanti licet eleemosynam seu stipendum recipere ».

Usus stipendiorum Missarum jam sæculo VIII°, imo et antea, viguit, et sæculo XII° universalis evasit (2). Ecclesia pluries hunc morem probavit (3).

Quoad II^um^.

1° Sacerdos qui accepit stipendium ad Missam celebrandam tenetur *ex justitia* et *sub gravi* celebrare ad intentionem stipem dantis.

---

(1) Denzinger, *Enchiridion symbolorum*, n. 1530.

(2) Cf. Dict. de théol. cath., v. *Honoraires de Messes*, fasc. L, col. 72 ss.

(3) Vide annotationes codicis ad can. 824, § 1, et Dict. de théol. cath., *l. c.*, col. 70-71.

Est obligatio *justitiæ*, quia sacerdos ligatur respectu stipendium dantis contractu innominato *do ut facias*. Quare, qui eleemosynam dedit jus stricte dictum habet ut Missa celebretur et applicetur secundum intentionem suam, adeoque obligatio corelativa sacerdotis eleemosynam acceptantis ad justitiam commutativam pertinet.

Obligatio *celebrandi* (1) *gravis* est, quia non juxta quantitatem pecuniæ oblatæ mensuranda est, sed juxta valorem fructus Missæ ; ita ut, quamvis eleemosyna in se considerata levem materiam constituat, graviter tamen peccet sacerdos qui scienter omittit celebrare Missam, propter quam stipendium accepit. Quamobrem sapienter statuit can. 844, § 2. « Imo omnes sacerdotes sive sæculares sive religiosi debent accurate adnotare quas quisque Missarum intentiones receperit, quibusve satisfecerit ». Ratio est quia « tot celebrandæ et applicandæ sunt Missæ, quot stipendia etiam exigua data et accepta fuerint » (2). Non tamen videtur Patri Lehmkuhl (3) certo graviter peccare eum qui ex magno numero Missarum, ad unam eamdemque intentionem dicendarum, unam ommitteret. Huic sententiæ, attentis peculiaribus circumstantiis scil. 1° quod agatur de magno numero Missarum, et 2° quod Missæ ad unam ac eamdem intentionem sint applicandæ, adhæret quoque P. Cappello (4).

2° « Præsumitur oblatorem petiisse solam Missæ applicationem ; si tamen oblator expresse aliquas circumstantias in Missæ celebratione servandas determinaverit,

---

(1) Si sacerdos obligationi ex justitia provenienti non satisfecerit et interim finis stipem dantis amplius obtineri nequeat, eleemosynam restituere debet ; sed obligatio *restitutionis* non urget sub gravi, si stipendium non attingit quantitatem relative gravem in furto.

(2) Juxta can. 828. Vide annotationes ad hunc canonem et DENZINGER, *l. c.*, n. 1110.

(3) LEHMKUHL, *Theologia moralis*, II. n. 269, 1.

(4) CAPPELLO, *De sacramentis*, I, p. 536, nota (38). Taurinorum Augustæ, 1921. Vide etiam GENICOT-SALSMANS, *l. c.*, II, p. 200, nota 4ª.

sacerdos, eleemosynam acceptans, ejus voluntati stare debet » (can. 833)

a/ Circumstantia temporis.

Præscribitur in can. 834 : « § 1. Missæ pro quibus cele-
« brandis tempus ab oblatore expresse præscriptum est,
« eo omnino tempore sunt celebrandæ.

« § 2. Si oblator nullum tempus pro Missarum manua-
« lium celebratione expresse præscripserit :

« 1° Missæ pro urgenti causa oblatæ quamprimum
« tempore utili sunt celebrandæ ;

« 2° In aliis casibus Missæ sunt celebrandæ intra modi-
« cum tempus pro majore vel minore Missarum numero.

« § 3. Quod si oblator arbitrio sacerdotis tempus cele-
« brationis expresse reliquerit, sacerdos poterit tempore
« quo sibi magis placuerit, eas celebrare, firmo præscripto
« can. 835 ».

Juxta can. 835 « nemini licet tot Missarum onera per se celebrandarum recipere quibus intra annum satisfacere nequeat ».

Itaque, Missæ pro urgenti causa, v. g. pro felici partu, *quamprimum tempore utili* celebrandæ sunt, et stipendium restituendum est quoties intentio stipem dantis amplius obtineri nequit.

Modicum tempus, de quo in § 2° n. 2°, describitur in art. 2° decreti *De observandis* 11 maii 1904 (1) ; in quo S. C. Concilii decernit : « utile tempus ad manualium missarum obligationes implendas esse mensem pro missa una, semestre pro centum missis, et aliud longius vel brevius temporis spatium plus minusve, juxta majorem vel minorem numerum missarum ».

Quæstioni : « An juxta art. 2 (decreti *De observandis*)
« termini persolutionis statui possint :

usque ad	10	Missas	1	mensis
»	20	»	2	mensium
»	40	»	3	»

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, IX, (1904), p. 595 ss.

usque ad 60 Missas 4 mensium
» 80 » 5 »
» 100 » 6 »

« et ita porro pro quibuslibet 20 Missis unum mensem « addendo » respondit S. C. Concilii, die 27 februarii 1905 : « rem relinqui discreto judicio et conscientiæ sacerdotum juxta Decretum et regulas a probatis doctoribus traditas » (1).

Optima norma datur in *Collat. Brugen.*, IX (1904), p. 604 (2). Qui celebrationem differendo a norma proposita notabiliter discederet, graviter peccaret. Dilatio ad duos menses peccatum mortale est.

b/ Circumstantia loci.

Conditio loci in intentione stipem dantis passim talis est ut mere accidentalis sit, eaque non adimpleta, obligationi substantialiter adhuc satisfieri possit. Rationabilis causa agendi a veniali (3) culpa excusabit. Quodsi constaret in casu aliquo peculiari circumstantiam loci in mente oblatoris conditionem esse sine qua non, Missa loco determinato celebranda esset ut obligationi satisfiat.

Qui susceperit obligationem celebrandi ad altare privilegiatum eam adimplere nequit lucrando loco indulgentiæ altaris privilegiati aliam indulgentiam plenariam (4). Attamen, « sacerdotibus, pro quibus postulabatur de ratione qua compensare debebant indulgentiam altaris privilegiati ad quam applicandam obligarentur, et quam bona fide errantes, non erant lucrati, concessit s. Congre-

---

(1) *Analecta ecclesiastica*, 1905, p. 124.

(2) Videlicet, si numerus Missarum notetur littera x, tempus, Missis celebrandis utile, exprimitur approximative numero dierum : $30 + 1\frac{1}{2}x$. Ita ad 20 Missas celebrandas dantur circiter $30 + 1\frac{1}{2} \times 20 = 60$ dies.

(3) Deordinationes quoad circumstantiam loci vel qualitatis Missæ passim venialia tantum peccata sunt, dummodo multæ deordinationes non coalescant in unum : quod aliquando fieri potest, puta in Missis fundatis.

(4) Ratio est quia indulgentia altaris privilegiati certius defuncto acquiritur.

gatio (Indulgentiarum, in decreto diei 22 februarii 1847) ut compensatio fieret per applicationem alterius indulgentiæ plenariæ toties quoties illam altaris privilegiati non fuerant lucrati » (1).

Quod spectat circumstantiam loci statuit can. 836 : « In ecclesiis in quibus ob fidelium peculiarem devotionem Missarum eleemosynæ ita affluunt, ut omnes Missæ celebrari ibidem debito tempore nequeant, moneantur fideles, per tabellam in loco patenti et obvio positam, Missas oblatas celebratum iri vel ibidem, cum commode poterit, vel alibi ».

c/ Qualitas Missæ.

Nisi contraria voluntas exprimatur, apud nos, sacerdos servando ritum diei satisfacit obligationi celebrandi pro defuncto vel in honorem alicujus sancti, etiamsi per rubricas liceat missam de Requiem vel votivam celebrare. Ratio est quia, apud nos, oblator nisi expresse qualitatem missæ determinet, passim solam applicationem fructus missæ rogare intendit. Qua de causa per se licebit celebrare missam de Requiem pro qualibet intentione.

Quodsi qualitas missæ ab oblatore intendi noscitur, redeunt applicanda quæ de circumstantia loci diximus.

Nota. 1/ Stipendium a sacerdote acceptum statim in ejus dominium transit ac proinde ipsi quoque et non oblatori perit. Quocirca statuit can. 829 : « Licet sine culpa illius qui onere celebrandi gravatur, Missarum eleemosynæ jam perceptæ perierint, obligatio non cessat ».

2/ Quod spectat translationem Missarum, lege can. 839, quo mutatur statutum VI decreti « De observandis » (2), necnon canonem 840.

V. Coucke.

---

(1) Vide Resp. S. Congr. Indulgentiarum, 24 Julii 1885. *Acta S. Sedis*, XVIII, p. 94.

(2) Cf. *Collat. Brugen.*, IX (1904), p. 597.

V.

Geleidelijke uitbreiding van het christendom in Vlaanderen.

V. *Welke oorzaken bevoordeeligden de geleidelijke uitbreiding van het christendom in Vlaanderen ?*

A. In deze laatste verhandeling over de vroegste kerkgeschiedenis van Vlaanderen hebben wij het vooral over de in den loop der VIIe en VIIIe eeuw gestichte kerken en kapellen, waarmede naar de *Vita Amandi*, evenals door de stichting van abdijen en kloosters, de bekeering onzer voorouders verzekerd werd en bestendig gemaakt (1).

Bij gemis echter aan voldoende bronnen is het onmogelijk de geleidelijke uitbreiding van het christendom over het platteland na te gaan; we moeten ons vergenoegen aan onze gewesten toe te passen, wat voor andere streken van het Frankenrijk bewezen werd (2).

Daargelaten de bisschoppelijke stad Doornik en hare naaste omgeving, die reeds onder de Romeinen het christendom hadden leeren kennen en onder den H. Eleutherius weerom het eerst door de geloofsprediking begunstigd werden, mogen we aannemen dat onze zendelingen der VIIe eeuw eerst de merovingische *vicus* en *castra* hebben bezocht (3). Het waren immers de best genaakbare en volkrijkste centers, gelegen op het kruispunt van twee banen of nabij doorwaadbare plaatsen van rivieren, waar kooplieden samen kwamen of stielmannen

---

(1) Zie hooger bl. 292.

(2) Namelijk in het meesterlijk werk: IMBART DE LA TOUR, *Les paroisses rurales du IVe au XIe siècle*. Paris 1900; zie ook KAN. LAENEN, *Eenige bladzijden uit de geschiedenis van het Parochiewezen*, Antwerpen 1920 en WARICHEZ, *Origines de l'Eglise de Tournai*, hooger reeds aangehaald.

(3) Gent, Kortrijk, Brugge waren even als Doornik hoofdplaatsen van een *pagus* en zullen als dusdanig wel het vroegst door de zendelingen bezocht zijn geweest. (Zie IMBART DE LA TOUR *o. c.* p. 56.)

hun bedrijf uitoefenden ; zulke nederzettingen van vrije menschen boden aan den zielenijver van den zendeling een vruchtbaren akker. Benevens Gent, Thorout en enkele andere plaatsen in de vroegste *Vitœ* onzer zendelingen genoemd, moeten ook aldus in denzelfden tijd bidplaatsen opgericht geweest zijn en christenheden gevormd in menig andere latere stad van Vlaanderen, als Ryssel, Kortrijk, Audenarde, Brugge, Oudenburg, Wervick, Komen.

Weldra nochtans werden benevens de *openbare* vrije kerk van de *vicus*, ook *bijzondere* bidplaatsen gebouwd in de *villæ*, bij of in het woonhuis der groote grondbezitters, ten dienste van den eigenaar en zijne lieden. Toen de heer nog heiden was, trof men op de meeste dezer landgoederen, misschien wel op alle, eene plaats aan die geheiligd was en waar zich een boom of eene kapel verhief. Daar kwamen meesters en ondergeschikten de goden vereeren en aanroepen. Bekeerde de meester zich tot het christendom, dan zal hij zijne oude gewoonten niet geheel opgeven, maar zijn heidensche tempel wordt eene christene kapel (1). Uit dit christen heiligdom nu, even als uit de vrije kerk van de vicus, zal allengerhand, naarmate beide van priesters voorzien worden, de parochie ontstaan, dit is de kerkelijke gemeente met wel bepaald grondgebied, eigen bezit en een zeker onafhankelijk bestuur (2).

---

(1) Zie LAENEN t. a. pl. bl. 11. « Wat de groote hoeven, de *villæ*, betreft, deze mogen niet vergeleken worden met onze huidige Vlaamsche, zelfs niet met onze meer uitgestrekte Waalsche hoeven. Het waren echte landbouwondernemingen, op het grondgebied der welke de eigenaar, een Frankisch vrijman, een *francus homo*, zijn verblijf had. De eigenaar leefde daar omringd van slaven en halfvrijen, die er het land bebouwden, en alle soorten van sticlen uitoefenden ». Ibid. bl. 12.

(2) Men denke echter niet dat met het oprichten van kerken en kapellen ook aanstonds de parochie ingericht was. Het ontstaan van kerkelijke gemeenten met bepaald grondgebied, eigen bezittingen en eigen priester is te danken aan eene geleidelijke ontwikkeling der

Buitengewoon snel en talrijk waren in Gallië gedurende de VIIe en VIIIe eeuw de parochiën ontstaan; de buitenkerken namelijk hadden zich zoo ras vermenigvuldigd, dat in 803 een *capitulare missorum* maatregelen meende

---

bisschoppelijke gemeente. Aanvankelijk immers maakte ieder bisdom maar een enkele kerkelijke gemeente uit; de bisschop alleen vierde de Heilige Geheimen, hij bestuurde zijne christenheid geholpen door zijn *presbyterium*, het college van priesters en mindere geestelijken, bij hem wonend onder het toezicht van een *archipresbyter*. Bij het toenemen der geloovigen in de bisschoppelijke stad en in de omgeving vergenoegde men zich over 't algemeen het aantal geestelijken der bisschoppelijke kerk te vermeerderen en ze van daar uit te zenden om in zekere mate de zielezorg waar te nemen. Dit stelsel van rondreizende geestelijken (circumeuntes) bleef in Gallië in voege tot de 2de helft der VIe eeuw; 't was dus vermoedelijk ook deze inrichting die door de H. Eleutherius te Doornik werd ingebracht en zoo kan misschien verklaard worden hoe zooveel kerken van het Doorniksche en ook van Zuid-Vlaanderen onder het patronaat stonden van den bisschop of van het kapittel van Doornik. Met het einde der VIe eeuw werd onder den drang der omstandigheden, vooral bij het stijgen der noodwendigheden, in de uitgestrekte bisdommen van Gallië een ander weg ingeslagen. In plaats der *circumeuntes*, zond men naar de voornaamste *castra* en *vici* een eigen priester met last daar te verblijven en de zielezorg waar te nemen over gansch de omgeving. Deze eigen priester bleef natuurlijk onder het gezag van den bisschop, maar niet meer onder dit van den aartspriester. Hij neemt zelf den naam van aartspriester en heeft ook toezicht te houden over de geestelijken die hem helpen 't zij in zijne kerk, *ecclesia* genoemd, 't zij in de *oratoria*, *basilicæ* of *capellæ* der omgeving. Meestal deze zoogenaamde aartspriesterlijke kerken zijn vrije kerken gebleven (kerken zonder patronaat) en collegiale kerken geworden (ecclesiæ cum capitulo). Waarschijnlijk zijn in dit tijdstip van eerste decentralisatie (550-700) de vrije latere collegiale kerken ontstaan van Seclin, Rijssel, Komen, Waasten, Kortrijk, Harelbeke.

Met het opkomen der Carolingers begint een nieuwe decentralisatie: de landelijke kerk, d. i. de kerk door den grondeigenaar in zijne *villa* of door abdijen of eenzaten in de *locis desertis* gebouwd, maakt zich los van de aartspriesterlijke kerk, zij krijgt allengerhand eene zekere zelfstandigheid en wordt bestuurd door een priester die maar aan zijnen bisschop en zijnen heer te verantwoorden heeft. Deze verbrokkeling der kerkelijke gemeente ontstond natuurlijk uit de geestelijke noodwendigheden, maar nog meest onder den invloed der stichters van kerken en kapellen, die ook in kerkelijke zaken hunne enge feodale opvattingen wilden toepassen en hoog opliepen met hun *eigendomsrecht*, later door de tegenwerking der Kerk *patronaatsrecht*

te moeten nemen « de ecclesiis emendandis et ubi in unum locum plures sunt quam necesse sit ut destruantur quæ necessariæ non sunt » (1). Men mag aldus gerust aannemen dat op dit tijdstip ook in ons Vlaanderen de parochiale inrichting volledig was, dat namelijk niet alleen elke *vicus*, maar ook elke *villa* hare eigene, hare parochiekerk had (2).

En hier komen we nu meer bijzonder tot onze vraag: welke oorzaken hebben dezen ongemeenen bloei van het christelijk leven bij ons teweeggebracht.

---

geworden. De verbrokkeling nu bracht een ander factor mede van groot belang voor onze geschiedenis, te weten de grensbepaling. Dit geschiedde onder Karel de Groote, dank zij dezes wetgeving over de verplichtende tiendenbetaling: nu moest natuurlijk het grondgebied bepaald worden, ten einde te kunnen uitmaken welke onderhoorige grondbezitters de kerkelijke belasting moesten betalen. Deze wetgeving bracht dan ook eene zekere bestendigheid mede: de groote landelijke parochiën onder Karel de Groote ingericht zullen niet meer verbrokkeld worden tot omstrecks de XIIIe eeuw. Wel zal men nog eens toelaten, naarmate de christene bevolking aangroeit, nieuwe *oratoria*, *basilicæ* of *capellæ* te bouwen, maar deze nieuwe bidplaatsen blijven *appenditia*, *attinentia*, d. i. afhankelijk van de tiendenrechtige kerk, de *ecclesia matrix*, die er op stond haar inkomen niet te verminderen. Welke nu onze *oorspronkelijke landelijke parochiën* waren, moet nagegaan worden in de bronnen, vooral in oude *cartularia* van abdijen en kapittels; zij zijn ook hierdoor te erkennen, dat ze gewoonlijk meer uitgestrekt zijn en rijker dan de andere parochiën van een zelfden groep (zelfde patronaat); dikwijls ook hebben ze hunnen naam gegeven aan de burgerlijke indeelingen (ambachten, heerlijkheden). Voorbeelden zijn: Lisseweghe, Oostkerke, Sysseele, Oostcamp, Eessen, Rumbeke enz. Zie Imbart de la Tour *o. c.*, Thomas, *Le droit de propriété des laïques sur les églises et le patronage laïque au moyen-âge*. Paris 1906 en onze studie: *Les paroisses rurales primitives* etc. in *Mélanges Moeller* Louvain, 1814, t. I, p. 366 ss.

(1) Zie Imbart. *o. c.* p. 95. Warichez, *o. c.* p. 124.

(2) Wij zeggen niet dat al onze huidige parochiën, of zelfs al de parochiën uit de latere middeneeuwsche bronnen bekend, dan reeds bestonden; maar wel dat de parochiale inrichting zich over gansch ons grondgebied uitstrekte, voor zooveel het bewoonbaar was. Na de beroerde tijden der Noormannen zullen weldra door de ontginning der bosschen en het bedijken der polders nieuwe landen, *terræ novæ*, geschapen worden, die eerst bij de oude parochiën worden gevoegd, zooals hooger gezegd, maar van de XIIIe eeuw voort ook onafhankelijke parochiën zullen worden.

Zeker wel moeten wij hier eerst en vooral de bovennatuurlijke werking van God bewonderen. Zooals elders waren ook hier beletsels, die bij 't eerste opzicht onoverkomelijk schenen; doch de Voorzienigheid zegende den edelmoedigen en opofferenden iever onzer zendelingen. Reeds vroeger steunden we op het belang van Clovis' bekeering in dit opzicht; ook andere omstandigheden werkten de bekeering onzer voorouders in de hand.

Vooreerst de reeds door ons vermelde weldoende invloed der kloosters niet alleen op zedelijk- maar ook op stoffelijk gebied. Men mag stout weg houden staan dat de kloosters de eerste en voornaamste factoren geweest zijn, die de barbaarsche volkeren tot een beter inzicht van het leven, en daardoor juist tot eene hoogere en edelere levenswijze gebracht hebben; aan hen hebben een groot aantal onzer landelijke parochiën hun ontstaan te danken (1).

Ook door den immer stijgenden eeredienst der heiligen en de aantrekkingskracht der relikwien werd de ontwikkeling van het parochiewezen vooruitgeholpen. Even als het elders het geval was bij de bekeering van nieuwe volkeren, hadden ook onze zendelingen zich in de mate der mogelijkheid aangepast aan den aard van hun volk; zij verchristelijkten waar zij konnen de bestaande gebruiken, maar vooral trachtten zij de belangstelling, die de nieuwbekeerden gekoesterd hadden voor de gevreesde krachten der natuur, af te leiden naar andere, wel stoffelijke, doch godsdienstige voorwerpen (2). De H. Eligius, het is bekend, heeft, meer dan gelijk wie misschien, de vereering der relikwien bevorderd; hij deed de *elevatio*

---

(1) Zie IMBART *o. c.* p. 91. « On peut se rendre compte de l'importance de ses conquêtes (du monachisme) si l'on remarque que, dans une foule de diocèses, de nombreuses paroisses sont restées soumises au patronage des abbayes ». Dit geldt vooral voor het vlaamsch gedeelte van de oude bisdommen Doornik en Terenburg.

(2) Zie daarover KURTH, *Les origines de la civilisation moderne*, Louvain 1886, t. II, p. 101 ss.

der heilige gebeenten van den H. Quintinus, van den H. Piatus te Seclin bij Ryssel en waarschijnlijk van den H. Chrysolius te Komen. Heel natuurlijk ontstond rond het verheerlijkt graf van een heilige een *oratorium*, een kapel, die het middenpunt werd eener parochie. Maar wat Eligius deed voor zijn voorgangers dat deed de H. Momolinus, zijn opvolger, voor hem; en weldra ging de vereering van het volk niet alleen naar de martelaars, maar naar alle heilige bisschoppen, priesters, eenzaten of geloovigen, wier overblijfsels in hun bereik waren, of van wien ze een of ander stoffelijke herinnering bewaarden; en nog eens ging met deze vereering gepaard het oprichten van een heiligdom, eene kapel, die naderhand, tot eene kerk vergroot, middenpunt werd eener parochie (1).

Benevens deze oorzaken van godsdienstigen aard, moet ook nog vermeld de groote verandering gedurende het Carolingisch tijdvak geschied op maatschappelijk en economisch gebied. De grenzen van het Rijk hadden zich uitgebreid; Vlaanderen was niet meer, zooals onder de Merovingers, het vergeten en verlaten uiteinde. Het persoonlijk streven van Karel de Groote zal weldra aan die streek een allergewichtigste rol verleenen, namelijk die van bemiddelares tusschen de latijnsche gewesten van het Zuiden en de germaansche van het Oosten. Van zelf ontstaat aldus op dit kruispunt van beide beschavingen een drukker verkeer, een dichter bevolking, die nieuwe kerken en parochiën deden ontstaan (2). De belangrijkste nieuwigheid op economisch gebied was wel het vermenigvuldigen der groote domeinen en de vooruitgang van den landbouw. Hier ook speelde Karel de Groote eene belangrijke rol. Door de bekende *capitulare de villis* en een ander van 813 had de groote keizer gunstige voorwaarden gesteld ten einde

(1) Zie WARICHEZ, *o. c.* p. 110, 123 ss; IMBART *o. c.* p. 95.
(2) Zie PIRENNE, *Hist. de Belgique*, t. I. p. 27 ss.

de ontginning der koninklijke bosschen te bevorderen. Vele nieuwe landbouwcenters kwamen aldus tot stand en we weten uit een *capitulare* van 818, dat al de nieuwe *villæ* van kerken voorzien waren (1). Zoo werd stilaan ons Vlaanderen huishoudkundig tevens en godsdienstig gevormd. Van de VIIe tot de XIIe eeuw krijgen bijna al de dorpen van Midden-Vlaanderen en van de zeevlakte hunnen naam (2).

Wel was over deze ontluikende christenheden de storm der Noormannen neergekomen, doch die was slechts voorbijgaande en niet meer in staat het christendom uit te roeien dat bij ons reeds zoo diepe en veelzijdige wortelen had geschoten (3).

R. Deschepper.

VI.

Causes de la déchéance des fabriques d'églises.

Q. *Quelles sont les causes pour lesquelles on peut prononcer la déchéance d'un conseil de fabrique?*

Remarque préliminaire. Le projet de loi sur le temporel du culte, présenté à la chambre le 17 novembre 1864 par Monsieur Tesch, ministre de la justice (4), autorisait par ses articles 90 et 101 l'envoi d'un commissaire spécial avec mission de dresser d'office les budgets et les comptes ou d'en obtenir la délivrance, au cas où ceux-ci n'auraient pas été faits ou remis par les conseils de fabrique aux époques fixées par la loi.

Après qu'en 1869 les négotiations pour amener une transaction eurent abouti, le gouvernement substitua à ces articles une disposition nouvelle qui forma l'article 15 du projet de loi de contrôle soumis à la chambre en 1870.

---

(1) Imbart de la Tour, *o. c.* p. 91; Warichez *o. c.* p. 124.

(2) Zie L. Beckers, *Vlaanderen van de vroegste tijden tot in 1815.* (Verslag der Gentsche tentoonstelling, 1913).

(3) Zie Warichez, *o. c.* p. 201 ss.

(4) *Chambre des représentants, Documents parlement.*, S. 1864-1865, p. 246 ss.

En voici la teneur (1): « Si le budget ou le compte n'est pas remis aux époques fixées par les articles 1 et 6 de la présente loi, ou si la fabrique refuse de fournir les pièces ou les explications justificatives qui lui sont demandées par la Députation permanente, le gouverneur lui adresse une invitation par lettre recommandée et en donne avis à l'Évêque diocésain ».

« La fabrique qui, dans les dix jours de la réception de la lettre, n'a pas remis son budget ou son compte, ou dont le budget est renvoyé non approuvé par la Députation, faute d'avoir fourni dans le même délai des pièces ou des explications reconnues suffisantes, ne peut plus désormais obtenir de subside ni de la commune, ni de la province, ni de l'État ».

« Le gouverneur constate cette déchéance par un arrêté qui est notifié à l'Évêque, à la fabrique et aux administrations intéressées ».

« La fabrique d'église ou l'Évêque peut appeler au Roi de cet arrêté, dans le délai de dix jours après sa notification. S'il n'est pas annulé dans les trente jours qui suivent l'appel, l'arrêté du gouverneur est définitif ».

La section centrale admit cette disposition proposée par le Gouvernement; cependant pour le deuxième paragraphe de l'article 15, elle désira une rédaction plus nette. Elle s'arrêta à la suivante (2): « La fabrique qui, dans les dix jours de la réception de la lettre, *n'a pas remis son budget ou son compte, ou qui n'a pas fourni dans le même délai, des explications ou des pièces, ou dont le budget ou le compte est renvoyé non approuvé par la Députation*, ne peut plus désormais, obtenir de subside ni de la commune, ni de la province, ni de l'État ».

La disposition ainsi modifiée est devenue l'article 15 de la loi du 4 mars 1870.

R. Conformément à ce texte, la déchéance d'un conseil de fabrique peut être prononcée par décision du gouverneur, après avertissement préalable, pour trois causes :

---

(1) *Chambre des représentants, Ann. parlement.*, S. 1869-1870, p. 294.

(2) Rapport van Humbeeck déposé à la chambre au nom de la section centrale, *Doc. parlement.*, S. 1867-1870. p. 102.

1° *Si la fabrique n'envoie pas son budget et son compte aux époques fixées.*

Il faut noter qu'il ne s'agit point ici d'un retard dû à une simple négligence, mais d'un retard qui est la conséquence d'un refus formel et persistant, à la suite d'une seconde délibération du conseil, provoquée par la lettre de rappel du gouverneur et par l'avertissement éventuel de l'autorité diocésaine (1).

Dans la pratique administrative on tient compte aux fabriques de multiples circonstances qui peuvent les empêcher de produire leurs budgets et comptes en temps voulu; telles sont: la mort du trésorier décédé à la suite d'une longue maladie (ar. r. du 3 décembre 1886), les difficultés inhérentes à l'établissement d'une nouvelle paroisse (2), les perturbations apportées à la comptabilité fabricienne par la guerre.

2° *Quand la fabrique n'a pas fourni les explications ou les pièces justificatives qui lui sont demandées par la Députation permanente.*

Faisons de nouveau observer que la fabrique doit *formellement* refuser de fournir les explications demandées. Au reste, la fabrique ne saurait encourir la déchéance, si elle refusait d'envoyer à la Députation des pièces qui ne doivent pas servir de pièces justificatives (3).

3° *Quand le budget ou le compte est renvoyé non approuvé par la Députation.*

« Le renvoi du budget, disait M. Pirmez, ministre de l'Intérieur, au Sénat (4), pour une erreur ou une rectification ne peut donner lieu à déchéance; le renvoi du budget dont parle l'article se réfère au cas d'un budget

---

(1) Rapp. d'Ancthan au Sénat, *Doc. parlement.*, S. 1869-1870, p. 14; discours du même membre à la séance du Sénat du 22 février 1870, *Ann. parlem.*, S. 1869-1870, p. 111.

(2) Damoiseaux, *Guide pratique de l'administration des fabriques d'église*, p. 343, Manage, 1920.

(3) Ar. roy., 31 mai 1889. V. *Het vl. Bestuur*, t. XI, p. 30.

(4) Séance du 22 février 1870, *An. parlement.*, S. 1869-1870, p. 110.

renvoyé comme ne satisfaisant pas au vœu de la loi et après avertissement ».

L'hypothèse de la déchéance par suite du rejet d'un compte ou d'un budget par la Députation permanente, ne peut donc se présenter que si une fabrique *persiste* à refuser un budget ou un compte *régulier*, conforme aux prescriptions légales ou règlementaires sur la matière (1).

A. De Meester.

(1) Voir Giron, *Le droit administratif de la Belgique*, 2e édit., t. III. p. 51, Bruxelles, 1885.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis junii propositas.

—

I

Relationes IIam Petri inter et ep. Judae.

Q. *Quæritur de relationibus quæ existunt inter* IIam ep. s. Petri *et* ep. s. Judæ.

R. Magnam vigere affinitatem tum quoad materiam tum quoad formam inter has duas epistolas, ostendit utriusque comparatio. Jam inter cap. I et III Petri et certos quosdam vers. Judæ hæc similitudo animadvertitur (1) ; ast potissimum apparet inter Pet., cap. II vv. 1-18 et Jud., 4-16. Affinitas apparet tum in descriptione errorum, sive doctrinalium, sive moralium illorum hæreticorum qui impugnantur, — tum in adhibitione earumdem figurarum et exemplorum biblicorum, — tum in connexione inter varias sententias, — imo in usu earumdem expressionum et vocabulorum quæ alibi vel raro vel nunquam occurrunt (2).

Hæc hujusmodi similitudo — quum ut patet solo casu explicari nequeat, neque juvet ad inspirationem divinam recurrere, neque absque ratione cogente ad alium præternaturalem Dei interventum appellari possit — explicari nequit nisi vel hypothesi utriusque epistolæ dependentiæ

---

(1) Compara : *II Pet.*, I, 2 = *Jud.*, 2 ; 5 = 3 ; 12 = 5 ; *II Pet.*, III, 2 = *Jud.*, 17, ; 3 = 18 ; 12 = 21 ; 14 = 24 ; 18 = 25.

(2) Compara v. g. : *II Pet.*, II, 1-3 = *Jud.*, 4 ; 4 = 6 ; 6 = 7 ; 10-12 = 8-10 ; 15 = 11 ; 13 = 12 ; 17 = 13 ; 18 = 16. Cfr VREDE, *Die h. Schrift des N. T.*, Bonn, 1906, t. IV, p. 95 ; — JACQUIER, *Hist. des livres du N. T.*, t. IV, pp. 285 ss.

a fonte quodam communi, vel hypothesi alterutram epistolam ab altera esse dependentem. Priori hypothesi rari tantum auctores adstipulantur (1), nec debet ei solida agnosci probabilitas : de tali enim antiquiori documento nullum manserit vestigium ; et si, ut dicetur, omnia explicari possunt per dependentiam unius epistolæ ab altera, jam nulla datur ratio illud documentum supponendi. — Unde manet altera hypothesis, pro qua auctores abeunt in sententias oppositas : antiquiores catholici plerique, moti forte ratione quadam congruentiæ, non decere Petrum, principem Apostolorum, ita adhibuisse epistolam s. Judæ, et quidam moderni acatholici, inter quos Hoffmann, Spitta et Zahn, tenent Petri prioritatem ; recentiores vero plerique catholici (2), et non pauci acatholici (3), sive ut certam, sive ut probabiliorem, prioritatem Judæ proponunt (4). — Revera pro hac sententia solida dantur argumenta ; nimirum :

1°/ Plura dantur in epistola s. Petri quæ obscura sunt et inobvia, sed quorum originem et sensum optime explicamus in hypothesi ep. s. Petri ab ep. s. Judæ pendere ex eaque illa sumpsisse. Quod exemplis pateat :

II Pet., II, 3, de hæreticis venturis loquens, nuntiat eorum instantem punitionem : « *quibus judicium* (i. e. judicium condemnatorium, punitio) *jam olim non cessat : et perditio eorum non dormitat* ». Quid in hac phrasi, de cætero facili, sibi vult illud *jam-olim*, gr. ἔκπαλαι ? Hoc patet si supponitur pendere a *Jud.*, qui v. 4 sic scribit : *Subintroierunt enim quidam homines, qui olim, πάλαι, præscripti sunt in hoc judicium*, i. e. ut apparet ex omnibus ibid. sequentibus, vv. 5-21 : quorum punitio in libris

(1) Ita Plumptre, *St Peter and St Jude*, Cambridge, 1908, p, 79.

(2) Ita Kauben, Belser, Cornely, Camerlynck, Tobac, Vrede.

(3) Ita B. Weiss, Holzmann, von Soden, Harnack.

(4) Magis intricatam sententiam proposuit olim Kuhl, *Die Briefe Petri und Judæ*, Göttingen, 1897, pp. 336 ss. : primitiva epistola Petri habuerit tantum I, 1-21 et III, 3-18 ; Judas eam adhibuerit ad scribendam suam epistolam ; tertius quidam scriptor hanc epistolam Judæ adhibuerit ad inserendum II, 1-III, 2 in epistolam s. Petri.

Veteris Testamenti aliisque jam fuit in antecessum descripta per pœnas similes olim impiis inflictas. Hanc ideam servare voluerit Petrus ideoque illud ἔκπαλαι, secus inintelligibile, inseruit, adeo ut phrasis ejus sic sit evolvenda : Impiorum illorum punitio instanter adveniet, sicut cæteroquin jam olim in libris antiquis fuit prædictum.

II Pet., II, 10 s., sic scribitur de iisdem hæreticis qui « *dominationem... contemnunt* (κυριότητος καταφρονοῦντας),... *sectas non metuunt introducere blasphemantes* », vel potius juxta t. gr. : δόξας οὐ τρέμουσιν βλασφημοῦντες : *majestates non verentur blasphemantes*, i. e. non verentur blasphemare majestates, « *ubi angeli fortitudine, et virtute cum sint majores, non portant adversum se* (gr. : κατ' αὐτῶν, i. e. *adversus eas* majestates) *execrabile judicium* (gr. : βλάσφημον κρίσιν) ». — Hæc vere ænigmatica et inintelligibilia sunt ; fiunt autem manifesta si supponitur Petrus adhibuisse ep. Judæ, qui de hæreticis sic scripserat, vv. 8 s. : « *Similiter hi... dominationem* [i. e., ex collato v. 4, Christum Dominum]... *spernunt, majestatem* (gr. : δόξας, *majestates*) *autem blasphemant. Cum Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ : sed dixit : Imperet tibi Dominus* ». Optime intelligitur Petrum voluisse e textu Judæ omittere quæstionem illam specialem, lectoribus suis ignotam, de Michaële et diabolo et Moysi corpore, et verbis generalioribus ideam servasse : angelos bonos non exsecrari angelis malis. In specie intelligitur illud tam obscurum textus græci : παρὰ κυρίῳ, *coram Domino*, inde esse ortum quod Petrus voluerit servare ideam a Juda expressam in verbis : « *sed dixit* [Michaël] : *Imperet tibi Dominus* ».

II Pet., II, 17, legimus de iisdem hæreticis : « *Hi sunt fontes sine aqua, et nebulæ turbinibus exagitatæ*, i. e. per ventos procellosos propulsæ, *quibus caligo tenebrarum reservatur* » : mira et inexspectata est figura qua *nubes* dicuntur disparituræ in caligine tenebrosa. Cadit autem

omnis difficultas si Petrus ponitur pendere a Juda, qui vv. 12 s., coacervat figuras : « *Hi sunt... nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia : quibus procella tenebrarum servata est in æternum* » ; hîc bene patet : *sidera errantia* utique disparere solent in tenebris. Petrus ex omnibus figuris a Juda adhibitis primas servavit et, reliquis omissis, addidit finem phraseos, indeque ortum dedit illi figuræ satis inexspectatæ : nebularum disparentium in tenebris (1).

2°/ In hypothesi prioritatis IIæ Petri, de pluribus apud *Pet.* occurrentibus non intelligeremus quare Judas ea neglexerit. Si pessimos illos hæreticos quos jam Petrus impugnasset, confutare voluit Judas suosque Christianos contra eos præmunire, quare omittit dicere de eorum avaritia (*II Pet.*, II, 3) ? Quare negligit diluvium, quod præcise fuerat punitio immoralitatis (*II Pet.*, II, 5) ? Et immoralitatem hæreticorum, de qua *II Pet.*, II, 14a et 18 ? Quare ne verbulum habet de pessimo illo errore ab hæreticis sparso circa parousiam Jesu, neque ullo verbo eum errorem refutat, ut fecerat *II Pet.*, III, 1 ss. ? Quare nihil habet Judas de omnibus iis quæ *II Pet.* ex exemplis Veteris Testamenti in lucem posuerat quantum ad singularem protectionem a Deo bonis et fidelibus impertitam ; hæc sane apta esse debebant ad confirmandos lectores in fide (cfr *II Pet.*, II, 5, 7, 9) ? — Contra bene intelligimus, in hypothesi prioritatis Judæ, Petrum hæc omnia addidisse. In specie quod spectat errorem illum circa parousiam : ponamus, dum scribit Petrus, hæreses jam factas esse magis evolutas vel saltem majorem successum apud fideles habere errorem illum de parousia, jam optimo jure poterat generaliori hæreticorum descriptioni ex *Jud.* desumptæ specialiora de hoc errore superaddere.

---

(1) Alia exempla hujusmodi brevitatis causa omittimus ; putamus prioritatem Judæ facile apparere ex collatis *II Pet.*, II, 12 cum *Jud.*, 10 ; *Pet.*, 13 s. cum *Jud.*, 12, etc.

Ea vero quæ *Jud.* propria habet bene intelligimus quare Petrus ea omiserit vel mutaverit : intuitu lectorum suorum, neglecta speciali et obscuriori descriptione peccati Angelorum, et ut videtur ex apocrypho libro Henoch desumpta (*Jud.*, 6), scripsit Petrus formula generaliori : *angelis peccantibus ;* — quare loco *Jud.*, 9, scripserit II, 11, diximus jam supra ; — peccatis, *Jud.*, 11, per figuras descriptis substituit descriptionem realem, II, 14[b] ; — brevitatis gratia omiserit plures ex iis figuris quæ occurrunt *Jud.*, 12 s., — citationem ex apocrypho libro Henoch desumptam, *Jud.*, v. 14 s., bene intelligitur Petrus penitus præteriisse.

3°/ Psychologice non bene intelligitur quomodo Judas, legens de illis hæreticis quos impugnandos habet, epistolam vel vulgatam sub nomine Petri, vel potius, ut omnino videtur dicendum (supra, p. 369 s., sub *b*/), scriptam ab ipso principe Apostolorum, ex hac epistola quædam desumpsisset et, penitus neglecto tum nomine tum auctoritate Petri, vix aliquid proprio marte superaddens, suum satis ignotum nomen iis excerptis præposuisset. Oppositum multo melius intelligitur, ut dicetur ad priorem objectionem jam subdendam (1).

Objectio quæ prioritati Judæ potissimum opponitur exinde desumitur, quod *Jud.*, 4, de erroribus quasi præsentibus agitur, dum contrà *II Pet.*, II, 1-3, eorum apparitio quasi futura prædicitur ; unde tempore præierit *II Pet.* — *Resp. :* Hæc objectio ponit lectores *II Pet.* esse eosdem ac *ep. Jud. ;* jamvero hæc identitas nullo argumento probatur ; contrà neganda est ex eo quod non intelligeretur quomodo ille ex duobus Apostolis, Petro et

---

(1) Quod arguunt quidam ex eo quod *stylus IIæ Petri* a consueto stylo s. Petri, nimirum in *I Pet.*, aliquantum recedit, quasi exinde confirmaretur Petrum hîc subisse influxum *ep. Jud.*, non multum videtur probare ; illud enim discrimen tum partim explicatur ex diversa materia quæ in utraque epistola tractatur, tum partim explicatur ex partibus quas in exaranda *II Pet.* habuerit Silvanus. Rec. dicta supra, p. 186.

Juda, qui secundo loco scripsisset, epistolam hujusmodi ex præcedenti compositam, nullaque illius præcedentis mentione facta, scripsisset, tum ex eo quod *ep. Jud.* ad lectores Judæo-Christianos, et quidem Palæstinenses, *II Pet.* vero ad ethnico-christianos, et quidem Asiæ minoris, scripta esse apparet. — Porro si lectores illi diversi sunt quos indicamus, optime intelligimus Petrum ideo scribere quia timet et imo prævidet ne iidem errores quos jam in Palæstina regionibusque vicinis spargi noverat, brevi etiam in Asiam minorem irreperent.

Objectio altera desumitur ex *Jud.*, 17, quasi Judas ibi ad *II Pet.*, II, 1 ss. alluderet. — *Resp. : a/* Argumentum posset retorqueri ; æque enim facile diceres *II Pet.*, II, 2, alludere ad *Jud.* ; — *b/ Jud.*, v. 17, facile intelligitur loqui de prædictionibus *oralibus : dicebant* vobis ; — *c/ Jud.*, agit v. 17, non de *Petro* solo, sed de *Apostolis*, i. e. de pluribus, imo quare non de *omnibus* Apostolis. — *Judas* prior scripserit, revocans in memoriam doctrinam Apostolorum de apparitione pseudo-doctorum ; *II Pet.* idem in memoriam revocaverit, Apostolis addens *Prophetas*, de quibus de facto ipse, non Judas, locutus fuerat in præcedentibus, I, 20 ss.

A. Vander Heeren.

II

De certitudine humana justificationis.

Q. *Quanam certitudine potest homo scire se esse justificatum ? Explica et breviter proba responsum ?*

Resp. — 1/ Excepto casu divinæ revelationis certæ et privatæ, homo *non* potest scire *fide divina* se esse justificatum ; 2/ idem autem cognoscere valet *certitudine late dicta*, quæ nimirum omne judicium probabile prudens de opposito, quamquam non omnem formidinem, excludit.

A. Explicatur. — 1/ Quid sit *certitudo* et in specie certitudo *fidei divinæ* in præcedenti responsione delibavimus.

2/ Certitudo *late dicta* opponitur ad certitudinem stricte dictam, quæ nimirum non tantum omne dubium prudens sed adhuc omnem formidinem erroris excludit.

Hæc absentia omnis formidinis est nota specifica certitudinis qua talis, quæ itaque essentialiter differt ab opinione, quam definiunt: assensum in alterutram partem ut veram, cum formidine de opposito.

Certitudo nequidem contradictorii simultaneam probabilitatem patitur ; contra, quoad opinionem, omnes concedunt propositionem etiam contradictoriam posse simul esse probabilem (1).

Verum, opinionem probabilem admittere gradus manifestum est. Et requidem vera in vitæ consuetudine et usu rerum tanta potest esse probabilitas ut eamdem vim ac certitudo habeat. Hæc summa probabilitas dicitur certitudo late dicta et adhuc certitudo prudentialis aut moralis vocatur.

Dicitur *certitudo*, quoniam qui tali maxima probabilitate ducuntur, *subjective* non dubitant, sed adhæsione firma rem amplectuntur. Vocatur *late dicta* quia *objective*, ex parte scilicet motivi, non datur infallibilitas sed maxima probabilitas, et ex hac parte formido semper oriri potest.

Cur appelletur *prudentialis* satis patet ; excludit enim judicium probabile prudens de opposito.

Tandem nominatur adhuc certitudo *moralis*, sed æquivoce ; et enim certitudo stricte dicta dividitur in metaphysicam, physicam et moralem, ratione motivi, uti in præcedenti responso jam advertimus et notatim moralis dicitur quando in natura et moribus hominum fundamentum habet ; nunc autem certitudo late dicta

---

(1) Cfr De Jaegher, *Instit. philos.*, n. 93 s., p. 83 s.

vocatur moralis quatenus homines *ex more* secundum ipsam agere solent (1).

B. Probatur. — 1/ *Fide divina* credi potest et debet id quod formaliter, sive explicite sive implicite, a Deo revelatur.

Atqui *nulla datur talis revelatio* in fontibus revelationis authenticis de facto justificationis cujuslibet hominis (2).

Major in tractatu de fide demonstratur.

Minor probatur : *a/* in fontibus revelationis *nullibi* dicitur *formaliter explicite* quinam sint justificati ; *b/ nec* idem formaliter *implicite* revelatur, quia propositiones universales omnes de justificatione sunt *conditionales*, ut puta : « Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit » (3). Jam autem nunquam perfecta certitudine alicui constare potest de conditione erga semetipsum adimpleta. Ergo conclusio syllogismi, in præsenti materia, objectum fidei nunquam esse poterit (4).

Minor subsumpta probatur :

Homo adultus justificatur α/ vel ex actu contritionis sive charitatis perfectæ ; β/ vel ex suscepto sacramento, quod gratiam ex opere operato producit.

α/ In primo casu, quoniam hæc contritio sive charitas perfecta debet esse *supernaturalis* (5), quæ quidem super-

---

(1) Cfr ill. ac rev. Waffelaert, *Meditationes theologicæ*, apud *Collat. Brugen.*, III, p. 67, n. 2.

(2) Pro hac demonstratione tota cfr Van der Meersch, *De divina gratia*, n. 200 s., p. 174 s.

(3) *Marc.*, xvi, 16.

(4) In tractatu de fide explicatur quomodo *ex veritate revelata*, utendo veritate *non revelata* sed aliunde absolute certa, deduci possit, quin tamen adstruatur syllogismus proprie dictus, aliqua veritas quæ ita fit *quoad nos* revelata ; v. g. de fide est omnes homines, nascentas ex Adamo, peccato originali infectos esse ; quando naturali cognitione scimus talem infantem naturaliter natum esse ex Adamo, jam quoad nos de fide est ipsum originali labe infectum esse.

(5) Hæc propositio demonstratur ex professo in tractatu de gratia, ubi de dispositionibus ad justificationem ; cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 183 s., p. 156 s.

naturalitas sub conscientia psychologica non cadit, nunquam poterit homo perfecte cognoscere se amare Deum *sicut oportet*. Utique, adhuc revelatur Deum velle omnes homines salvos fieri (1), sed *quomodo* hæc voluntas salvifica Dei quoad singulos homines obtineat nescimus, quia hoc non revelatur.

β In altero casu ad *fructuosam* receptionem sacramenti requiruntur actus et *dispositiones proximæ supernaturales*, et rursus de supernaturalitate istorum actuum perfectam certitudinem nancisci non possumus ; insuper ad *validam* administrationem sacramenti (2), ex parte ministri, requiruntur potestas ordinis et jurisdictionis aut saltem intentio debita (3), quæ omnia perfecta certitudine cognosci nequeunt.

2/ Attamen *certitudine late dicta* potest homo scire se esse justificatum.

Et revera, *a*/ quod primum casum attinet, et etiam quod spectat dispositiones requisitas ad fructuosam susceptionem sacramenti in altero casu, potest homo certo cognoscere se *ex sua parte* omnia præstare quæ postulantur, et deinde nemo prudenter dubitare potest quominus Deus, qui vult omnes homines salvos fieri et nemini facienti quod in se est denegat gratiam (4), elargiatur gratias actuales necessarias ut illi actus fiant supernaturales.

Quoad validam administrationem sacramenti in altero casu, potest homo ad certitudinem late dictam pertingere, quæ scilicet omne dubium probabile prudens excludat.

b Quamquam *effectus* gratiæ quæ est operatio *supernaturalis* pariter sub experientia et conscientia non cadit,

---

(1) *I Tim.*, II, 4.

(2) Abstrahimus ab actibus recipientis sacramentum, qui tamquam *materia sacramenti* requiri possunt, quia idem dicendum de iisdem, ac de actibus ad fructuosam receptionem necessariis.

(3) Ita ubi baptismus confertur.

(4) Cfr ILL. AC REV. WAFFELAERT, *o. c.*, apud *Collat. Brugen.*, II, p. 181 et VAN DER MEERSCH, *o. c.*, n. 168, p. 144.

potest tamen homo, qui aliunde peccati mortalis sibimet non est conscius, ex dispositionibus suis *habitualibus* bonis, tamquam ex quibusdam signis, conjecturalem cognitionem de sua justificatione acquirere, itaque, quando homo in se apprehenderit *habitus* bonorum operum, quæ exercentur ex fide divina, non poterit, quandoque saltem, prudenter dubitare, id est, non certus esse certitudine morali, sive late dicta, sive prudentiali, illos habitus esse effectus gratiæ supernaturalis (1).

Confirmatur hæc sententia *praxi fidelium*, qui, quoniam hanc certitudinem prudentialem habent, spreta anxietate irrationabili, absque ulla hæsitatione ad corpus Domini sumendum accedunt, dum optime tamen norunt judicium sibi manducare et bibere qui indigne accedere præsumpserit.

H. Lamiroy.

III.

De stipendio illicito.

Q. *Paulisper explica casus in quibus, juxta can. 825, Missæ eleemosyna illicite recipitur.*

R. Juxta can. 825, nunquam licet :

1° « Missam applicare ad intentionem illius qui applicationem, oblata eleemosyna, petiturus est, sed nondum petiit, et eleemosynam postea datam retinere pro Missa antea applicata ».

Ratio prohibitionis est quia hic modus agendi pluribus nominibus periculosus est, fidelium scandalis et offensionibus obnoxius, atque a vetusto Ecclesiæ more nimis abhorrens (2).

Requidem vera neminem fugit hanc agendi rationem lucrum et questum sapere, abusibus viam sternere, periculoque invalidæ applicationis exponere.

---

(1) Cfr s. Thomas, *Sum. Theol.*, I-II, q. 112, a. 5, c.
(2) Juxta *decretum S. Cong. Conç.*, 15 nov. 1608.

Ita, v. g., sunt qui negant applicationem factam ad intentionem illius qui primus petiturus est umquam validam esse, nam, uti aiunt, determinatio intentionis in his adjunctis humano modo fieri nequit, cum in ea determinatione ratio haberi debeat de contingente futuro libero (1). Alii, quia effectus Missæ suspensus manere nequit, negant applicationem validam esse si fiat momento quo causa futuræ petitionis nondum existit (2). Sed alii censent applicationem hanc validam esse effectumque Sacrificii non manere suspensum, quia gratia *nunc pro tunc* obtineri potest (3).

Certe invalida est applicatio si fiat sub conditione *suspensiva* de futuro contingente, ita ut intentio celebrantis, qua fructus ministerialis fideli applicatur, nondum existat momento consecrationis sed postea tantum existere incipiat, v. g. momento quo Missæ eleemosyna dabitur. Præterea applicatio Missæ ante petitionem celebratæ aliquando minus proficua erit oblatori, quia, cum ipse ignoret Sacrificium ad suam intentionem offerri, obices qui fructus impediunt forsan removere neglexit.

Accedit quod Missa, in casu, non applicatur ad intentionem futuri oblatoris in executionem contractus « facio ut des ». Qua de causa, fidelis colligit momento celebrationis fructus hujus Sacrificii quin ullum stipendium sustentationis ex justitia solvere debeat.

Jamvero, quando postea Missam petit, eleemosynam offert sub conditione contractus « do ut facias ». Et siquidem pro applicatione fructuum quos collegit ex Sacrificio jam oblato, nihil ex justitia solvere debet, jus strictum habet ut alia Missa celebretur novique fructus sibi applicentur.

---

(1) A. Blat, *Commentarium textus codicis juris canonici*, p. *De Sacramentis*, p. 151. Romæ, 1920.

(2) Genicot-Salsmans, *Institutiones theol. moralis*, II, n. 234. Bruxellis, 1920.

(3) F. Cappello, *De sacramentis*, n. 604. Taurinorum Augustæ, 1921.

Itaque sacerdos eleemosynam datam retinere non potest, nisi denuo celebret ad intentionem oblatoris, vel nisi oblator monitus juri suo renuntiet et consentiat ut sacerdos, intuitu Missæ jam celebratæ, stipem datam retineat.

2° Nunquam licet : « eleemosynam reciperè pro Missa quæ alio titulo debetur et applicatur ».

Sane, hujusmodi agendi ratio questum sapit.

Præterea, notandum est 1° solum fructum ministerialem seu specialem intentioni stipem dantis applicabilem esse, ad exclusionem fructus specialissimi, qui personalis est celebranti ; 2° solummodo probabile esse, fructum ministerialem, qui *pluribus* applicatur, æque prodesse singulis ex illis, ac si *uni* tantum applicaretur.

Jamvero, oblator eleemosynæ init contractum juxta quem fructus ministerialis ipsi applicari debet *in quantum ipsi prodesse potest.* Adeoque, quia debita justitiæ solutionem *certam* exigunt, jus strictum habet ut Missa ad suam tantum intentionem applicetur.

Itaque, si Missa jam debetur et applicatur alio titulo, sive justitiæ (v. g. quia celebrandum est pro grege), sive alius virtutis (puta fidelitatis vel obedientiæ), nunquam licet pro eadem Missa eleemosynam recipere, addendo intentionem qua obligationi ex stipendio ortæ quoque satisfiat.

3° Nunquam licet : « duplicem eleemosynam pro ejusdem Missæ applicatione accipere ».

Etenim, uti ex prædictis sequitur, una eademque celebratione duplici obligationi *justitiæ* nequit fieri satis. Præterea, damnata est hæc propositio : « Non est contra justitiam, pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, et sacrificium unum offerre » (1).

4° Nunquam licet : « alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteram pro applicatione ejusdem

(1) Cf. Denzinger, *Enchiridion symbolorum*, n. 1110. Vide etiam n. 1108.

Missæ, nisi certo constet unam stipem oblatam esse pro celebratione sine applicatione ».

Nam præsumendum est oblatorem eleemosynæ petere applicationem fructus Sacrificii. Quodsi constaret circumstantiis non ambiguis vel expressa mente donatoris, ipsum solam celebrationem petere, puta statuta hora vel determinato loco, in commodum cujusdam familiæ vel communitatis, celebrans posset alteram eleemosynam accipere pro applicatione fructus Missæ.

IV.

De variis stipendiorum speciebus.

Q. *Paucis evolve quæ in can. 826 de variis stipendiorum speciebus traduntur.*

R. Distinguuntur stipendia manualia, ad instar manualium et fundata.

1° *Manualia* dicuntur « stipendia quæ a fidelibus pro Missis offeruntur sive ex propria devotione, veluti ad manum, sive ex obligatione etiam perpetua a testatore propriis heredibus facta » (can. 826, § 1).

Itaque, nomine stipendii *manualis* venit : *a*/ eleemosyna Missæ ab aliquo fideli, brevi uti dicitur manu, sacerdoti data v. g. ad impetrandam quamdam gratiam, et Missa in casu stricto sensu manualis vocatur. *b*/ Eodem nomine venit stipendium quod ex obligatione a testatore heredi proprie dicto vel, quod æquipollet, legatario imposita pro celebrandis Missis traditur. Non refert quod obligatio diuturna vel etiam perpetua sit, dummodo legatarius non sit persona moralis ecclesiastica cui pia fundatio facta est.

Quare manualibus assimilantur Missæ in perpetuum quidem fundatæ sed in nulla ecclesia constitutæ ac curæ privatæ commissæ patrisfamilias (1).

---

(1) Cf. *Decretum S. Congr. Conc.*, « De observandis », apud *Collat. Brugen.*, IX, (1904), p. 595.

2° *Ad instar manualium* vocantur « stipendia Missarum fundatarum, quæ applicari non possunt in proprio loco, aut ab iis qui eas applicare deberent secundum tabulas fundationis et ideo de jure aut Sanctæ Sedis indulto aliis sacerdotibus tradendæ sunt ut iisdem satisfiat » (can. 826, § 2).

Ut stipendia *ad instar manualium* vocentur, oportet igitur *a*/ ut sint stipendia Missarum revera fundatarum, de quibus Missis dicetur infra. Ex hoc capite, eleemosyna quæ alicui sacerdoti traditur ad celebrandam Missam in determinata ecclesia, non est stipendium ad instar manualis sed simpliciter manuale. *b*/ Præterea, oportet ut Missa fundata vel *α*/ celebrari nequeat in proprio loco ubi fundata est, puta in certa ecclesia vel altari determinato, vel *β*/ applicari nequeat ab eo, puta beneficiario aut religioso monasterii, qui eam applicare deberet secundum tabulas fundationis (1). Qua de causa, de jure, v. g. si locus sacerdotes non habeat, vel saltem S. Sedis indulto, quando vera dispensatio necessaria est, alio loco vel alii sacerdoti ejusmodi Missæ tradito stipendio celebrandæ committuntur ; propter quam traditionem stipendia, quamquam ex fundatione proveniunt, « ad instar manualium » vocantur.

Dubio « An Missæ quæ ex onere perpetuo inhærente ecclesiæ, monasterio, confraternitatibus, aut locis piis quibuscumque, sed in nulla ecclesia sunt constitutæ ita ut a quolibet sacerdote pro administratorum arbitrio ubivis applicari possint, accenseri debeant inter fundatas vel potius inter manuales... », respondit S. Congr. Conc., 19 dec. 1904 : « habendas esse ad instar manualium » (2).

3° *Fundata* seu *Missæ fundatæ* appellantur « alia stipendia quæ ex fundationum reditibus percipiuntur » (can. 826, § 3).

---

(1) Cf. Can. 1548 ss.
(2) *Collat. Brugen.*, X (1905), p. 315.

Dicitur *alia* stipendia : Missarum scil. fundatarum pro quibus circumstantiæ, sub § 2 indicatæ, non obtinent.

Vix necesse est ut advertamus hic agi de solis fundationibus *piis* quo nomine significantur « bona temporalia alicui personæ morali (1) in Ecclesia quoquo modo data, cum onere in perpetuum vel in diuturnum tempus ex reditibus annuis aliquas Missas celebrandi, vel alias præfinitas functiones ecclesiasticas, explendi, aut nonnulla pietatis et caritatis opera peragendi ». Oportet ut fundatio legitime acceptata fuerit, ad normam can 1545 ss.

V. Coucke.

V.

De materia examinis particularis.

Q. *Quonam modo et quanto tempore eidem vitio vel eidem virtuti tamquam materiæ examinis particularis immorandum est* (2)*?*

Modus. — 1. Intentio in examine particulari adhibendo sit recta et supernaturalis, desiderium nimirum sanctitatis acquirendæ et perfectæ puritatis cordis: adeoque hæc exercitatio continuo oratione imbui debet.

2. Vitanda est nimia contentio et fugienda quædam coacta servitus, quæ caput fatigat, libertatem spiritus tollit et piæ voluntatis affectus impedit (3).

3. Initio v. g. apud pueros, exercitatio erit omnino restricta, nimirum ad quosdam actus determinatos, per

---

(1) Cf. Can 99.

(2) Vide bibliographiam hoc tomo p. 319.

(3) L. Sempé, S. J., *L'examen particulier*, Messager du Cœur de Jésus, 1922, p. 105. « Il y a une contention inhérente à l'apprentissage de toute méthode précise: l'examen particulier n'en est pas exempt. Cette contention n'est pas rare chez les novices, du moins dans les débuts; mais c'est un fait d'expérience qu'elle disparaît très bien par l'habitude. Par contre il y a une contention inhérente à la lutte contre les mauvais instincts: celle-ci est inévitable ».

tempus diei restrictum, ut voluntas paulatim exercitio roboretur. Semper tamen curandum est ut hisce actibus subsit aliquod motivum generale, v. g. ex amore Jesu, in gratiarum actionem pro s. communione, ut fiam alter Jesus etc. (1). — Mox autem ad totam diem extendatur materia exercitationis, et ideo præter actus externos statuantur actus interni frequenter eliciendi, vel aliqua oratio jaculatoria adaptata sæpius repetenda: ita qui sese exercet in humilitate, præter actus externos hujus virtutis frequenter recogitet « Deus meus, quis es Tu, et quis sum ego », vel oret « Miserere mei Deus », « Jesu humilis corde, fac cor meum secundum cor Tuum »,

4. In principio vitæ spiritualis, intentio est dirigenda ad vitia ex professo impugnanda. Quando nimirum agitur de quodam defectu positivo, qui frequenter in actum suum prorumpit, ut sunt iracundia, præcipitantia in loquendo aut agendo, consuetudo lædendi charitatem fraternam, irreverentia in orando, objectum examinis particularis erit: vitare hos actus, cohibere hæc vitia ne ad actum deveniant. Si vero defectus est negativus, aut raro sese exserens actibus, v. g. acedia, pigritia, ignavia, tædium, defectus ardoris ad officia status, oblivio Dei, impugnetur per actus contrarios virtutis oppositæ. — Ne tamen nimis protrahatur hæc prima exercitatio: tendit enim natura sua ad deprimendum animum et exaggerat partem negativam perfectionis. Magis jucunda et non minus efficax est altera methodus qua nimirum directe intenditur exercitium positivum virtutum, per actus earum formales frequenter et intense repetitos, atque indirecte emendatio vitiorum obtinetur (2). — Tandem, siquidem omnis defectus radicatur in amore proprio inordinato,

---

(1) Vide puncta examinis particularis qualia pueris proponi possunt, apud E. Poppe, *Geestelijke leiding voor kinderen*, p. 21 ss. et *Bij den kindervriend*, p. 50 ss. cfr [Beaudenom], *Pratique progressive de la direction spirituelle*. t. I, p. 62, ubi copiosa varietas punctorum pro examine particulari invenitur juxta methodum in textu indicatam.

(2) H. Mahieu, *Probatio charitatis*, 2e ed., p. 430.

efficaciter et in radice sanatur per amorem Dei: unde, progrediente anima, magis magisque ad unitatem reduci poterit examen particulare, ad praxim nimirum unionis amorosæ cum Deo (1).

Duratio. — Principium est: Contra vitia pugnamus non ut penitus vincamus, sed ne vincamur. Adeoque:

1. In lucta contra vitia fundamentalia naturæ corruptæ sperandum non est ut ea penitus deleantur ita ut ne sentiantur quidem deinceps. Talem insensibilitatem (ἀπάθεια) erronee et incassum intenderunt stoïci et pelagiani: sana autem ascesis christiana per praxim mortificationis non mortem seu plenam extinctionem prosequitur vitiorum, sed ea quasi-mortua reddit, ita nimirum ut, manente radice mali, ea tamen sterilizetur quatenus fructus suos, mala opera vitæ spirituali nociva, non amplius proferat (2).

---

(1) Adverte tamen quomodo in hac unione cum Deo varietas procurari possit et debeat, adaptando formam concretam hujus exercitii necessitatibus singularum animarum. Qui laborat vitio superbiæ hanc unionem exercebit in spiritu humilitatis et in animo contrito; qui proprio judicio obstinate adhæret, in spiritu perfectæ fidei; qui suæ voluntati inordinate studet, in amore conformitatis cum voluntate divina, etc. Juxta indolem etiam uniuscujusque, unus vel alius affectus erga Deum præ ceteris inculcabitur, admirationis [*verwondering* en *bewondering*], gratitudinis, dependentiæ, laudationis, etc. — Similiter pro una cademque anima variabitur hoc exercitium unionis, mutando ideam et affectum dominantem erga Deum juxta varias dispositiones animæ, gaudii, fervoris, tristitiæ, ariditatis, etc., aut juxta spiritum cycli liturgici, etc.

(2) Cfr P. Pourrat, *La spiritualité chrétienne*, t. I, vide indicem ad verba: apathéia stoïcienne et pélagienne, mortification. Cfr Scupoli, *Pugna spiritualis*, c. viii, ubi hæc leguntur de pugna contra sensualitatem: « Non... necessum est ut omnes affectus ac motus sensualitatis in te rationis tuæ imperio mox acquiescant, nec in hoc nostra consistit victoria ut nullos pravos motus sensualitatis in nobis sentiamus. Sufficit autem quod ratio et voluntas nostra (quantumcumque sensualitas inordinatis motibus suis in nobis sæviat) semper possit facere et omittere, tractare, velle ac desiderare quodcumque, quando, quomodo, quoties et ex causis quibuscumque voluerit ».

2. Unde pugna contra unum idemque vitium tamdiu protrahenda est donec conscientia sit sufficienter vigil ut statim advertat motum concupiscentiæ aut periculum ejus, voluntas vero sit satis firma ut insurgentem impetum facile coercere valeat ita ut nec semel per notabile tempus isti vitio consentire contingat (1). — Simili ratione tamdiu aliqua virtus determinata est exercenda donec fiat habitus acquisitus, ita ut absque difficultate juxta eam operari succedat (2).

3. Quidam autem defectus brevi tempore paucarum hebdomadarum expugnari, sensu descripto, possunt, ut defectus contra modestiam, contra decentiam, contra silentium, verba scurrilia, detractiones. — Alia vero vitia diu impugnari, virtutes longo tempore exerceri debent antequam scopus intentus tangatur, ita v. g. perfecta humilitas, patientia, conformitas cum voluntate divina fructus est generosæ exercitationis per plures annos, imo per totam vitam (3). — Sedulo tandem advertendum est

---

(1) Cfr L. Semié, *L'examen particulier*, Messager du Cœur de Jésus, 1922, p. 35 sq. Ita describit processum sanationis « Supposons qu'une personne a pour défaut dominant la médisance.... Il faut par un acte de volonté énergique, vous imprimer dans l'esprit ce commandement, cette idée-force : *je ne médirai pas*..... Si vous faites cela chaque jour [le matin, à chaque chute qu'on remarque, le midi, le soir], sans contention mais avec vigueur, voici ce qui arrivera. Après un temps plus ou moins long — cela dépend de l'incrustation de votre défaut dominant, de la plasticité de votre psychisme, de l'énergie de vos volitions — il se sera gravé dans votre subconscience une idée-force, celle-ci : *je ne médirai pas*. Bientôt, au contre-coup d'un acte de médisance inconscient, cette idée-force, en vertu de l'association des images, jaillira dans votre conscience : et vous voilà averti que vous médisez ; c'est à vous de vous arrêter. Que vous le fassiez ou non, vous en avez au moins la possibilité : c'est un premier pas. Plus tard l'idée jaillira à la simple approche du danger. Il vous sera plus facile de vous retenir : c'est un progrès. Plus tard, enfin, l'idée-force dominera tellement votre conscience qu'elle inhibera le *réflexe* de la médisance. Ce jour là vous serez maître de votre défaut dominant ».

(2) Cfr Bona. *Horologium asceticum*, c. IV, § 2.

(3) Cfr A. Le Gaudier, S. J., *De la perfection de la vie spirituelle*, t. II. p. 731 sq. Lege *Imitat. Christi*, L. I. c. XI.

hoc factum experientia comprobatum quod solent diu sopita vitia aliquando reviviscere (1).

4. Ne autem diuturnitas exercitationis in eadem materia fastidium generet et negligentiam, illam interdum ad duos vel tres hebdomadas interrumpere juvabit atque redire ad materiam magis obviam, v. g. ad silentium strictius servandum, ad exercitia devotionis majori sollicitudine persolvenda, ad mortificationes ex intento multiplicandas, ut dein renovato animo reassumatur lucta interrupta.

A. LEGRAND.

VI.

De absolutione pro defunctis.

Q. *Quandonam fieri potest absolutio pro defunctis* (2).

R. PRÆNOTANDUM. Nomine *absolutionis pro defunctis* intelligitur ritus liturgicus qui peragitur ad feretrum defuncti vel ad castrum doloris et quo absolvitur in ecclesia ordo exsequiarum aut absolvi solet solemnior missa pro defunctis.

Nomen *absolutionis* explicatur sive, ut plerique volunt, ab eo quod ordinatur ad obtinendam suffragiis Ecclesiæ absolutionem a pœnis peccatorum quæ expresse petitur in orationibus hujus ritus ; sive quia est finis functionis exsequiarum in ecclesia : similiter enim per verba « ad *absolutionem* capituli » designat Breviarium finem officii Primæ in aula capitulari olim peracti, et *absolutio* vocatur oratio qua terminantur psalmi singulorum nocturnorum.

---

(4) Unde numquam memoria penitus amittenda est eorum vitiorum quæ nobis tempore formationis fuerunt indicata, ne sponte renascantur et fiant posteriora nostra pejora prioribus.

(1) Cf. C. CALLEWAERT, *Cæremoniale in missa privata et solemni et aliisque frequentioribus functionibus liturgicis servandum.* Brugis, BEYAERT, 1922, p. 219 ss.

I. In exsequiis defunctorum absolutio *est de præcepto*, et regulariter fit immediate post missam exsequialem.

Rituale enim in *Exsequiarum ordine*, immediate post missam absoluto modo injungit procedendum esse ad feretrum ut fiat absolutio (VI, III, 7) ; præterea addit, si officium defunctorum omittatur partim (VI, III, 16) aut ex intregro (VI, III, 17) : « aliæ prædictæ preces et suffragia nunquam omittantur » ; imo si ipsa missa omittatur, signanter quia hora non est congruens, aut si non possit dici ritu pro defunctis, nihilominus absolutio quæ solet peragi post missam « fiat ut supra » (VI, III, 18).

Si cadaver — ut contingit in nonnullis regionibus — « die præcedenti de sero » depositum fuerit in ecclesia et tunc « hujusmodi absolutio et preces decantatæ fuerint super defuncti cadavere in associatione » nihilominus absolutio omitti nequit post missam exsequialem sequentis diei. Ita declaravit S. R. C. 13 jun. 1891, n. 3748, 1.

Nec absolutionem omittere licet, in casu quo corpus non physice sed *moraliter* præsens est, quando nempe celebratur exsequiale funus (uitvaart) — unicum — dum tamen cadaver ob rationabilem causam non est præsens imo forte jam a pluribus diebus est sepultum (1). In hoc enim casu corpus « censeri potest ac si foret physice præsens » (D. 3767, 26) et omnia peragi debent sicut præscribuntur corpore præsente. Adeoque non est omittenda prima oratio : *Non intres in judicium...*

II. Post aliam quamlibet — non exsequialem — missam Requiem, etiamsi sit lecta tantum (D. 4215), absolutio cantari *potest* sed non est de præcepto.

Nullibi enim exstat præceptum, sed in Missalis Rubr. Gen. XIII, 4 et in Missali pro defunctis, ad absolutionem super tumulum, dicitur : finita missa, *si* facienda est absolutio...

Cantari solet in Commemoratione omnium fidelium

---

(1) Additiones et variationes in rubricis missalis, t. III, n. 4; cf. *Calend. liturg.*, p. 14.

defunctorum, in anniversariis saltem cantatis, et in missis *Requiem* solemnioribus quæ celebrantur primis diebus post exsequias, aut die 3ª, 8ª, aut 30ª a die obitus vel sepulturæ, aut prima vel opportuniori die post acceptum mortis nuntium ; sed in his omnibus casibus non obligat per se. Potest tamen et solet esse obligatoria ratione stipendii accepti.

Absolutio habenda est *quasi appendix missæ exsequialis aut missæ Requiem*, quacum cohæret et a qua dependet. Cum hoc principio logice connectuntur sequentia præscripta liturgica :

1° Absolutio facienda est *ab eodem sacerdote* qui missam *Requiem* celebravit (1) : ita enim ordinatur ritus apud Cærem. Episc. II, XXXVII, 2 ; Missalis Rubr. Gener., XIII, 4 ; Missale pro defunctis ; Rit. Rom. VI, III, 7 ; VI, V, I ; ita statuunt Decreta quæ soli Episcopo in sua diœcesi reservant privilegium cantandi absolutionem quin ipse celebraverit missam, DD. 3029, 10 ; 3708, 2.

2° Qui missam celebravit, absolutionem peragit *in paramentis missæ*, depositis tantum (in cornu epistolæ, Miss. Rubr. Gen. XIII, 4 ; D. 3108, 5) manipulo et casula, cujus loco assumit pluviale nigrum.

3° Si missa fuerit solemnis, assistunt *iidem Diaconus et Subdiaconus* ad absolutionem, depositis tantum manipulis. Si tamen pro celebrante deesset pluviale, ministri sacri etiam deponunt dalmaticam et tunicellam.

III. ABSOLUTIO SINE RELATIONE AD MISSAM, maxime si sit fundata, fieri potest quotidie, « exceptis duplicibus I classis, in quibus absolutio... neque habere locum poterit private post absolutas vespere horas canonicas. Quod si in diebus permissis de mane fiat, nunquam post missam de die, nisi omnino independenter ab eadem » (D. 3780, 8, coll. D. 4270).

---

(1) Idem statuitur de aspersione aquæ benedictæ ante missam dominicalem (*Cæremoniale* citatum, n. 268) ; de benedictione candelarum, cinerum et palmarum (*Cæremoniale*, n. 403), de cæremoniis Sabbati Sancti (*ibid.* n. 455, 462).

IV. Immediate post missam de die aut votivam, etiamsi fuerit defuncto applicata (D. 3014, 1), nunquam permittitur nisi omnino independenter ab ea.

Decretum mox citatum n. 3780, 8 confirmatur permultis aliis, v. g. DD. 2186 ; 3201, 8 ; 3722, 1 ; 3942 ; 4183 ; 4215 ; 4270 (1), ex quibus sat superque elucet hanc rubricarum interpretationem pertinere ad stylum curiæ, adeoque (2) esse sine dubio præceptivam et ubique obligatoriam.

Nota practica. Reverendi igitur Domini parochi familias moneant oportet ne anniversaria aut missas cum absolutione petant diebus quibus prohibentur missæ Requiem, notatim *a/* in dominicis et festis de præcepto licet suppressis ; *b/* in duplicibus I vel II classis etiam translatis ; *c/* in feriis, vigiliis aut octavis privilegiatis.

Quodsi tamen aliter fieri nequeat, abrumpatur tunc oportet omnis nexus missam de die inter et absolutionem. Quare :

a/ Celebrans et assistentes secedant ad sacristiam et exuant *omnia* paramenta missæ, etiam albam, et iidem vel alii sacerdotes induant superpelliceum et unus assumit stolam et pluviale nigri coloris ; « adhiberi enim non possunt diaconus et subdiaconus sacris paramentis induti » (D. 3066).

b/ « Removeatur tumulus tempore missæ » ait Decretum 2994, 1. Si hoc commode fieri nequeat, exstinguantur cerei circa tumulum ut ita auferatur signum connexionis tumulum inter et missam (3). « Quodsi dicatur officium defunctorum, fiat in casu absolutio immediate post ipsum et ante missam » (D. 4183), ut ita ritus qui celebratur in nigris totus cohæreat et absolutio magis appareat independens a missa diei.

C. Callewaert.

---

(1) Cf. *Collat. Brugen.*, xi, 526 ; xiii, 472 ; xvi, 658.
(2) Cf. C. Callewaert, *De S. Liturgia universim*, n. 135, 3, *b/*.
(3) Cf. *Collat. Brugen.*, ix, 608 ; *Ephem. liturg.*, xix, 629.

De indole factorum mirabilium in Scripturis relatorum.

(*Sequitur*. — V. supra, pp. 338 ss.).

II. Applicatio.

Libros tum Veteris tum Novi Testamenti quam plurima facta referre quorum ex una parte inconcussis argumentis demonstratur historica realitas, et quorum ex altera parte indoles stricte miraculosa extra omne dubium constituta apparet, supervacaneum esset demonstrare (1). Nec est hujus nostræ disquisitionis scopus de hac re indubia ulterius indagare. In nonnullis tamen casibus non ita patet ubinam præcise miraculum sit reponendum, et quænam forte factorum elementa, quamquam utique semper providentialia sunt dicenda, de se tamen ad ordinem naturalem pertineant. Hujusmodi autem factorum unum tantum exercitii gratia exemplum specialius considerare juvat. Sit nempe :

Liberatio populi Dei a vexatoribus suis per mare rubrum.

I. *Insigni* et *speciali ipsius Dei interventui* adscribendum esse Hebræos per mare rubrum fuisse salvatos, Ægyptios vero destructos :

1/ Apparet *ex tota narratione* libri Exodi quæ sub forma simplici et plane historica, non vero cum apparatu poëtico, ad modum alicujus narrationis excogitatæ vel idealizatæ, procedit.

2/ Apparet ex multis aliis locis s. Scripturæ, tum

(1) Lege JACQUIER et BOURCHANY, *La résurrection de Jésus-Christ. Les miracles évangéliques*, Paris, 1911, pp. 183 ss. ; FILLION, *Les étapes du rationalisme*, Paris.

Veteris tum *Novi Testamenti*, qui speciali modo *in Deum auctorem* referunt aquas maris rubri fuisse separatas, Hebræosque per mare rubrum fuisse salvatos, eamdemque populi Dei salutem inter prodigia et signa divina enumerant. Cfr *Num.*, XXXIII, 8 ; *Deut.*, XI, 4 ; *Jos.*, II, 10 ; IV, 24 ; XXIV, 7 ; *Is.*, XLIII, 16 ; LI, 10 ; LXIII, 11 ; *Ps.*, LXV, 6 ; LXXVII, 13 ; CV, 9 ; CXIII, 3 ; *Judith*, V, 12 ; *II Esdr.*, IX, 11 ; *Sap.*, X, 18 ; XIX, 7 ; *I Mach.*, IV, 9 ; *Act.*, VII, 36 ; *I Cor.*, X, 1 ; *Hebr.*, XI, 29.

3/ Ex consensu *Traditionis* tum *judaicæ* tum *christianæ*, necnon ex *consensu hodierno* inter catholicos.

II. Ex dictis sequitur rejiciendas esse *sententias incredulorum*, qui totum eventum vel simpliciter negant et inter legendas vel mythos relegant, vel tali modo explicant ut nullum specialem Dei interventum requisierit, puta : Hebræi *per ripam maris* incesserunt, vel mare transierunt aliquo *vado*, æstu recedente, militesque Pharaonis qui eos persequebantur fluctibus obruti fuerunt, altissimo æstu ; — vel : *casu* factum est et causis naturalibus nobis ignotis, certo quodam temporis spatio viam patuisse Hebræis, Ægyptios vero fuisse submersos.

Quælibet istiusmodi sententiæ a viro catholico rejiciendæ sunt *a priori*, ob argumenta supra, ad I, allata. — Præterea, *a posteriori*, quod *casu* nequit totus eventus explicari — misso casum non dari — apparebit ex dicendis infra ; — quod vero *per ripam* maris vel *per vadum* transierint, ipsa narratio biblica expresse excludit : transierunt *per mare*, aquis stantibus ex utraque parte, ergo non per ripam ; transierunt *per siccum*, adeoque non per vadum ; præterea *tempus* huic transitui absolvendo fuisset insufficiens, quum mare per æstum non tanto tempore recedat, nec æstus ordinarius præstitisset *spatium* sufficiens ; tandem *Ægyptii* et ipsi phænomenon istud naturale novissent, et sane non permisissent se immergi.

Nota. Argumentum contra veritatem historicam factorum, desumptum *ex silentio* monumentorum Ægyti, vide

solutum apud auctores. Summatim responsum huc redit non solitos fuisse Pharaones et Ægyptios clades suas scriptis obsignare !

III. Admisso speciali Dei interventui esse tribuendum integrum eventum, quæritur ulterius *qualis* fuerit iste interventus, et si miraculosus sit admittendus, in quonam fuerit miraculum. — Qua in re diligenter attendendus erit textus, et distincte agendum de *ipso phænomeno viæ apertæ* per mare, et de *adjunctis* idem phænomenon circumstantibus.

A. Quod ipsum *factum substantiale* spectat, *viam apertam per mare*, et *causas* quibus fuit productum, textus sacer meminit : a/ signum datum a Moyse : « Cum extendisset *Moyses* manum super mare » ; — b/ interventum divinum specialem : « Fecit *Dominus* mare diffluere » ; — c/ causam aliquam naturalem : « per *ventum* orientalem vehementem, tota nocte (sufflantem), et vertit mare in siccum, et scissæ sunt aquæ ». — Ipsum vero phænomenon sic *describitur :* diffluunt aquæ, — mare vertitur in siccum, — scissæ sunt aquæ, — ingressi sunt filii Israël per medium sicci maris : erat enim aqua quasi murus a dextra eorum et a læva. — Similiter quod *cessationem phænomeni* spectat et *ruinam* Ægyptiorum, textus sacer meminit : a/ signum a Moyse datum : « Cum extendisset *Moyses* manum contra mare » ; — b/ interventum divinum : « *Dominus* perturbavit exercitum eorum : « et fecit declinare rotas curruum, ferebanturque in profundum (1) » ... ; ... « et involvit eos Dominus in mediis fluctibus » ; — c/ causam naturalem : etenim hinc legimus quod fecerat Dominus diffluere mare per ventum vehementem tota nocte sufflantem : hinc vero legimus quod primo diluculo reversum est mare ad priorem locum ; unde causa naturalis una saltem quæ citatur fuit cessatio *venti*, vel mutatio directionis aut vehementiæ.

(1) De Heer deed de wielen van hunne wagens omslaan (of : breken), en zij verzonken.

Porro ad quæstionem *de indole hujus phænomeni* duplex dari potest et revera datum fuit responsum :

1. *Alii* censent divisionem aquarum fuisse *per miraculum* a Deo effectam, et arguunt (1) :

a/ ex eo quod *ventus* iste *non* potuerit esse *sufficiens* ad hanc divisionem efficiendam ; potuit quidem aliquid conferre, puta — quo modo plerique interpretes v. 21 explicant — per ventum istum alveus maris fuit *siccatus*, sed per eumdem ventum non potuerunt aquæ rejici et scindi ; unde hoc *miraculo* fuit effectum ;

b/ ex eo quod absque miraculo fieri non potuit *aquas muri instar*, modo omnibus legibus æquilibrii contrario, ex utraque parte Hebræorum stetisse.

2. *Alii* vero censent utrumque istud argumentum intentum non probare. Respondent enim :

Ad a/. Eventus ab auctore sacro describuntur ad oculum, scil. eo modo quo Hebræi eosdem eventus animadvertere potuerant. Jamvero ventus erat sola causa quam potuerant advertere, et nil impedit quominus aliæ causæ, et ipsæ ordinis naturalis, a Deo fuerint adhibitæ, ut sunt terræmotus, eruptiones volcanicæ, ingentes tempestates, quandoque in locis maxime dissitis habitæ (2).

Ad b/ Textus nequaquam est necessario ita intelligen-

---

(1) Quod spectat argumentum quod iidem deducere possent ex doctrina Scripturæ ipsius, quasi omnibus illis locis supra enumeratis demonstraretur indoles miraculosa hujus divisionis aquarum, putamus non multa inde posse colligi : ea enim quæ de indole facti alii dicunt et quæ nosmetipsi in conclusione proponemus abunde ut videtur sufficiunt ut potuerit Scriptura variis iis locis citatis loqui sicut de facto loquitur. — Idem dicendum videtur de argumento quod ex sensu sic dicto traditionali Ecclesiæ desumi posset.

(2) Cfr Hummelauer, *Commentarius in Exodum et Leviticum*, h. l. — Ipse quoque ventus potuit sat multum conferre ad aquas separandas, si verum est quod scribit hic auctor adhuc hodie fieri vento vehementi orientali aquas ex angusto sinu Suez propelli in apertius mare, maris alveum prope Suez fere denudari, et a peditibus posse transiri angusto Suez vado ; sed vento transeunte ad austrum, aquæ rursus in extremum sinum irruunt, altitudinis sex vel novem pedum.

dus quasi novo et ingenti miraculo aquæ stetissent ita — sensu litterali — erectæ *quasi murus*. Etenim *a*/ dictum auctoris sacri optime *potest* intelligi per modum comparationis : aquæ ex utraque parte recesserant, relicto spatio libero, nec revertuntur dum transeunt Hebræi : unde *quasi murus* immobilis concludebant tractum maris per quem transeunt ; et eo magis potuerunt muro comparari quod consistenti in plano littore maris, dum æstus longe recessit, apparent aquæ maris quasi cumulus seu vallum in altum assurgentes ; unde optima erat comparatio ad describendum phænomenon secundum eum modum quo apparuit Hebræis ; *b*/ si *potest* sic intelligi, videtur et *debere* sic intelligi, ob ipsum modum agendi Ægyptiorum a textu sacro relatum. Etenim, si vere aquæ stetissent tam manifesto miraculo divino erectæ ex utraque parte, continuo minantes cuicumque transire præsumenti, « quis potuisset Ægyptios impellere in istud vadum ! Non fert istud humana natura » (1) ! — Contra, nihil mirantur, non suspicantur ullum Dei interventum, et tunc tantum, quando mare ingressi sunt, et rotæ curruum declinant, et feruntur in profundum, tunc tantum Dei interventum agnoscunt et clamant : Fugiamus Israëlem : Dominus enim pugnat pro eis contra nos ! — Post omnes plagas ægyptiacas quibus tam dire experti fuerant divinum interventum, non sane, neglecto signo maxime manifesto aquarum erectarum, exspectassent usque ad istud factum rotarum declinantium, multo minoris evidentiæ, ut ad interventum Dei concluderent.

Quid censendum ?

Quamvis sane non demonstretur phænomenon *in se* fuisse mere naturale et *non miraculosum*, — aliunde tamen hóc alteri sententiæ omnino videtur concedendum quod revera difficile esset ex ipsa relatione Exodi demonstrare idem

(1) HUMMELAUER, l. c.

phænomenon *fuisse miraculosum*. Etenim fatendum est illud duplici argumento allato revera non probari, et item fatendum est non defuisse Deo modum et causas naturales quibus eumdem effectum, absque miraculo, obtineret. Potuit enim Deus, infinita sua sapientia, mundum initialem sic creare et sic ordinare ut aliquando, secundum cursum naturalem rerum, dictum phænomenon tali loco et tempore et modo locum haberet. Fuerit miraculum necne, idem potuit esse effectus, utroque casu speciali Dei interventui adscribendus (vide infra), et singulari modo manifestans divinam *potentiam*, si miraculosus fuit, divinam vero *sapientiam*, si naturalis et providentialis. Etenim

B. Si factum istud physicum admitteres fuisse ordinis naturalis, nequaquam ad sententiam rationalistarum accedimus, neque pessumdatur mirabilis iste Dei interventus quem supra ex vario capite demonstravimus esse admittendum.

Etenim tum ipsa via aperta per mare, tum alia *varia adjuncta* quibus liberatio Hebræorum est tamquam effectus adscribenda, manifeste demonstrant tùm specialem Dei *providentiam* erga populum suum, tùm imo ipsius interventum stricte *miraculosum*. Etenim :

1. Absque *speciali Dei providentia* nequit explicari totus ille concursus circumstantiarum qui fuit necessarius ad liberationem populi Dei et ruinam persecutorum ipsius. Etenim :

a/ ex una parte sicut statim dicebamus — quod attinet *eventum physicum* supra descriptum — ad finem istum attingendum, necesse erat ut Deus initialem statum mundi sic crearet et sic ordinaret eaque speciali intentione ut certo quodam tempore, certo quodam loco, per ipsas causas naturales, eventus iste physicus tam insolitus et tam extraordinarius locum haberet quo certo quodam spatio horarum, via tam lata pateret per mare ;

b/ ex altera parte — quod attinet varios *actus liberos* ab hominibus ponendos — necesse erat ut Deus, variis

viis quæ Providentiæ suæ patebant, nos autem latent, ageret tum in Hebræos tum in Ægyptios, eosque adduceret ad certos actus liberos ponendos ad finem a Deo intentum necessarios. Etenim, ut dicit Lesêtre (1), « étant donné qu'un retrait extraordinaire de la mer devait se produire à un endroit précis, dans le cours de telle nuit déterminée, il fallait, pour aboutir au résultat indiqué, assurer toute une série d'actes ne dépendant d'aucune prévision possible, mais découlant d'événements imprévus et de volontés très diverses, à savoir : le départ des Hébreux en temps convenable, la durée ni trop longue ni trop courte de leur voyage, leur descente vers le sud, malgré leur intention d'atteindre le désert oriental (2), leur arrivée à la mer au soir même qui précédait la nuit où allait se produire le séisme, leur station juste à portée du seuil qui allait être mis à sec, leur confiance dans la sécurité d'un passage qu'ils ne connaissaient pas, leur mise en mouvement à une heure telle qu'ils pussent atteindre l'autre rive avant le retour du flot, une chance très spéciale pour qu'un pareil cortège traversât assez rapidement et sans encombre ; puis, d'autre part, la résolution prise par les Egyptiens de poursuivre les fugitifs, leur arrivée à la mer au temps voulu, leur persuasion qu'ils pourraient passer et atteindre les Hébreux, leur poursuite téméraire à travers la grève, et enfin un retour assez subit et assez puissant du flot pour qu'ils ne pussent s'échapper. — Voilà une douzaine de conditions presque toutes essentielles pour que l'événement se produisît tel qu'il est raconté. Personne, pas même Moïse, ne les connaissait à l'avance, et, les eût-il connues, il n'eût pas été en son pouvoir de les assurer. La réalisation de ces conditions dans l'ordre et dans le

(1) L. c., pp. 534 s. De modo quo Deus potuit agere in Ægyptios eosque adducere ad certos actus, et « obdurare corda eorum », cfr auctores dogmaticos.

(2) De hoc speciali adjuncto vide dicenda sub 2 ; hoc enim *miraculoso* Dei interventui est adscribendum, vi ipsius textus sacri.

temps voulu ne pouvait non plus arriver par hasard. Il a fallu de toute nécessité que *Dieu* réglât toutes choses, tant celles qui dépendaient en apparence de la volonté des hommes, que celles qui tenaient aux forces de la nature. Si les Hébreux avaient passé au nord de la pointe maritime pour gagner le désert, les Egyptiens les y auraient poursuivis et atteints facilement. Dieu seul les amena dans une position où, par l'effet de la même puissance souveraine et des mêmes causes secondaires, il devait sauver les uns et anéantir les autres ».

Unde jam ex hoc capite quam meritò cantaverunt Moyses et Hebræi laudes Domini : *Gloriose enim magnificatus est* (1) !

2. Etsi ipsum factum physicum viæ apertæ per mare fuisset in se naturale ; etsi quoque extraordinarius concursus omnium adjunctorum supra descriptorum quoad multa non involvisset interventum Dei miraculosum, sed meram dispositionem naturalem divinæ Providentiæ, — nihilominus non omnes causæ quibus liberatio Hebræorum fuit effecta, fuerunt ordinis naturalis. Etenim *miraculosa* fuerunt hæc saltem quod :

a/ XIV, 1 ss. : dixit Dominus ad Moysen..., contra consilium Moysis et Hebræorum bene stabilitum via directa pergendi versus Chanaan, præscribens itinerarium versus meridiem, versus mare rubrum. — Hoc quidem non necessario involvit Dominum externo modo appa-

(1) Ex dictis perfecte intelligeres discrimen inter facta naturalia communia, quamvis etiam ipsa divinæ Providentiæ subjaceant, et facta naturalia quæ providentialia diximus. Num Hebræi singulo mane enthusiasmo correpti cantabant laudes Dei, dum solem videbant oriri ? Sane non, quia factum istud, utut a Providentia divina ordinatum, commune tamen erat, solitum et exspectatum, nec speciali et extraordinario modo apparebat Hebræis proficuum ; sed nonne aperitio viæ per mare apparebat ipsis tanquam speciale Dei beneficium, signum extraordinarium Deum populum suum cura vere selecta circumdedisse ? Sol oriens lucebat tam Ægyptiis quam Hebræis, omnibusque largiebatur calorem et lucem ; — sed mare non fuit apertum nisi Hebræis.

ruisse Moysi vel ipsi locutum esse, sed hoc saltem involvit quod, præter leges et cursum naturæ, illuminaverit ipsius intellectum seseque ut auctorem hujus novi consilii et itinerarii sufficienti modo manifestaverit. — Unde dum Hebræi, si via directa perrexissent facile potuissent ab Ægyptiis attingi et devinci et reduci, Deus miraculoso interventu eos a periculo avertit ducitque versus eum locum ubi insperato modo per mare rubrum salvarentur:

b/ Ibid., vv. 15 ss., Dominus simili interventu jubet Hebræos proficisci et viam per mare aperiendam esse annuntiat;

c/ Ibid., vv. 19 s., *columna nubis* quæ præcedebat castra Israël, locum mutat et inter Israëlitas et Ægyptios se ponit, impediens ne Ægyptii Israëlem a transitu maris prohibeant, vel tempore utili eos prosequantur et attingant;

d/ Ibid., v. 26, nuntiat Dominus reditum fluctuum ad hostes submergendos.

Unde, etiamsi hæc tantum essent miraculosa, integra liberatio Hebræorum per mare rubrum dicenda esset stricto sensu miraculosa, eodem saltem modo et jure quo in Evangeliis de *piscatione miraculosa* loquimur (1). Etsi enim diceres non fuisse miraculo effectum ut pisces nunc crearentur, vel si jam existebant dispersi per mare, nunc congregarentur et ingrederentur retia Petri et Apostolorum, piscatio tamen merito dicitur miraculosa tum quatenus a Christo (implicite) fuit *prædicta*, tum quatenus hac supernaturali prædictione et mandato Christi factum est ut Apostoli, contra consilium jam assumptum et exsecutioni mandatum, *ad piscandum redirent* eo loco et momento quo extraordinariam copiam piscium apprehenderent (2). Et iterum, sicut Petrus merito procidit ad pedes Jesu, et stupore omnes erant percussi, ita meritò

(1) Recole dicta supra, p. 348, sub *b*/ et *c*/.

(2) *Luc.*, V, 1-11. De hac piscatione miraculosa meritò dicit Fillion in h. l. : « Ce fut là, vraisemblablement, un miracle de prévision, et non de création ».

quoque, Moyse præcinente, celebrarunt Hebræi prodigia Dei.

Scholion. Ex dictis intelliges discrimen ponendum inter portenta viæ apertæ per mare rubrum, vel per Jordanem, vel manna aut coturnicum immissarum super castra Israël, vel plagarum Ægypti et alia forte similia (1), — et alia portenta qualia multa referuntur in libris sive Veteris sive Novi Testamenti : ut puta resurrectionis mortui, multiplicationis panum, sanationis cæcorum, etc. etc. ; dum enim quædam saltem ex illis prioribus ex ipsa relatione quam nos eorum habemus non ita facile demonstrantur fuisse stricto sensu miracula, — contrà, hæc altera ex ipsa relatione sua demonstrantur ut miraculosa. Ista enim non constat non potuisse a divina Providentia causis naturalibus secundis produci ; hæc autem certe non potuerunt.

A. Vander Heeren.

(1) Deus populum Israël ex omnibus elegit in suum, eumque mirabili modo duxit per decursum sæculorum ; multa patravit eorum intuitu facta sine dubio miraculosa ; multa quoque alia patrare potuit quæ non ita manifeste habent indolem stricte miraculosam, sed quæ possunt referri ad Providentiam specialem Dei adhibentis causas secundas in bonum populi sui. Et revera decursu Veteris Testamenti ostendere volebat Deus populo Israël ipsum esse Dei peculium, ipsumque Deum ejus regem et dominum : ad hoc autem per se non erant necessaria stricte dicta miracula, sed satis erat saepe factis providentialibus. In Novo vero Testamento demonstranda erat veritas et divinitas doctrinæ christianæ ; ad hoc autem miraculis stricte dictis opus erat,

De distinctione inter justitiam originalem et gratiam sanctificantem.

Nuper quæstio proposita est de mente sancti Thomæ Aquinatis circa *justitiam originalem* (1) et determinate quæsitum est qua ratione, secundum D. Thomam, justitia originalis distincta sit a gratia sanctificante.

Respondet cl. Bittremieux doctrinam s. Thomæ esse quod justitia originalis *realiter* et *adæquate* distinguitur a gratia sanctificante, ita ut gratia sanctificans non sit elementum constitutivum justitiæ originalis et ut consequenter illa *non includatur* in *ratione* ipsius justitiæ originalis.

Quam sententiam ut melius intelligamus, notemus theologos nunc communiter tenere quod justitia originalis diversa complectitur dona (præternaturalia et supernaturalia), quæ simul *unam* constituunt *justitiam* perfectam, qua donatus fuit primus homo ante primum peccatum et quam amisit, tum sibi tum posteris, per primum peccatum : inter illa dona, quæ sunt ab invicem realiter distincta, habetur ipsa gratia sanctificans, quæ est elementum ipsius *justitiæ* originalis et consequenter in ejus *ratione* includitur adeoque gratia sanctificans ad justitiam originalem se habet ut partem ad totum, et ab illa distinguitur *realiter* quidem, sed *inadæquate*.

---

(1) Cf. R. Martin, O. P., *La doctrina sobre el peccado original* en la « Summa contra Gentilis » (de la *Ciencia Tomista*), Madrid, 1915 ; Bittremieux, *La distinction entre la justice originelle et la grâce sanctifiante d'après saint Thomas d'Aquin* (Extrait de la *Revue Thomiste*, avril-juin 1921) Toulouse 1921 ; Michel, *La grâce sanctifiante et la justice originelle* (réponse à l'article précité), *Revue Thomiste*, 1922, p. 424 ; præsertim Kors, O. P., *La justice primitive et le péché originel*, Kain, 1922.

(2) « Nous espérons démontrer comment, dans la pensée du saint docteur, la justice originelle était *autre chose* que la grâce sanctifiante ; comment saint Thomas a admis une *distinction réelle adéquate* entre ces deux dons, dont le Créateur avait orné nos premiers parents » Bittremieux, *o. c.*, p. 4.

Conabimur porro absque præjudicio, secundum leges sanæ hermeneuticæ (1) detegere et exponere mentem sancti Thomæ circa justitiam originalem (2).

I.

A. De mente s. Thomæ prout illa exprimitur in *Commentario supra Libros Sententiarum* et in *Summa contra Gentiles.*

1° De notione *justitiæ originalis.*

Ut patet, non agitur hîc de illa virtute morali, quæ vocatur justitia et quæ est una ex cardinalibus virtutibus (3); sed agitur de generali quadam perfectione hominis seu de interna ejusdem dispositione qua erat *rectus* coram Deo et qua omnes vires ejus perfecte ordinabantur: « Sic igitur, secundum doctrinam fidei, ponimus hominem a principio taliter esse institutum quod, quamdiu ratio hominis Deo esset subjecta, et [h. e. etiam] inferiores vires ei sine impedimento deservirent, et corpus ab ejus subjectione impediri non posset per aliquod impedimentum corporale, Deo et sua gratia supplente id quod ad hoc perficiendum natura minus habebat » (4). Unde consentimus cl. Bittremieux scribenti: « Elle [la justice originelle] consistait en ceci que la raison était soumise à Dieu, les puissances inférieures de l'âme à la raison et le corps à l'âme. De ces trois sujétions, la première était cause de la seconde, et la seconde était cause de la troisième. Dans cette justice, il y avait un élément formel: la rectitude de la volonté et un élément matériel: la rectitude des puissances inférieures de l'âme « (5).

---

(1) Quapropter intendimus sequi optimum hoc consilium : « Il faut absolument, pour découvrir la vraie pensée de saint Thomas, savoir mettre de côté toute idée préconçue. Il faut être prêt à comprendre les textes d'après ce qu'ils disent et à ne pas leur faire dire ce qu'ils ne disent pas ». BITTREMIEUX, *o. c.*, p. 5.

(2) Quum s. Thomas non eodem modo, vel saltem non eodem claritate loquatur in *Commentario supra Libros Sententiarum*, necnon in *Summa contra Gentiles* ac in *Summa Theologiæ* aliisque operibus, de prioribus operibus primo agemus, deinde de subsequentibus.

(3) Cf. s. THOMAS, *Sum. theól.*, II-II, Q. LVIII ss.

(4) *Summa cont. Gent.*, L. IV, c. 52.

(5) *O. c.*, p. 7.

Sed hoc est notandum quod illa definitio seu potius descriptio nobis indicat id quod, secundum s. Thomam, nomen justitia significat *formaliter* (1) ; remanet inquirendum quid significet *materialiter*, nempe quid sit id in quo verificatur ratio per nomen significata, seu quibusnam is obtincatur subjectio significata. Huic quæstioni respondendum est si volumus cognoscere quomodo justitia originalis distinguatur a gratia sanctificante, nominatim inquirendum est utrum subjectio rationis ad Deum obtineatur per gratiam sanctificantem vel includat illam.

2° De justitia *originali* et de justitia *gratuita*.

S. Thomas prædictam distinctionum exponit hoc modo « Sciendum est ergo quod duplex justitia primo homini poterat convenire. Una *originalis*, quæ erat secundum debitum ordinem corporis sub anima, et inferiorum virium sub superiori et superioris sub Deo ; et hæc quidem justitia ipsam naturam humanam ordinabat in suo primordio ex divino munere et ideo talem justitiam in filios transfudisset. Est etiam alia *gratuita*, quæ actus meritorios elicit, et de hac est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod primus homo in naturalibus tantum creatus est et non in gratuitis, et secundum hoc videtur quod ad talem justitiam requirebatur quædam præparatio per actus personales (2), unde secundum hoc talis gratia proprietas personalis erat ex parte animæ, et ideo nullo modo transfusa fuisset, nisi secundum aptitudinem tantum. Alii vero dicunt quod homo in gratia creatus est et secundum hoc videtur quod donum gratuitæ justitiæ ipsi humanæ naturæ collatum sit, unde cum transfusione naturæ etiam infusa fuisset » (3).

---

(1) De distinctione inter id quod nomen significat *formaliter* et id quod significat *materialiter*, legatur s. Thomas *De potentia*, Q. IX. a. 4.

(2) S. BONAVENTURA tenet ut probabilius quod Adam non fuit creatus in gratia, et inter rationes, quas adducit ad illam opinionem stabiliendam, exponit necessitatem præparationis per actus personales. « Ordo etiam justitiæ hoc requirebat : Deus enim secundum legem communem requirit aliquam præparationem et dispositionem a parte nostra ad hoc quod infundat alicui gratiam, sive in eo cui infundit, sicut in adulto, sive in alio adjuvante secundum quod contingit in parvulo. Et ideo gratia non fuit homini concreata, sed dilata fuit, quousque per actum et usum rationis quodam modo se disponeret ad illam suscipiendam.... » *In II Sent.*, Dist. XXIX, a. 2, q. 2.

(3) S. THOMAS, *In II Sent.*, Dist. XX, Q. II, a. 3.

Obvia illius pericopæ interpretatio hæc est :

a/ quoad primum hominem, distingui potest *duplex justitia* seu rectitudo: una nihil aliud dicit formaliter quam subjectionem corporis ad animam, subjectionem virium inferiorum (i. e. appetitus sensitivi) ad vim superiorem (i. e. ad rationem et ad voluntatem) et subjectionem vis superioris (i. e. rationis et voluntatis) ad Deum. — Altera est justitia *quæ actus meritorios elicit:* hæc justitia, quæ est principium meriti, est gratia gratum faciens, nempe gratia sanctificans et ei annexa charitas (1). Etiamsi justitia originalis obtineretur absque gratia gratum faciente non sequitur quod sub ratione *justitiæ,* justitia originalis sit realiter et adæquate distincta a gratia gratum faciente.

b/ Una et altera justitia non exhibentur a s. Thoma ac si essent duæ justitiæ independentes ab invicem. Nam nomina *originalis* et *gratuita* non indicant differentiam essentiæ utriusque justitiæ; præterea ratio illorum nominum bene intelligitur in textu s. Thomæ : *originalis* vocatur justitia illa quæ et quatenus, *secundum omnes,* concessa fuit *naturæ* humanæ in *creatione* primi hominis, et quæ proinde recte dicitur originalis; *gratuita* dicitur justitia illa quæ et quatenus est *simpliciter et entitative supernaturalis* (2) et circa quam est controversia utrum necne sit *ab ipsa origine* concessa primo homini, utrum scilicet necne sit originalis justitia.

c/ Hanc quæstionem, in loco citato, non dirimit s. Thomas : sed valde notanda est sequela quam indicat his verbis : « Quidam enim dicunt quod primus homo in

---

(1) Cf. S. Thomas, *In II Sent.*, Dist. xxvii, Q, 1, a. 4, dist. xxviii, Q. 1, a. 1 ; *Summa theol.*, I-II, Q. cxiv, a. 2 et ss.

(2) Bene notemus quod justitia, quæ dicitur originalis et, quæ nihil aliud per se importat quam illam subjectionem suprà descriptam, non est simpliciter et entitative supernaturalis : nam illa justitia non dicit aliquid quod simpliciter transcendit perfectionem humanæ naturæ sed dicit tantum donum *integritatis* (quod est *quoad modum* supernaturale) Sic censet s. Thomas : nam de illis qui tenent primo homini non fuisse, in ejus creatione, concessam gratiam gratum facientem dicit : « quidam enim dicunt quod primus homo *in naturalibus* tantum creatus est et non in gratuitis » *In naturalibus* : non significat dona mere naturalia quum importet justitiam originalem, sed dona tuntum supernaturalia *quoad modum* vel *præternaturalia. Gratuita* vero sunt dona simpliciter supernaturalia.

naturalibus [h. e. in naturalibus *integris*] tantum creatus est et non in gratuitis, et secundum hoc videtur quod ad talem justitiam *requirebatur quædam præparatio per actus personales :* unde secundum hoc talis gratia *proprietas personalis* erat ex parte animæ et ideo *nullo modo transfusa fuisset*, nisi secundum aptitudinem. Alii vero dicunt quod homo in gratia [i. e. *gratum faciente*] creatus est et secundum hoc videtur quod *donum gratuitæ justitiæ* ipsi *humanæ naturæ collatum* sit, unde *cum transfusione naturæ etiam infusa fuisset* ». Hæc est igitur mens s. Thomæ : si dicitur quod primus homo in naturalibus integris tantum creatus est, admittendum est quod gratia gratum faciens exigebat a parte hominis quamdam præparationem per actus personalis et liberos et concedebatur ut proportionata tali dispositioni, ideoque erat ut proprietas *personæ* cui concedebatur (et non ut donum *totius naturæ humanæ)* et consequenter non fuisset transfusa posteris Adami. Sed, e contrario, si dicitur quod primus homo fuit creatus in gratia gratum faciente, tunc admittendum est quod gratia gratum faciens etiam fuit donum *toti humanæ naturæ* collatum in Adamo et consequenter, cum transfusione naturæ humanæ, et propter illius transfusionem, gratia fuisset infusa (1) omnibus Adami posteris, qua talibus. Igitur s. Thomas non reprobrat vel rejicit sententiam quæ tenet *primo homini, in ipsa ejusdem creatione fuisse collatam gratiam gratum facientem* et *ita quidem ut* in Adamo *fuerit collata toti humanæ naturæ* et, (supposita generatione humana), *conferenda omnibus individius qui et quatenus ex Adamo nascerentur*. Imo in loco subsequente s. Thomas docet *probabilius* esse quod *Adam fuerit creatus in gratia gratum faciente* (2) et logice concludimus quod s. Thomas etiam ut probabilius habet

---

(1) Dicitur hîc : « cum *transfusione* naturæ simul etiam *infusa* fuisset gratia gratum faciens » : *natura* enim humana transfunditur per generationem et transfundi dici possunt omnia quæ ad illam naturam pertinent et etiam dona, quæ de facto, ex divina Providentia, semper naturæ conceduntur in singulis ejus individuis, quando illa dona ad modum unius considerantur cum natura. Sed si gratia gratum faciens *in se ipsa* consideratur, tunc dicenda est *infusa* a Deo, quum immediate a Deo solo producatur et infundatur. Ita etiam, licet humana *natura* recte dicatur transfundi a parentibus in filium, *anima* tamen dicenda est *infundi* a Deo, non a parentibus transfundi vel traduci.

(2) *In II Sent.*, Dist. XXIX, Q. I, a. 2.

quod gratia gratum faciens fuerit in Adamo collata toti humanæ naturæ, sensu suprà explicato.

Nec obstat quod s. Thomas sic loquitur : « Hoc tamen probabilius est ut, cum homo creatus fuerit in naturalibus integris, quæ otiosa esse non poterant, quod in primo instanti creationis *ad Deum conversus* gratiam consecutus sit: et ideo hanc opinionem sustinendo dicendum est (1) ». Illa deliberata conversio hominis ad Deum primo instanti creationis et infusionis gratiæ non impedit quominus gratia in Adamo concessa fuerit universo generi humano: illa enim conversio potest esse conditio quam Deus in Adamo, jam in statu *adulti*, exegerit ad infusionem gratiæ licet gratia, ex intentione Dei, concessa fuerit universo generi humano.

3. De *dono integritatis* et de *gratia gratum faciente*.

Donum integritatis vocamus donum (vel complexum donorum), quo primus homo immunis reddebatur ab omni motu inordinato sive in parte superiori (scil. in ratione et voluntate), sive in parte inferiori (scil. in appetitu sensitivo). Illud donum realiter et adæquate distinguitur a gratia gratum faciente: hæc enim est principium simpliciter et entitative supernaturale, quo homo capax fit cliciendi opera proportionata ad finem ultimum supernaturalem : « et ideo quantumeumque natura humana sit integra, nihilominus homo gratia [gratum faciente] indiget ad vitam æternam consequendam » (2).

Deinde docet etiam s. Thomas quod gratia gratum faciens, quatenus *operans*, est id quod hominem formaliter *justum* facit et *gratum* Deo, et quatenus *cooperans* est id quod formaliter *meritorios* reddit actus humanos (3). Inde concludere debemus quod, secundum s. Thomam, gratia gratum faciens pertinet ad *completam justitiam*, qua a Deo donatus fuit primus homo ante peccatum. Vidimus autem suprà cur s. Thomas non designet gratiam gratum faciente nomine *justitia originali*.

4. De dono *naturæ* et de dono *personæ*.

In *Summa contra Gentiles* (4) triplex subjectio, scilicet

---

(1) In *II Sent.*, Dist. XXIX, Q. 1, a. 2.

(2) L. c., a. 1.

(3) *Ibid.*, ad 2. De sensu quo a s. Thoma distinguatur gratia sanctificans in *operantem* et *cooperantem*, cf. *Sum. theol.*, I-II, Q. CXI, a. 2.

(4) L. IV, c. 52 : « Primum autem peccatum primi hominis non solum peccantem destituit proprio et *personali* bono, scilicet gratia, et debito

rationis ad Deum, virium inferiorum ad rationem, corporis ad animam, quæ triplex subjectio nihil aliud formaliter dicit quam *integritatem naturæ*, vocatur a s. Thoma donum *naturæ*, gratia autem gratum faciens vocatur donum *personale*. Quo sensu?

a/ illa triplex subjectio, ex *essentia* sua constituit perfectionem quæ *per se* non transcendit simpliciter perfectionem ipsius *naturæ* humanæ: quum non conferat nisi *ordinem et harmoniam* inter facultates *naturales* hominis earumque operationes (1): quapropter illud donum *ex essentia sua* confertur formaliter *naturæ*, tamquam accidens ejus et consequenter, iterum *ex essentia sua* (quamdiu non anfertur a Deo) transit *cum natura* ad omnes homines, qui et quatenus participant humanam naturam, adeoque *toti* naturæ confertur. Sed gratia gratum faciens, *ex essentia sua* constituit perfectionem, nempe deiformitatem quæ omnino transcendit perfectionem naturæ humanæ (imo omnis naturæ creabibilis) et consequenter est simpliciter et entitative supernaturalis, unde non confertur formaliter *naturæ* eo sensu quo confertur naturæ donum integritatis ; adeoque non eadem ratione ac donum integritatis transfunditur cum natura. Gratia vero sanctificans *ex essentia sua* datur ut homo eliciat actus meritorios, nempe actus *personales*, et recte, hoc sensu, dicitur donum *personale* et opponitur dono *naturæ*.

b/ Si nunc consideratur, non solum *essentia* integritatis et essentia gratiæ gratum facientis, sed ratio secundum quam EX INTENTIONE DEI collatum fuit utrumque donum, jam dici nequit doceri a s. Thoma quod gratia gratum

---

ordine animæ, sed etiam bono ad *naturam* pertinente. Ut enim suprà dictum est, sic natura humana fuit instituta in sui primordio quod inferiores vires perfecte rationi subjicerentur, ratio Deo et animæ corpus... Hujusmodi autem beneficium, quod a quibusdam originalis justitia dicitur, sic primo homini collatum fuit ut ab eo simul cum natura humana propagaretur in posteros... ».

(1) Illud donum non potest causari ex principiis naturæ, adeoque non est naturale, sed est *supernaturale quoad modum* (vel præternaturale) et a Deo producitur et infunditur. Cf. *Collat. Brug.*, t. XVIII, p. 434 ss.

Bene dicit cl. P. PÈGUES, *Comment. franç. littér. de la Somme théologique*, t. V, p. 125. « L'intégrité ne dit, de soi, qu'un privilège ou une prérogative obviant à certains défectus qui sont la suite des principes essentiels dont se compose la nature humaine ».

faciens collata fuit primo homini tamquam personæ *singulari* et non tamquam principio humanæ naturæ propagandæ: nulla afferri potest ratio qua demonstratur s. Thomam negare quod gratia gratum faciens ita fuerit collata primo homini ut etiam infunderetur omnibus individuis qui et quatenus nascerentur ex Adamo. — Quapropter si universum humanum genus ex Adamo nasciturum vocatur *tota humana natura*, nihil impedit quominus dicatur, sensu explicato, quod gratia gratum faciens data est toti humanæ naturæ, sicut loquebatur s. Thomas suprà in exponendo duas sententias circa gratiam gratum facientem (1)

Concludimus quod in *Commentario in Libros Sententiarum* et in *Summa contra Gentiles*, s. Thomas 1°) licet distinguat justitiam originalem a justitia gratuita non tamen docet quod justitia gratuita non pertinet ad rationem *justitiæ* illius in qua primus homo vel creatus fuit vel constitutus ante primum peccatum; 2°) licet justitiam originalem vocet donum *naturæ* et justitiam gratuitam donum *personale* non tamen docet quod justitia gratuita fuerit donum *individuale* seu soli Adamo concessum et non universo generi humano.

(Sequitur). JOS. VAN DER MEERSCH.

---

(1) Unde nomen donum *naturæ* formaliter significare potest : α/ donum quod, licet non possit causari a principiis naturæ, tamen *essentia sua* non simpliciter transcendit *naturam* quum non aliud sit nisi perfecta harmonia inter facultates *naturæ* proprias et quod *ideo* formaliter *naturæ* confertur ac transmittitur cum natura ; β/ nihil aliud quam donum collatum, *universo generi humano.*

Donum personale formaliter significare potest : α/ donum quod *essentia sua* est simpliciter *supernaturale* et proinde non *naturam* in suo ordine perficit sed personam ipsam in ordine ad consecutionem ultimi finis — abstractione facta a ratione secundum quam de facto confertur a Deo ; β/ donum collatum *uni individuo.* Ita s. Thomas docet quod *scientia*, Adamo collata, erat accideus *individuale* primi parentis. *Sum. theol.*, I, Q. CI, a. I ad I.

Acta SS. Congregationum

Ex S. Congr. Rituum

I.

AQUEN (1).

DE CINERIBUS BENEDICTIS IMPONENDIS EXTRA FERIAM IV CINERUM.

Rev.mus Archiepiscopus Aquen. Sacræ Rituum Congregationi ea quæ sequuntur reverenter exposuit, nimirum :

Abhinc a multis annis in archidiœcesi Aquensi viget consuetudo, in nonnullis sive piarum domorum sive parœciarum ecclesiis, imponendi fidelibus, prima Dominica quadragesimali, cineres præcedenti Feria IV Cinerum benedictos. Sic enim omnes fideles facilius recipiunt cineres, potius die dominicali quam feriali ecclesiam adeuntes; quæritur:

Potestne permitti talis usus?

Sacra Rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis voto atque attentis expositis peculiaribus adiunctis, respondendum censuit: *Ad mentem*. Die 30 iunii 1922.

Mens est: *Affirmative* in casu; dummodo Feria IV Cinerum ritus benedictionis et impositionis cinerum expletus fuerit, iuxta Missale Romanum, et Dominica prima in Quadragesima post expletam Missam aut extra Missam fiat impositio eorumdem cinerum.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II.

DUBIUM (2).

DE NOVIS QUIBUSDAM CALICIS FORMIS.

Sacræ Rituum Congregationi propositum est sequens dubium : « Utrum liceat, quatuor calices, quorum effigies

---

(1) *Ephemerides liturgicæ*, 1922, p. 326.
(2) *Acta Apost. Sedis*, XIV (1922), p. 437.

« in ephemeride *Benediktinische Monatschrift* (Beuron,
« 1920, n. 34) exhibentur, quique ibidem in textu pag.
« 168-184 elogiis efferuntur, et nominibus « Poculum
« cæleste — Genimina vitæ — Flos de Virgine — Virga
« Iesse » insigniuntur, in Missæ sacrificio adhibere? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus inspectis ac perpensis, rescribendum censuit: « Ad R.mum D.num. Ordinarium loci,
« qui curet ne calices a formis traditionalibus differant,
« ob periculum effundendi sacras Species et excitandi
« admirationem ».

Atque ita rescripsit ac declaravit die 30 iunii 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus,

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

Adnotationes. Si attente conferatur responsum cum proposito dubio, patet quatuor calices de quibus nominatim quæritur non directe reprobari. Sed S. Congr. tradit regulam generalem conformem canoni 1164 § 1, injungenti ut « in ecclesiarum ædificatione vel refectione *serventur formæ a traditione christiana receptæ* et artis sacræ leges ». Jus autem et munus rem in casu particulari dirimendi jure merito remittit Ordinario loci, qui curabit « ne calices a formis traditionalibus differant ».

Hujusmodi norma non inutilis apparebit recogitanti non deesse nostris diebus qui, sicut in ceteris rebus artis, ita etiam in calicum forma et ornatu vix unice quærunt *notitates* Exemplo sit quæstio nobis proposita utrum probanda esset forma cuppæ non rotunda sed ovalis, imo ad formam ovi sed ab utraque extrema parte linea recta secti , adeo ut quatuor sint anguli in labio superiori cuppæ !

Inde tamen ne concludas omnem renovationem ornatus imo et aliquatenus formæ esse proscriptam adeoque prorsus rejiciendos esse omnes calices artis « moderni ». Ars enim tam sacra quam profana continuo mutatur et evolvitur et ex *traditione* christiana constat hanc evolutionem etiam adaptatam fuisse calicibus, quorum plures existunt formæ in accidentalibus diversæ sed fini et usui calicis accommodatæ.

Ideo indicat S. Congr. duo criteria ad judicandum de liceitate formæ calicis, seu duo pericula præcavenda in calicum confectione.

« *Periculum effundendi sacras Species* » multiplici ex capite oriri potest. Si enim cuppa sit parvæ profunditatis, levis motus adducere potest effusionem ; si cuppa sit nimiæ latitudinis, periculum adesse potest ne pretiosissimus Sanguis in communione juxta labia diffluat ; si tandem pes parum late pateat et calix sit in altum valde erectus, ex improviso pulsu facile everti potest calix.

« *Periculum excitandi admirationem* » ne calix appareat esse vas profanum, quia v. g. deest quod ad propriam calicis liturgici naturam communiter pertinere censetur. Jamvero, ut fatetur ipsa ephemeris *Benediktinische Monatschrift*, in articulo supra citato, p. 168, tria omnino communiter habentur ut « elementa essentialia » calicis liturgici : cuppa, pes et etiam nodus. Et revera rubricæ non tantum cuppam et pedem sed etiam pluries nodum commemorant, injungentes ut nunc *ad nodum* tunc *infra nodum* (1) calix apprehendatur. Unde æstimatio communis videtur exigere ut in calice ad usum practicum non desit nodus. Auctor autem articuli citati, inter alia plura, quæ merito celebrat in calicibus supra nominatis, hoc præsertim laudat quod nodo proprie dicto careant, et hæc forte novitas ansam præbuit S. Congregationi ut occasione calicum Beuronensium de servandis formis traditionalibus monitum emitteret.

C. Callewaert.

III.

DUBIUM (2).

DE MISSIS INFRA OCTAVAM PRIVILEGIATAM III ORDINIS

Expostulatum est a Sacra Rituum Congregatione : « Utrum infra Octavam privilegiatam tertii ordinis, uti « est, Romæ, Octava Ss. Petri et Pauli Apostolorum, « occurrente festo ritus semiduplicis, dici possint Missæ « de ipsa Octava ; an prohibeantur per novas Missalis « Rubricas, tit. IV, n. 5? ».

---

(1) *Ritus Celebrandi*, t. VII, 4 ; VIII, 7 ; IX, 3 ; X, 2 ; 5.

(2) *Acta Apost. Sedis*, XIV (1922), p. 504.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus perpensis, respondendum censuit :

« *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secun-
« dam ; et Rubrica intelligenda est de Officiis ab ipsa
« Octava extraneis ».

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 8 iulli 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV.

DUBIA (1).

DE CŒTU FIDELIUM SACRO ADSTANTIUM : AN RESPONDERE POSSINT CONIUNCTIM PRO MINISTRO, VEL LEGERE ELATA VOCE QUÆ SUNT CANONIS.

Sacrorum Rituum Congregationi proposita sunt, pro opportuna declaratione, sequentia dubia; nimirum:

« I. An liceat cœtui fidelium adstanti sacrificio Missæ,
« simul et coniunctim respondere, loco ministri, sacerdoti
« celebranti?

« II. An probandus sit usus, quo fideles Sacro adstantes,
« elata voce legant Secreta, Canonem, atque ipsa verba
« Consecrationis, quæ, paucissimis in Canone verbis
« exceptis, iuxta Rubricas *secreto* dici debent ab ipso
« sacerdote ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus mature perpensis, ita respondendum censuit:

« Ad I. Ad Rmum Ordinarium iuxta mentem ». Mens
« autem est: Quæ per se licent, non semper expediunt
« ob inconvenientia quæ facile oriuntur, sicut in casu,
« præsertim ob perturbationes quas sacerdotes celebran-
« tes et fideles adstantes experiri possunt cum detrimento
« sacræ actionis et rubricarum. Quapropter expedit ut
« servetur praxis communis, uti in simili casu pluries
« responsum est ».

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIV (1922), p. 505.

« Ad II. *Negative ;* neque permitti potest fidelibus « adstantibus quod a Rubricis vetitum est sacerdotibus « celebrantibus, qui Canonis verba *secreto* dicunt, ut « sacris Mysteriis maior reverentia concilietur, et in ipsa « Mysteria fidelium veneratio, modestia et devotio augean- « tur; ideoque mos enuntiatus, tamquam abusus, repro- « bandus est, et, sicubi introductus sit, omnino amo- « veatur ».

Atque ita rescripsit, declaravit atque decrevit. Die 4 augusti 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*,

Adnotationes De missa quæ « dialogata » nunc vocari solet et de qua acriores quam decet, potissimum in Italia, agitatæ sunt controversiæ, habemus in dubio primo regulam directivam practicam.

Prævie notari potest in hoc dubio quæri utrum cœtui fidelium liceat respondere « *loco* ministri ». Auctores autem qui missæ dialogatæ favent, communiter requirunt vel supponunt adesse ministrum « qui sacerdoti inserviat et respondeat », ut ait Codex, can. 813, § 1, et censent fideles posse respondere *cum* ministro, « modo hoc decenter facere valeant » (1). Sub hoc ergo respectu non agunt contra rubricas.

Si quæratur de *liceitate praxeos in se spectatæ* noluit S. Cong. rem dirimere, imo nec directe tangere. Quum tamen mens S. Congregationis sit solum esse prohibendam praxim « ob inconvenientia quæ facile oriuntur », indirecte indicat S. Congregatio per se licitam esse praxim, quæ intime cohæret cum natura et liturgica ordinatione sacrificii missæ, quæ per plura sæcula in usu universalis Ecclesiæ viguit, cujus supersunt adhuc vestigia nonnulla in rubricis hodiernis et quæ plane congruit reviviscenti liturgiæ spiritui (2).

---

(1) C. Callewaert, *Cæremoniale in missa privata et solemni aliisque frequentioribus functionibus liturgicis servandum*. Brugis, 1922, Beyaert, p. 169, nota 2.

(2) Cf. C. Callewaert. *Gezamenlijk antwoorden van het volk op de gebeden van den priester. Liturgisch Tijdschrift*, IV (1914). 183 ss., 271 ss.

Sed « quæ per se licent non semper expediunt ob inconvenientia ». Tota igitur res reducitur ad quæstionem *judicii practici*. Et neque hanc, sapienti consilio, voluit S. Congr. peremptorie dirimere, sive absoluta prohibitione, sive plena libertate. Sed Ordinariis locorum reliquit jus et concredidit munus determinandi pro sua prudentia juxta adjuncta practica quid sit servandum in ecclesiis sibi concreditis. Nihil ergo innovetur nisi de licentia Ordinarii. Ideo decretoria sunt verba responsi : « *Ad Revmum Ordinarium* ».

Addendo « *juxta mentem. Mens autem est...* » indicat S. Cong. normam quamdam directivam juxta quam Ordinarii rem practice dirimant. Et hæc norma tota nititur consideratione « inconvenientium ».

Et re quidem vera, illa inconvenientia quasi necessario oriri debent, si, uti imprudenter factum est, praxis missæ dialogatæ sine fidelium præparatione commendetur aut indiscriminatim in quavis ecclesia inducatur, aut si inde acerbæ agitentur controversiæ, aut carpantur Episcopi qui praxim communem tuentur, aut si recitatio elata voce extendatur ad partes indebitas v. g. *Pater noster*, imo ad canonem ipsum, ut videre est ex dubio secundo ! Nisi fiat « cum intellectu et devotione » ut olim scribebamus, fieri non debet, et hæ conditiones nostris diebus nec apud massam plebis obtinent, nec apud quamvis non præparatam communitatem (1). Merito ergo S. Congr. æstimat generatim *expedire ut servetur praxis communis*.

Experientia tamen aliunde constat inconvenientia omnia posse removeri et augmentum devotionis posse obtineri in minori communitate pia, si hæc debito modo ad sanctam participationem informetur et si ipse celebrans gravi et distincta voce, juxta rubricas, recitare velit (2). Et in hujusmodi casibus S. Congregatio non prohibet quominus Ordinarius præfatam praxim probatam habeat.

C. Callewaert.

---

(1) Cf. articulum nostrum citat. apud *Lit. Tijdschrift*, IV, p. 276 ss.

(2) Cf. articulum ampl. D. Mahieu, ap. *Lit. Tijdschrift*, ibid., p. 278 ss.

V.

Additiones faciendæ in Rituali Romano (1).

TITULUS V.

Caput I.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

Post rubricam n. 20, sequens instructio addatur : *21. Quando pluribus simul infirmis hoc Sacramentum ministratur, Sacerdos singulis ægrotis crucem pie deosculandam porrigat, omnes preces quæ unctiones præcedunt, plurali numero, semel recitet, unctiones cum respectivis formis super singulos ægrotos efficiat, omnes vero preces quæ unctiones subsequuntur, plurali numero semel dicat.*

Caput II.

ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM EXTREMÆ UNCTIONIS.

N. 7. . . . : Mox dicat : « In nomine Patris », etc., post verba « per invocationem » addatur : « gloriosæ et sanctæ Dei Genitricis Virginis « Mariæ, ejusque inclyti Sponsi Joseph, et omnium », etc. (uti in Oratione tit. V, cap. 7, *Proficiscere*, etc.).

Caput VI.

RITUS BENEDICTIONIS APOSTOLICÆ IN ARTICULO MORTIS.

Rubrica n. 7 compleatur per sequentem instructionem (depromptam ex appendice Breviarii Romani et ex Decreto S. R. C. diei 8 martii 1879, n. 3483 :

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur, dicendo :

« Dominus noster », etc., ut supra.

Et si mors proxime urgeat dicat :

---

(1) Has variationes in futuris editionibus Ritualis inseri jussit SS. D. N. Pius XI (Decr. S. Rit. Congr. 9 Aug. 1922. *Acta Apost. Sed.*, XIV, 506). In his 1° magis determinatur quomodo agendum si Extrema Unctio aut Benedictio apostolica *pluribus simul* sit danda ; 2° adduntur invocationes in honorem s. Joseph ; 3° indicantur formulæ Benedictionis apostolicæ in casu necessitatis.

« Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, « indulgentiam plenariam et remissionem omnium pec- « catorum tibi concedo. In nomine Patris † et Filii, et « Spiritus Sancti. Amen ».

« Per sacrosancta », etc., ut supra.

« Benedicat te », etc., ut supra.

In casu vero necessitatis sufficit dicere :

« Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, « indulgentiam plenariam et remissionem omnium pec- « catorum tibi concedo, et benedico te. In nomine Patris « † et Filii, et Spiritus Sancti. Amen ».

Post n. 4 addatur :

N. 5. Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicantur semel ut supra, singulari tantum numero in pluralem immutato.

« N. 6. *Postea dicit :* v. Adiutorium », etc.

Caput VII.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ.

In Oratione « Proficiscere », etc., post verba « Virginis Mariæ » addatur : « in nomime beati Joseph, inclyti eius- « dem Virginis Sponsi ».

In Oratione « Commendo te », etc., post verba « te com- « plexus astringat » addatur : « Sanctus Joseph, morientium « Patronus dulcissimus, in magnam spem te erigat ».

Post Orationem « Clementissima Virgo », etc., addatur sequens :

Oratio.

« Ad te confugio, Sancte Joseph, Patrone morientium, « tibique, in cujus beato transitu vigiles adstiterunt Jesus « et Maria. per hoc utrumque carissimum pignus, animam « hujus famuli (*vel* famulæ) *N.* in extremo agone laboran- « tem enixe commendo, ut ab insidiis diaboli, et a morte « perpema, te protegente, liberetur, et ad gaudia æterna « pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. « R Amen ».

Caput VIII.

IN EXSPIRATIONE.

Post verba « hora mortis suscipe » addatur : « Sancte « Joseph, ora pro me. Sancte Joseph, cum beata Virgine « Sponsa tua, aperi mihi divinæ misericordiæ sinum.

« Jesu, Maria, Joseph, vobis cor et animam meam « dono.

« Jesu, Maria, Joseph, adstate mihi in extremo agone.

« Jesu, Maria, Joseph, in pace vobiscum dormiam et « requiescam ».

Pontificia Commissio

ad codicis canones authentice interpretandos (1).

DUBIA

SOLUTA IN PLENARIIS COMITIIS EMORUM PATRUM.

I.

De acquisitione domicilii (can. 93).

Utrum uxor, a viro malitiose deserta, possit, ad normam can. 93, § 2, obtinere proprium ac distinctum domicilium.

Resp. Negative, nisi a judice ecclesiastico obtinuerit separationem perpetuam, aut ad tempus indefinitum.

II.

De obligationibus clericorum (cann. 130, 590).

1. Utrum parochi vel vicarii religiosi examen, de quo in can. 130, § 1, subire teneantur coram Ordinario ejusve delegato, si coram Superiore religioso ejusve delegatis examen subierint, de quo in can. 590.

Et quatenus negative :

2. Utrum in casu negligentiæ Superiorum religiosorum circa examen, de quo in cit. can. 590, Ordinarius loci cogere possit religiosos istos ut examen, ad normam cit. can. 130, § 1, coram se suisve delegatis subeant.

Resp. Ad 1. Negative.

Ad 2. Recurrendum esse in casu ad S. C. de Religiosis.

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIV, p. 526 sq.

III.

De amissione officiorum ecclesiasticorum (cann. 189, 191).

1. Utrum, ad normam can 189, § 2, Ordinarius renuntiationem valide acceptare possit, elapso iam integro mense a renuntiatione facta, quin nova intercesserit resignatio.

Resp. Affirmative, nisi resignatarius ante acceptationem renuntiationis, renuntiationem Ordinario exhibitam revocaverit, et revocationem Ordinario significaverit.

2. Utrum, ad normam can. 191, § 1, resignans renuntiationem revocare valeat ante acceptationem.

Resp. Affirmative.

IV.

De parochis (can. 460).

1. Utrum can. 460, § 2, applicetur dumtaxat ad parœcias erigendas post promulgationem Codicis; an etiam ad parœcias jam erectas.

Et quatenus negative ad 1am partem, affirmative ad 2am:

2. Utrum idem canonis præscriptum applicetur etiam parœciis, in quibus pluralitas parochorum inducta est non consuetudine aut privilegio, sed legitimo statuto.

Et quatenus affirmative:

3. Utrum jura jam quæsita parochis, ut ajunt, proportionariis seu cumulativis, integra maneant tum quoad spiritualia, tum quoad temporalia; an vero revocentur etiam quoad temporalia.

Et quatenus negative ad 1am partem, affirmative ad 2am:

4. Utrum cura animarum principalis et unica tribuenda sit parocho qui præeminentiam honoris habeat præ aliis; an vero antiquiori possessione.

Resp. Ad. 1. Negative ad 1am partem; affirmative ad 2am.

Ad 2. Affirmative.

Ad 3. et 4. Provisum in præcedentibus; pro applicatione vero canonis ad hos casus particulares recurrendum esse ad S. C. Concilii.

V.

De vicariis substitutis et supplentibus quoad assistentiam matrimoniis (can. 465, §§ 4 et 5).

1. Utrum vicarius substitutus, de quo in can. 465, § 4, possit post Ordinarii approbationem licite et valide

assistere matrimoniis, si nulla limitatio apposita fuerit.

2. Utrum idem vicarius id possit etiam ante Ordinarii approbationem.

3. Utrum idem vicarius parochi religiosi id possit post approbationem Ordinarii, sed ante approbationem Superioris religiosi.

4. Utrum vicarius, seu sacerdos supplens, de quo in cit. can. 465, § 5, id possit ante approbationem Ordinarii.

Resp. Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Affirmative.

Ad 4. Affirmative, quoadusque Ordinarius, cui significata fuit designatio sacerdotis supplentis, aliter non statuerit.

VI.

De vicariis œconomis quoad applicationem Missæ pro populo (cann. 466, 473).

Utrum vicarius œconomus, qui plures parœcias tempore vacationis regit, unam tantum debeat Missam pro populis sibi commissis diebus præscriptis applicare.

Resp. Affirmative, ad normam can. 473, § 1, collati cum can. 466, § 2.

VII.

De transitu ad aliam religionem (can. 634).

Utrum suffragium Capituli in admittendo religioso, de quo in can. 634, ad professionem solemnem aut simplicem perpetuam, habeat vim deliberativam; an tantum consultivam.

Resp. Affirmative ad 1am partem: negative ad 2am.

VIII.

De collati baptismi adnotatione (can. 777).

An verbum *illegitimi* canonis 777, § 2, omnes omnino comprehendat illegitime natos, etiam adulterinos, sacrilegos, ceterosque spurios, ita ut liceat parentum ipsorum cognomina inscribere in adnotatione collati baptismi.

Resp. Nomina parentum ita inserenda esse, ut omnis infamiæ vitetur occasio: in casibus vero particularibus recurrendum esse ad S. C. Concilii.

IX.

De irregularitatibus aliisve impedimentis (can. 987).

Utrum nomine *filiorum*, de quibus in can. 987, n. 1, intelligendi sint tantum descendentes in linea paterna usque ad primum gradum.

Resp. Affirmative.

X.

De custodia ac cultu sanctissimæ Eucharistiæ (can. 1274).

Utrum ecclesiæ, in quibus, ad normam can. 1274, § 1, sine Ordinarii licentia fieri potest expositio publica seu cum ostensorio die festo Corporis Christi et infra octavam inter Missarum sollemnia et ad Vesperas, sint illæ tantum quibus datum est asservare sanctissimam Eucharistiam.

Resp. Affirmative, firmo præscripto can. 1171.

XI.

De reductione onerum Missarum (cann. 1517 et 1551).

Utrum Ordinarius, ad normam can. 1517 et can. 1551, ob imminutos reditus, onera Missarum reducere valeat, si id in tabulis fundationum expresse caveatur.

Resp. Affirmative.

XII.

De foro competenti (can. 1565).

Utrum, ad normam can. 1565, § 1, pars ratione contractus conveniri possit coram Ordinario loci, in quo contractus initus est vel adimpleri debet, etiamsi e loco discesserit.

Resp. Negative, salvo præscripto § 2 citati canonis.

XIII.

De sententia (cann. 1874 et 1894).

Utrum, ad normam can. 1874, § 5, et can. 1894, n. 3, nullitatis vitio laboret sententia lata a tribunali collegiali, et subscripta tantum a præside tribunalis et notario.

Resp. Affirmative.

XIV.

De foro competenti in causis matrimonialibus (can. 1964).

1. Utrum uxor, a viro malitiose deserta, eum in causa matrimoniali, ad normam can. 1964, convenire possit coram Ordinario proprii ac distincti quasi-domicilii; an vero convenire debeat coram Ordinario domicilii vel quasi-domicilii viri.

Resp. Negative ad 1am partem; affirmative ad 2am.

2. Utrum actrix catholica, a viro non legitime separata, quæ proprium ac distinctum quasi-domicilium habet, virum acatholicum in causa matrimoniali, ad normam can. 1964, convenire possit tantum coram Ordinario proprii ac distincti quasi-domicilii; an vero etiam coram Ordinario domicilii viri.

Resp. Cum uxor in casu habeat proprium ac distinctum quasi-domicilium, et sequatur domicilium viri, potest virum convenire coram alterutro Ordinario.

XV.

De subiecto coactivæ potestati obnoxio (can. 2233).

Utrum, ad normam can. 2233, § 2, ob violationem præcepti peculiaris, quod communitum erat censura ferendæ sententiæ, statim post delictum comprobatum censura infligi possit; an vero præmittenda sit nova monitio.

Resp. Affirmative ad 1am partem; negative ad 2am.

Romæ, 14 julii 1922.

P. Card. Gasparri, *Præses.*

Aloisius Sincero, *Secretarius.*

Associations sans but lucratif.

Le 25 avril 1922, M. Theunis a déclaré à la Chambre (1) :

1° Que l'*acte* passé en exécution de l'article 53 de la loi du 27 juin 1921, par lequel sont *transférés* à une association sans but lucratif *des biens corporels*, meubles et immeubles affectés à son service, est *passible du droit de timbre*.

2° Que *la liste annuelle* des membres d'une association, à déposer au greffe en exécution de l'article 10 de la loi, *doit être rédigée sur timbre* et *enregistrée* préalablement au dépôt (3).

Consultation.

L'assurance des employés d'église contre les accidents.

Un ecclésiastique nous pose les questions suivantes :

1° La fabrique serait-elle civilement responsable des accidents survenus aux employés d'église dans l'exercice de leurs fonctions ?

2° Y-a-t-il pour la fabrique obligation légale d'assurer ce personnel ?

3° Y-a-t-il obligation morale ?

---

(1) Repris à la *Revue ecclésiastique de Liége*, 1922-1923, t. XIV, p. 123.

(2) Le droit fixe d'enregistrement est de 5 francs ; le droit de timbre varie d'après la dimension du papier.

Réponse. 1° Les fabriques d'église sont civilement responsables des accidents survenus aux employés d'église dans l'exercice de leurs fonctions par application des articles 1382, 1383 et 1384 du code civil. En vertu de ces dispositions, la victime, pour avoir droit à une indemnité, doit prouver la faute des administrateurs de la fabrique ou de leurs préposés.

2° Non, quand il s'agit des employés de l'église ou de la fabrique, tels que les sacristains, sonneurs, etc., ou quand il s'agit d'ouvriers, charpentiers, ardoisiers, etc., traitant directement avec la fabrique. La loi du 24 décembre 1903 n'est pas applicable à ces catégories de personnes. Il en serait autrement si la fabrique devenait chef d'entreprise en faisant construire une église ou en faisant procéder à de grosses réparations, sous son autorité et sa direction (1). La loi de 1903 trouverait en ce cas son application.

3° Il n'y a pas d'obligation morale pour la fabrique d'assurer son personnel ou celui de l'église ; mais il est prudent de le faire pour couvrir le risque qu'elle court du chef des accidents qui pourraient survenir à ses employés ou ouvriers.

Les fabriques d'églises s'adresseront aux compagnies d'assurances contre les accidents pour obtenir les renseignements nécessaires. Avant la guerre, l'*Assurance agricole* ou *Onderlinge Belgische Boerenverzekering en Landbouwverzekering* (2) accordait à ses assurés des avantages sérieux et complets, moyennant une prime modérée. Il est vraisemblable qu'actuellement le taux de la prime est plus élevé, vu la hausse des traitements et des salaires.

---

(1) Il faut toutefois examiner si les ouvriers ne sont pas déjà assurés.

(2) Rue des Récollets, 24, Louvain.

Notæ Bibliographicæ

Kan. C. Van Crombrugghe. *De Godheid van Jezus-Christus*, Gent, De Scheemaecker, 1922. — In-16, 31 bl. — Pr. 1 fr.

Dit schoon en leerzaam boekje bevat een voordracht door Prof. Van Crombrugghe gehouden op 5 Maart laatstleden voor het Verbond der belgische katholieke Vrouwen, Afdeeling : Bisdom Gent. Dat de voordrachtgever, schrijver van *De soteriologiæ christianæ primis fontibus* en van den *Tractatus de Verbo Incarnato*, dien wij in een voorgaand fasc. (p. 176) recenseerden, heel en al op de hoogte is van zijn onderwerp, hoeft wel niet bewezen. De Godheid van Jezus-Christus wordt door den schrijver eerst op streng historische wijze vastgesteld ; daarna worden de hedendaagsche moeilijkheden door rationalistische critici bijgebracht, onverminderd voorgesteld, doch aanstonds volkomen geweerd en wedergelegd. Prof. Van Crombrugghe weet tevens het moeilijke vraagstuk dat hij behandelt klaar en boeiend voor te stellen ; het werkje zal ongetwijfeld veel goed doen en ook veel bijval genieten.

G Van Noort. *Tractatus de vera religione*. Ed. 3am recognovit E. P. Rengs, Amstelodami, Van Langenhuysen, 1917. — In-8, XLIII-344 p.

Sæpius celebratæ fuerunt egregiæ dotes solidæ doctrinæ et claræ demonstrationis, quas in omnibus operibus cl. Van Noort reperire est, quam ut in his qualitatibus, ad hunc tractatum de vera religione, uti inscribitur, denuo insistamus necesse sit.

In hac nova editione, quam E. P. Rengs, s. theol. prof. in seminario Warmundano curavit, habemus per modum prolegomeni *in universam theologiam*, quid sit theologia et quomodo dividatur, tum ratione materiæ, quum ratione methodi ; sequitur brevis conspectus historicus theologiæ systematicæ, in quo varii doctores Scholæ, theologi recentiores et etiam moderni, — quoad hos ultimos, indicatis præcipuis eorum operibus, — enumerantur. In altero prolegomeno agit A. specialius de *theologia fundamentali*, quæ juxta ipsum, tractatus de vera religione, de ecclesia Christi, de fontibus revelationis ac tandem de fide complectitur. In tertio prolegomeno errorem modernistarum, secundum doctrinam encyclicæ « Pascendi » summarie sed methodice exponit.

In ipso tractatu agit A., in sectione prima, de religione in genere et de religione revelata in specie, scil. de hujus possibilitate, necessitate, cognoscibilitate. In sectione secunda veritatem religionis christiano-catholicæ defendit, et quidem primo præstantiam ipsius indigitat ; deinde divinitatem legationis Christi probat ; postea divinitatem

ejusdem Christi operis sive religionis christiano-catholicæ demonstrat; tandem de prophetiis messianicis tractat et easdem in Christo fuisse adimpletas ostendit.

Accedunt appendices : 1/ de religione revelata ante Christum ; 2/ de Christi doctrina circa parousiam.

Statim apparet ex præmissis quam completum sit opus cl. Van Noort, quod et modernis difficultatibus plerisque satisfacit, postquam argumentis validis rectam doctrinam commonstravit.

Hæc pauca tamen notare juvat. Melius, uti videtur, referuntur pars quædam tractatus de ecclesia et totus tractatus de fide ad theologiam *dogmaticam* (cfr *Collat. Brugen.*, XIV, p. 112) ; deinde hic tractatus, quem A. inscribit de vera religione et pars prior tractatus de ecclesia sunt scientia de præambulis fidei, quatenus credibilitatem revelationis adstruere debent, itaque *ad theologiam* non pertinent neque theologiam *fundamentalem* constituunt (cfr *Collat. Brugen.*, XIII, p. 44 s. et XIV, p. 109).

In ipso tractatu, quem recensemus, in sectione prima, A. multas proponit et probat quæstiones, quæ magis ad philosophiam faciunt, neque hoc satis indicatur. In sectione secunda intendit A. simul demonstrationem christianam et catholicam præstare, scil. ostendere religionem, quam Christus Dei legatus instituit, non aliam esse quam religionem ecclesiæ catholicæ (n. 65, p. 110) ; ita porro quasdam propositiones præoccupat, quæ in tractatu de ecclesia, quem ut propedeuticum ad theologiam etiam considerat (p. x et p. xxv), rursus evolvendæ veniunt et nemo non videt, quod A. pariter sentit (p. 200, in nota), hanc methodum non natam esse ut claritatem afferat.

Quod spectat demonstrationem christianam, A. eamdem valide conficit ex Christi sanctissimis moribus, prophetiis, miraculis et imprimis ex ejus resurrectione, quam adversus hodiernas rationalistarum cavillationes invicte etiam tuetur. H. Lamiroy.

Abbé de Cazalès. *Vie de la Sainte Vierge d'après les méditations d'Anne-Cathérine Emmerich*, 12e édition, Paris, Téqui, 1921, in-8°, 415 p. F. 5,00.

Nos lecteurs connaissent *La Douloureuse passion de N. S. J. C.* de la même provenance. Comme le titre l'indique il n'est donné à ces « visions » de la religieuse de Dulmen aucune sorte d'autorité : elles sont considérées purement et simplement comme des méditations descriptives sur la vie de la S. Vierge faites par une pauvre religieuse sans instruction, clouée sur un lit de souffrances, et recueillies de sa bouche par Clément Brentano. Prises dans ce sens, elles peuvent par l'impression qu'elles laissent d'une réalité vivante être utiles à nourrir la piété au même titre que tant de peintures naïves situant la Vierge dans toutes sortes de milieux, ou au même titre p.e. que tel ancien opuscule flamand bien connu : *De pilgrimagie van 't kindeken Jesus*, tiré en grande partie des méditations de S. Bonaventure.

A. Legrand.

Collationes Brugenses

Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis

Conferentiæ Quatuor

factæ ad alumnos Majoris Seminarii tempore belli

(*Sequitur*. — V. supra, pp. 361 ss.).

CONFERENTIA II.

De principio fundamentali.

Est doctrina fundamentalis omnis religionis et omnis vitæ spiritualis hæc : *Deus est primum principium et etiam finis ultimus. Ego sum*, ait Dominus (1), *Alpha et Omega, primus et novissimus. principium et finis.* Exivimus a Deo primo principio, et redire debemus ad Deum finem ultimum. Universa religio consistit in hoc quod Deum agnoscamus ut primum principium et ultimum finem et quod, sicut oportet secundum ejus voluntatem et legem, ad eum redeamus. Similiter universa vita spiritualis consistit in hoc quod *perfecte* agnoscamus Deum ut principium et finem, et *perfecte* iter ad Deum redeundo instituamus (2).

Jam apud antiquos principium : *Nosce teipsum*, erat fundamentale axioma sapientiæ at mancum erat seu incompletun, quia non habetur vera cognitio sui, nisi se cognoscat homo in ordine ad Deum principium primum et finem ultimum.

(1) *Apoc.*, I, 8 ; XXII, 13.

(2) Cfr. *Eening der minnende ziel met God*, bl. 74 ; *Over geestelijk leven*, bl. 29.

Illud principium completum recurrit alia sæpe forma propositum apud Sanctos multos, quorum sententias nonnullas nunc recensemus (1) :

a/ **S. Augustinus** solebat orare : *Noverim Te ut amem Te, noverim me ut oderim me.* Idem S. Doctor scribebat : Fecerunt itaque duas civitates amores duo, amor Dei usque ad contemptum sui, amor sui usque ad contemptum Dei.

b/ **S. Catharina Senensis** : Ipsa audivit ex ore ipsius Christi sibi apparentis hæc verba : « Scisne, filia, quæ tu es et quis ego sum ? Si hæc duo noveris, beataeris. *Tu enim es illa quæ non es ; ego autem sum ille qui sum.* Si hanc notitiam habueris in anima tua, numquam decipere te poterit inimicus, omnesque laqueos ejus evades. »

Aliam valde notabilem doctrinam addidit Dominus quæ ex priori deducitur inclusive, ut ait Raymundus Capuanus : Ait enim dum alia vice ei apparuit : *Filia, cogita de me ; quod si feceris, ego cogitabo de te incunctanter.*

c/ **S. Catharina Alexandrina** audivit similem doctrinam cum Dominus eam visitavit in carcere positam : *Agnosce, filia, creatorem tuum.*

d/ Doctrina *de duplici abysso.*

S. Franciscus Assisiensis in monte Alverno instituens jejunium in honorem S. Michaëlis Archangeli, visitatus a solo fratre Leone, quadam nocte ab hoc fratre visus est orans et continuo ingeminans : *Quis es tu,* O mi dulcissime Deus ? Lumine contemplationis intuebar abyssum infinitæ, sapientiæ et bonitatis Dei. Et quando dicebam : *Quis sum ego,* vermiculus vilissimus et omnino inutilis servus tuus ? Lumine contemplationis videbam abyssum meæ exiguitatis et miseriæ. »

B. Angela de Foligno simili modo loquitur de duplici abysso : Conetur homo, sic ait, intrare abyssum suarum miseriarum et consequenter etiam abyssum

(1) Cf. *Collat. Brug.*, t. XXI, p. 267 sqq., ubi signanter relatam inveniet doctrinam cœlestem S. Catharinæ Senensis.

misericordiæ Dei. « *Cognoscere enim Deum et se, est perfectio nostra* ; et in toto mundo nihil modo me delectat scribere nec dicere, nisi solum hæc duo : Cognoscere Deum et se (1). »

CONFERENTIA III.

Exercitium contemplationis.

a/ **Circa dispositiones prævias ad contemplationem.**

Auctor ignotus sæculi XV, discipulus S. Bernardi, conventus in Marienrayd prope Hildesem, in sermonibus de tempore et de sanctis (« Sermones Socci ») dicit quod hæ requirantur dispositiones præviæ :

In sermone X (I de S. Stephano) in fine :

Humanæ conversationis alienatio,
carnalis consolationis abdicatio,
ipsius animæ ad Deum elevatio.

Et in sermone XXIII (V de S. Paulo) : Oportet, ait, *cor in Deum quantum possumus stabilire*, faciendo omnia opera secundum voluntatem Dei, unum enim est necessarium, ut nempe in omnibus Deo uniamur :

Dei præsentiam ardenter sitire, supra omnes delicias mundi ;

Gratiam contemplationis contentiose ambire (2).

b/ **Ipsum exercitium.**

Præsupponimus doctrinam de triplici via : Supponimus animam *purgatam* ab omni passione et affectu *inordinatis* ; mentem *illuminatam* per sanctas meditationes et virtutum exercitia, ita ut per vividam *fidem*, invictam *spem* et ferventem *charitatem* ad limen *contemplationis ac unionis* divinæ sistamur.

Deinde **exercitium actuale** unionis contemplativæ fieri potest sequenti modo :

---

(1) *Visiones et instructiones*, c. 57.
(2) Cf. *Collat. Brug.* t. XXI, p. 353, 449.

1° *Peto solitudinem* (v. g. in cubiculo aut coram Sanctissimo Sacramento vel in gratiarum actione post communionem), et facio silentium *exterius* remota omni occasione distractionis, et tunc mente descendo in meipsum : transgredior primo tum sensus tum imaginationem ac phantasiam et memoriam sensitivam, tum appetitum inferiorem, verbo *partem sensitivam* animæ, eamque nunc ulterius purgo ab *omni* imagine et affectu cujusvis creaturæ, ita ut fiat silentium *interius*, et sic expellatur non tantum inordinatus, sed *omnis* affectus ad bona hujus mundi, divitias, honores, commoda vitæ, ut excludatur omnis affectus proprietatis, id est relatio istorum bonorum ad meipsum, sitque vera interna paupertas et nuditas seu *nox obscura sensus* (ad mentem S. Joannis a Cruce) et *mors sensitivæ partis*,

2° *Descendo intimius in partem spiritualem animæ*. Primo descendo in *intellectum et memoriam intellectualem*, quos pariter despolio ab omni forma ac imagine intellectuali seu cogitatione ac cognitione *distincta* (1), retinens solum cogitatum Dei eumque confusum, generalem et affectuosum, per notiones potius negativas : scilicet Dei, ut immensi infinitique boni, incomprehensibilis perfectionis.

Secundo, descendo in *voluntatem*, ex qua similiter arceo omnem affectum amoris, desiderii, gaudii, in qua retineo solum amorem Dei, supremæ beatitudinis et infiniti boni, super omnia propter se tandem diligendi amore gratuito et effectivo, solum ejus honorem et gloriam in omnibus unice intendendo ac procurando. Sit ergo *nox obscura spiritus*.

3° Simul quoque *transgredior omnia dona Dei*, quibus

---

(1) Scientia quævis notionesque distinctæ, rerum divinarum acquisitæ, non sunt, juxta mysticos, dispositio intellectualis *ultima* ad contemplationem et unionem cum Deo ; sed ista dispositio ultima est nuda ac vividissima fides, qua obscure et generali quadam eaque affectuosa cognitione Deus apprehenditur ut infinitum bonum, per negativas potius quam affirmativas et distinctas notiones. Vide textum Cajetani apud *Collat. Brug.*, t. XVII, p. 228.

sum unitus Deo mediate, donec pertingens ad intimum centrum animæ, ad templum Dei, Auctoris omnium donorum, plene conscius fiam me cum Spiritu Sancto, qui datus est mihi, esse unitum *immediate* unione mirabili et cum Ipso et per Ipsum cum Patre et Filio.

4° *Vivida jam conscientia hujus meæ unionis cum Deo, Uno ac Trino, me totum occupat* et in spiritu prosterno me coram majestate Dei, qui simul est, secundum Trinitatem personarum, summa interna activitas intellectus et voluntatis in duplici ineffabili processione, et secundum unitatem essentiæ, suprema requies ac beatitudo, typus atque exemplar existens meæ activitatis, nempe contemplationis et amoris Deitatis incomprehensibilis, meæque fruitivæ unionis et quietis in abysso divini esse.

Sicque, occurrens unioni illi immediatæ, filiali, intimæ, pertingo *ad contemplationem obscuram*, ut loquitur S. Joannes a Cruce, seu ad illud quod vocat B. Rusbrochius abyssale nescire (grondeloes nietweten), contemplans æternum innominatum (eeuweghe ongenaemtheit), æternam quietem æternam activitatem (eeuweghe ledegheit en eeuweg werc), modo expertem incognitam obscuritatem (wiseloese onbekinde doemsterheit) ; atque demergor et absorbeor in abyssali beatitudine (grondeloese salegheit) : simul omnem fruitionem, amore gratuito ac perfectissimo, dirigens unice ad honorem et gloriam Dei, cui quasi exhaustus ac mihimetipsi amissus et extinctus totum relinquo, quod ulterius præstare, et in me ac de me efficere velit Deus (1).

---

(1) Cf. *Collat. Erug.*, t. XX, p. 80 : *De SS. Trinitate contemplatio* ; et t. XXII, p. 1 : *Manuductio ad contemplationem SS. Trinitatis, et Verbi incarnati.*

CONFERENTIA IV.

Vita interna et contemplativa est anima et radix vitæ activæ ad extra seu vitæ apostolicæ.

Monita quædam practica.

I. — *Servetur ordo inter opera ministerii sacri*, nempe *ordo dignitatis et utilitatis*. Cf. *Collat. Brug.*, t. VI, p. 386 sqq.

Qua in re manifestum est natura ipsa primum tenere locum *officia stricte sacerdotalia*, nempe offerre, orare, sacra ministrare, docere. His numquam detrahi quidquam potest propter alia opera.

A/ **Sacrificium Missæ.**

Sit centrum totius vitæ nostræ. Conemur illud offerre quotidie cum omni puritate cordis, cum omni devotione et amore. Ad illud præparandum tendant omnes orationes et actiones nostræ ; ab eo hauriamus omnes gratias omnemque zelum nobis necessaria.

« Asserere non veremur sacerdotem, qui quotidie ac perfecte offerre Deo sacrificium conatur, in nulla re deficere, cætera omnia munia sua perfecte obire, saluti suorum efficacissime providere, brevique esse perventurum ad omnimodam sanctitatis perfectionem » (1).

B/ **Officium canonicum** (2).

Numquam potest fieri hæc oratio vere sacerdotalis quasi accidens in vita nostra sacerdotali. Est *opus Dei*, quod ponendum est ante omnia (3).

Sacerdoti morituro erit gaudium maximum de his duobus : si quotidie conatus fuerit offerre Sacrificium Missæ et recitare officium divinum digne. attente ac devote. Secus, erit maxima tristitia in illa hora.

---

(1) *Collat. Brug.* t. IV, p. 373.
(2) Cf. *Collat. Brug.*, t. VII, p. 337 sqq.
(3) *Ibid.*, t. VI, p. 387.

C/ **Sacra ministrare** ()1.

Ne accessorium umquam absorbeat principale seu ne ministerium spirituale doctrinæ ac sacramentorum negligatur aut postponatur propter opera dicta socialia.

Potius nos exspectemus fideles quam fideles debeant exspectare nos, omniaque ordinentur in gratiam et facilitatem fidelium. Revera si sacerdos sit vir interior, ipse bene *sentiet* quanta res sit suum officium rite peragere.

D/ **Docere.** (2)

Maximi momenti est officium docendi, quod haberi debet tamquam fundamentum totius ædificii spiritualis exstruendi in salutem proximi. Etenim manifestum est hominem, qua hominem et christianum, in re spirituali nil agere posse, nisi quod prius intellectu atque fide agendum perceperit : homines autem illuminari debent a sacerdotibus, qui istud facere nequeunt nisi docendo. Unde dicebat Christus : *Vos estis lux mundi. Euntes docete* omnes gentes...

Est ergo nobis sacerdotibus *docendi stricta necessitas medii ad finem ministerii nostri, est et præceptum ecclesiasticum et divinum, idque gravissimum* (3). Porro nostro tempore adhuc magis urget necessitas docendi, « neque hoc veremur asserere, inter omnia opera socialia, quæ vocant, nullum esse urgentius, nullum efficacius, nullum certe magis fundamentale et radicale, quam docere » (4).

Quoad modum docendi : Oportet catechizare summa cum cura, visitare scholas, adjuvare et adhortari ludimagistros, sorores, etc. Oportet *docere semper*, in cathedra, in scholis, in congregationibus, per domos... (5).

Scholæ deberent esse, sicut olim, repletæ spiritu

---

(1) *Ibid.*, t. VI, p. 388 ; t. XI, p. 409 sqq.
(2) *Ibid.*, t. VIII, p. 413 sqq.
(3) *Ibid.*. t. VIII, p. 417.
(4) *Collat. Brug.*, t. VIII, p. 418.
(5) *Ibid.*, p. 414 spp.

christiano : « Novi senes qui non habuerunt nisi scholas valde rudimentarias, qui tamen erant recti omnino judicii. Quare ? Quia noverunt suum catechismum, in quo invenitur doctrina Christi. »

Non semper invehendum in vitia et defectus, sed exponamus solidam doctrinam, v. g. de Sacrificio Missæ, ut auditores intelligant quam dignum sit istud sacrificium, quanta proinde reverentia ei assistere debeant...

Ne quæramus vanam gloriam in prædicando : *Regnum Dei non est in sermone, sed in virtute.* Deus est qui convertit animas, sed ordinarie per vocem nostram : Exemplum illius peccatoris qui se convertit post simplicem expositionem quæstionis catechismi : « Van welke zonden is in de H. Kerk vergiffenis te bekomen ? »

II. Circa modum agendi in collegiis.

1° Multum valet apud alumnos *exemplum magistri.* Ipsi multum observant suum magistrum eumque, si placet ipsis, imitantur etiam quoad defectus. Ergo attende tibi, ut semper præbeas formam imitandi : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.*

2° Conemur acquirere nobis *auctoritatem et fiduciam.* Ad hoc :

a/ Vitetur multiloquium. Non juvat continuo increpare et corripere ; ab assuetis enim non fit passio ; alumni dicunt : « Semper est idem. »

b/ Magister *omnia videat,* et alumni hoc sciant ; sed non de omnibus est facienda mentio, aut monitio, corrigamus potius occasione data vel parvo quodam signo...

c/ Alumni sciant et experiantur magistrum *ipsis velle bonum,* laborare pro ipsis. Ad hoc debet ipse observare accurate omnia munia sua, omnia et singula sibi præscripta.

d/ Parvula digressio, identidem facta potissimum apud provectiores alumnos, tam utilis est. Magna ars est obtinere ut alumni laborent inde a scholis inferioribus.

III. Duo monita.

1° In quovis positi ministerio, *bene utamini tempore*, et in specie *temporibus subsecivis*. Ad hoc : « Ayez toujours quelque chose sur le métier. » Pro nonnullis hoc erit : conscribere aliquod opusculum, forsitan prelo committendum ; pro pluribus erit : præparare, etiam scripto, aliquam seriem concionem sive instructionum, vel prælectiones tradendas...

2° Prudentia erga pueros et maxime erga *fœmineum sexum*. Monebat Illmus Faict : *Cogitate matres vestras christianas*, — et agite sicut hæc cogitatio vobis inspirabit. Et addo : *Et cogitate matrem vestram Mariam, Virginem Virginum*, eam habete ante oculos quoties tractandum negotium habetis cum altero sexu. Maria erit, uti scriptum est in introitu Beguinasii (1), nostra *Sauvegarde*.

(1) Ubi tunc morabantur alumni expulsi e seminarii domo.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis julii propositas.

I

Ordo chronologicus in infantia Jesu.

Q. *Ordine chronologico enumera varia facta quæ enarrantur in sic dicto Evangelio infantiæ, opportuna addita demonstratione ordinis assumpti* (Mt., *I-II*; Lc., *I-II*).

R. Dum *Marcus* et *Joannes* solam vitam Jesu publicam retulerunt, incipiendo ab illa phasi quasi introductoria quæ fuit ministerium Joannis Baptistæ, præcursoris Messiæ, — *Mattheus* contra et *Lucas* non pauca facta prodroma habent circa duas illas personas, Jesum et Joannem, eorumque ortum et infantiam. Indubium videtur utrumque Evangelistam in hisce referendis esse ab invicem independentes, neque curam habuisse vitandi difficultates quæ forte ex utriusque narrationis collatione oriri possent. — Hanc collationem hîc instituendam assumimus, eo fine ut pateat quonam ordine chronologico varia facta ab alterutro relata sint mutuo componenda.

Hoc autem ordine facta enumerari possunt :

Præcursor Domini mira angeli Gabriel promissione *concipitur;* narrat *Luc* , 1, 5-23. Super hoc autem, inde a conceptione Joannis, transeunt quinque menses, per quos Elisabeth domi manet, se occultans, 24-25.

Interea locum habuerat *desponsatio* (1) *Joseph inter et*

---

(1) Ob varias rationes hîc non exponendas æstimamus Mariam, momento Incarnationis Verbi *desponsatam* fuisse Joseph, non autem matrimonio junctam cum ipsa. Cfr LESÊTRE, in *Dictionnaire de la Bible*, art. *Fiançailles*.

Mariam, in civitate Nazareth habitantes ; pro more judaico, separatim vivunt, tempore opportuno matrimonium inituri, eamdemque domum habitaturi. Cfr *Mt.*, I, 18.

Et ecce, decursu sexti mensis a conceptione Joannis, locum habet *annuntiatio angeli Gabriel ad Mariam* virginem de instante Verbi incarnatione et de maternitate cognatæ Elisabeth concessa; Maria annuente, locum habet *incarnatio Verbi ; Luc.*, I, 26-38.

Absque mora abit Maria *visitare Elisabeth* eique congratulari et auxilium præstare, *Lc.*, I, 39-55. Maria hîc per tres circiter menses manet, nimirum usque dum Joannes sit natus et, probabilius saltem, circumcisus, deinde reditura domum, *Lc* , I, 56ª (1).

Revera, *nascitur Joannes*, et die octavâ *circumciditur Lc.*, I, 57-79; et, ut diximus, his absolutis *Maria redit in Nazareth*, *Lc.*, I, 56.

Sic ab incarnatione Verbi jam effluxerant tres circiter menses; transeunt adhuc alii, quin matrimonium ineatur, et quadam die *Joseph advertit Mariam habere in utero;* cogitans de dimittenda sponsa sua, *edocetur ab angelo* de mysterio quod in Maria impletum est, et Mariam in conjugem accipit, *Mt.*, I, 18-25.

---

(1) Equidem Lucas relatæ visitationi Mariæ statim subjungit, I, 56: *Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: et reversa est in domum suam*, — et deinde, post ergo narratum reditum Mariæ, narrat nativitatem et circumcisionem Joannis. Nihilominus æstimamus tamquam certum Mariam in hisce diebus cognatæ suæ adstitisse. Etenim in mense sexto inde a conceptione Joannis, abierat Maria ad Elisabeth, et apud ipsam manet per tres circiter menses: unde elapsi sunt novem menses a conceptione Joannis, adeoque nunc nascitur Joannes. Nonne obvium est putare Mariam ideo præcise mansisse per tres menses, *quia* cognatæ suæ adesse posset in adjunctis illis difficilioribus? An pro caritate Mariæ congruum est supponere eam præcise ante hanc nativitatem abiisse? — Quod autem hoc spectat Lucam prius referre reditum Mariæ et deinde referre nativitatem Joannis, hoc nil probat: non infrequenter enim Lucas hoc modo intervertit in narrando ordinem factorum, ita ut tum in *Ev.* tum in *Act.* potuerit ei adscribi methodus specialis, quam *eliminationis* vocant, et quam etiam hîc obvium fuit ut adhiberet. Cfr *Collat. Brug.*, t. XVIII, pp. 167 ss.

Sic novem fere menses inde ab incarnatione Verbi transierunt; occasione edicti Cæsaris, *iter in Bethlehem* assumunt Joseph et Maria, ibique *Jesus nascitur in stabulo*, *Lc.*, II, 1-7; *Mt.*, I, 25.

Eadem nocte, divinitus admoniti, *visitant pastores* puerum natum, *Lc.*, II, 8-20.

Die octava a nativitate, *circumciditur puer*, et vocatur nomine Jesu, *Lc.*, II, 21; *Mt.*, I, 25.

Joseph et Maria cogitant de non redeundo in Nazareth, et *domum sibi eligunt in Bethlehem* (1).

Die quadragesima a nativitate Jesu, locum habet in templo *purificatio Mariæ*, et *præsentatio Jesu*, *Lc.*, II, 21-24; hîc locum habent quæ narrantur de *Simeone*, *Lc.*, II, 25-35, et de *Anna*, *Lc.*, II, 36-38.

Quibus omnibus perfectis, *redeunt* Maria et Joseph cum puero in domum *Bethlehem*. Cfr *Lc.*, II, 39 (2).

---

(1) Necessitate coacti refugerant in stabulum, ubi Jesus nasceretur; ast ibi non diu manserint, ut bene intelligitur, sed domum sibi quæsierint, eo magis quod statuebant jam non redire in Nazareth, sed hîc, in Bethlehem domicilium fixum eligere. Revera, quando magi, uno anno forte postea, Jesum adorare venient, Jesum invenient in domo, *Mt.*, II, 11; et quando Joseph cum Maria et puero redibunt ex Ægypto, Nazareth de adeundo prius non cogitant, sed de Bethlehem. Vide infra, p. 461, *nota* (4).

(2) Difficultatem hîc facit *Lc.*, II, 39, dum relata purificatione Mariæ in templo, statim subjungit: *Et ut perfecerunt omnia..., reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth.* — Huic difficultati *quidam respondent:* Utique, post purificationem reversi sunt in Nazareth, puta, ut ibi res suas componerent, non ut ibi manerent; inde autem reversi sunt in Bethlehem, ubi domum eligunt, magos recipiunt, etc. — *Sed a/* ad quid notasset Lucas aliquid tam minimi momenti? — *b/* Lucas nullo verbo innuit eos postea rediisse in Bethlehem; — *c/* sensus obvius est eos tendisse in Nazareth, in civitatem suam ibique permansisse per totam adolescentiam Jesu, quam statim in vss. sequentibus, 40 ss., narrat. — Unde *melius respondetur* sic: Lucas nil refert de visitatione magorum et de fuga in Ægyptum — quia forte ea facta ignoraverit, vel quia inutile judicat ea referre; iis autem omissis, inutile erat notare Joseph et Mariam a templo hierosolymitano rediisse in Bethlehem, adeoque etiam hac commoratione bethlehemitica neglecta, statim notat eos rediisse in Nazareth, quo revera, post adorationem magorum et fugam in Ægyptum redierant.

Transit satis longum tempus (1), puta unius saltem anni, et, divinitus edocti *veniunt Magi in Bethlehem* adorare puerum *et redeunt, Mt.*, II, 1-12.

Magis profectis, probabiliter jam prima nocte (2), monetur Joseph ab angelo de instante periculo ab Herode, et locum habet *fuga in Ægyptum, Mt.*, II, 13-15; et brevi tempore postea (3), *cædes puerorum in Bethlehem, Mt.*, II, 1-12.

Defuncto Herode, moniti ab Angelo, *redeunt in terram Israël, Mt.*, II, 19-21; mens erat redire in Bethlehem, ast iterum moniti ab angelo, redeunt in Nazareth, *Mt.*, II, 22-23; *Lc.*, II, 39 (4).

---

(1) Adventum magorum esse reponendum, non paucis diebus post nativititatem Domini — ut quidam voluerunt et ut aliquis forte desumere posset ex 13ª die post nativitatem, quæ a Liturgia assignata fuit festo Epiphaniæ — sed non paucis mensibus, imo forte integro anno et amplius post eamdem nativitatem, hoc desumi potest ex variis indiciis. Nimirum: *a*/ Visitatio magorum nequit reponi ante præsentationem Jesu in templo. Secus enim res sic essent componendæ : magi veniunt, puta die 13ª, et abeunt ; super hoc transeunt 27 dies; die 40ª vadunt in Jerusalem et redeunt; post hoc Herodes videns se esse illusum a Magis jubet pueros occidi ; Joseph monetur in nocte et surgens, cum Maria et Jesu fugit in Ægyptum. Jamvero hæc rerum compositio non bene congrua apparet: α/ narratio *Mt.* obvie sonat Joseph statim post profectum magorum (cfr v. 13 ss.) fuisse monitum et statim fugisse; — β/ Herodes non tamdiu exspectaverit a jubenda puerorum cæde: quum Bethlehem esset proxima Hierosolymis, non diu duraverit antequam sciret se esse illusum a Magis, et cum ideo esset iratus valde (*Mt.*, II, 16) absque mora nefarium mandatum dederit. — *b*/ Imo visitatio Magorum sat diu post nativitatem Domini reponenda apparet exinde quod Herodes jusserit occidi pueros a bimatu et infra (*Mt.*, II, 16): etenim α/ quantumvis fuerit Herodes crudelis, non bene apparet quare, ad liberandum se a puero paucorum dierum, jusserit occidi pueros omnes usque ad duos annos ; — β/ præterea ipse textus *Mt.* dicit Herodem hanc ætatem determinasse *secundum tempus, quod exquisierat a Magis* : quod innuit Magos respondisse a tempore quo stella apparuerat (cfr v. 7) præteriisse unum saltem annum. Jamvero stella apparuit Jesu *nato* (cfr v. 2).

(2) Vide dicta in *nota* præcedente, sub *a*/ α/.

(3) Vide dicta in *nota* (1), sub *a*/, β/.

(4) Textus *Mt.* innuit Joseph prius cogitasse de adeunda Bethlehem, non autem Nazareth. Ideo enim adveniens in patriam, non tendit in Judæam, ubi erat Bethlehem, quia timet Archelaum (II, 22ª); ergo voluisset ire in Bethlehem ; præterea ut eat in partes Galilaeæ, in civitatem Nazareth, indiget divina admonitione (II, 22ᵇ-23).

Ibi per multos annos degit Jesus cum Joseph et Maria, et duodennis factus, cum illis *Hierosolymam ascendit*, et *invenitur in medio doctorum*, *Lc.*, II, 40-50.

Cum eis redit Nazareth ibique manet, *subditus illis*, usque ad tempus quo baptismo suo inaugurabit vitam publicam *Lc.*, II, 51-52 ; decursu hujus adolescentiæ Jesu, *mortem obierit Joseph* (1).

Interea creverat quoque *Joannes Baptista*, et abierat *in desertum*, ibique manserat usque ad diem qua, Deo volente, munus suum præcursoris inchoaret, *Lc.*, I, 80.

A. Vander Heeren.

II.

De revelatione supernaturali.

Q. *Quid intelligitur per revelationem supernaturalem ? Explica responsum et indica præcipuas divisiones revelationis.*

R. — *A*. Definitio. — Revelatio, quæ a remotione velaminis rem occultantis *dicitur*, generatim *significat* manifestationem alicujus veritatis alicui factam (2).

Revelatio *active* sumpta est actus, quo quis cum alio quamdam veritatem communicat ; *objective* spectata est ipsa veritas manifestata.

Prout subjectum quod revelat est Deus vel homo,

---

(1) Adhuc comparet Joseph, dum Jesus est duodennis; de eo adhuc mentio occurrit decursu vitæ Jesu publicæ, dum de Jesu loquuntur tamquam de filio Joseph, sed hoc non probat Joseph adhuc vivere; sed ipse Joseph in tota historia vitæ publicæ Jesu nullibi occurrit, dum tamen occurrunt mater ejus et fratres et sorores; imo *Mt.*, XIII, 55 omnino innuit Joseph jam non vivere, sicut etiam *Jo.*, XIX, 26 s., ubi Jesus moriturus matrem suam commendat Joanni.

(2) Cfr Van Noort, *De vera religione*, n. 12 s., p. 28 s., Amstelodami, 1917[3] ; Chr. Pesch, *Prælect. dogm.*, t. I. *Institutiones propedeuticæ ad s. theol.*, n. 151 s., p. 115 s., Frib. Br., 1915[5] ; Wilmers, *De religione revelata*, n. 57 s., p. 46 s., Ratisbonæ, 1897; Mazella, *De religione et ecclesia*, n. 91 s., p. 54 s., Romæ, 1885[3].

vocatur revelatio *divina* vel *humana* ; in theologia porro respicimus revelationem divinam, manifestationem scilicet alicujus veritatis a Deo imprimis homini factam.

Deus autem duplici via, naturali aut supernaturali, nobis aliquam veritatem manifestare potest.

1/ Modo *naturali* dicitur Deus nobis manifestare veritatem quatenus per facultates cognoscitivas ab ipso receptas, a rebus creatis assurgimus ad cognitionem Dei aliarumque veritatum, quas naturali lumine rationis detegere possumus.

2/ Modo *supernaturali* dicitur Deus nobis manifestare veritatem quatenus præter ordinem naturæ et modo naturæ creatæ prorsus indebito, *mentem suam nobis significat*, hoc significatum *tanquam verbum suum* simul *testando*, seu auctoritate sua muniendo (1).

Advertatur nihil obstare quominus Deus hoc modo, naturæ creatæ prorsus indebito, homini patefaciat aliquam veritatem rationi humanæ haud imperviam, ad quam scil. cognoscendam homo saltem physice capax sit ; tunc habetur veritas supernaturaliter revelata *quoad modum*. Quando vero veritas revelata per se et absolute vires rationis humanæ superat (2), tunc veritas supernaturaliter revelata *quoad substantiam* dicitur.

Opponitur revelatio *supernaturalis* revelationi *naturali*, uti quidam vocant priorem manifestationem alicujus veritatis, « per ea [nimirum] quæ facta sunt » (3). Attamen hæc manifestatio tantummodo *improprie* revelatio nominari potest ; sola revelatio supernaturalis est revelatio *proprie* dicta (4).

---

(1) Ill. ac rev. Waffelaert, *Medit. Theol.*, apud *Collat. Brugen.*, II, p. 299. — Quomodo modernistæ genuinam notionem revelationis pervertant vide apud *Collat. Brugen.*, XIII, p. 205 s., 212 et XIV, p. 574 s.

(2) Vide responsum sequens, ubi de mysterio agitur.

(3) *Rom.*, I, 20.

(4) Utrumque modum quo Deus manifestat homini veritatem, naturalem scil. et supernaturalem, describit et ad invicem opponit *Conc. Vatic.*, sess. III, *const. dogm. de fide cath.*, cap. 2 (*Enchir.*, n. 1785).

B. Explicatio. — 1/ In revelatione supernaturali et proprie dicta, Deus præter ordinem naturæ *mentem suam nobis significat*, seu proprie et *formaliter nobis loquitur*; « nihil [enim] est aliud loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare » (1).

Inde, quando etiam ex factis naturæ vim excedentibus ad veritatem aliquam *concludimus*, non erit revelatio; ideo pariter visio beata, qua res in Deo cognoscuntur, revelatio dici nequit.

2/ « In vera revelatione oportet... audiens ac percipiens revelationem, veritatem divinitus percipiat ut verbum Dei, cognoscens Deum loqui » (2); oportet *noverit veritatem secum a Deo communicari*, quod utique varia ratione constare potest.

Ita « distinguitur vera revelatio ab internis inspirationibus, aliisque locutionibus divinis ad animam sensu latiore sumptis » (3); ita etiam differt a scientia infusa, quam aliquis habere potest, quin eamdem esse a Deo sciat (4).

3/ In revelatione supernaturali Deus homini veritatem manifestat, *non per modum docentis*, qui rationes rerum internas proponit ut discipulus easdem percipiat et propter evidentiam intrinsecam præbeat assensum, *sed per modum testantis*, muniendo scil. veritatem significatam auctoritate sua, ita ut homo rem ita esse admittat, quia Deus omniscius et summe verax eamdem affirmat (5).

C. Divisio. — 1/ Revelatio, *ratione objecti*, sive ipsum revelatum potius, uti ex definitione jam constat, dici potest:

a/ supernaturaliter revelatum *quoad modum*; quidam auctores hanc revelationem *formalem*, sive quoad formam, vocant.

---

(1) *Sum. Theol.*, I, q. 107, a. 1, c.

(2) Ill. ac rev. Waffelaert, *l. c.*, p. 306.

(3) *Ibidem*; cfr etiam *Sum. Theol.*, II-II, q. 171, a. 5, c.

(4) Quomodo differat revelatio ab inspiratione lege apud *Collat. Brugen.*, XIV, p. 483 s.

(5) *Collat. Brugen.*, II, p. 305 s.

b/ supernaturaliter revelatum *quoad substantiam* (1); iidem auctores hanc revelationem *materialem*, sive quoad materiam, appellant. Verum hæc terminologia non est admittenda, quoniam *formale* et *materiale*, tanquam *determinans* et *determinabile* opponuntur.

2/ Revelatio, *ratione modi quo Deus plus minusve clare loquitur*, dicitur :

a/ explicita, quando Deus *totidem verbis*, aperte et signanter sub propriis terminis, rem proponit.

b/ implicita, quando *verbis æquipollentibus* utitur.

Sedulo advertatur in utroque casu haberi revelatum formaliter sive *dictum formaliter* a Deo; quod non obtinet ubi ex effato divino ope præmissæ naturalis per discursum non mere explicativum aliqua veritas deducitur, quæ tunc *revelata virtualiter* nominatur (2).

3/ Revelatio, *ratione modi quo Deus in subjectum agit*, vocatur :

a/ sensitiva, quando mediantibus sensibus externis obtinet, quando nimirum fit per verba externa aut signa sensibilia, ita tamen ut locutio divina mente simul intelligatur, uti ex definitione supra proposita et explicata satis patescit (3). Hæc revelatio dicitur etiam *externa*, quia externe apparet.

b/ imaginaria et *c/ intellectiva*, quando signa, quibus Deus utitur ad manifestandam veritatem, non mediantibus sensibus externis uti in revelatione externa, sed *immediate* imaginationem aut intellectum afficiunt, et ideo, quia tota fit intus in anima, utraque *interna* quandoque appellatur (4).

---

(1) Ne confundatur hæc distinctio cum distinctione inter supernaturale quoad substantiam et supernaturale quoad modum (vide VAN DER MEERSCH, *De divina gratia*, p. 4, nota 1, Brugis, 1910); ideo minus recte, uti videtur, loquitur VAN NOORT, *o. c.*, n. 13, p. 33, de revelatione *supernaturali quoad modum* et *quoad substantiam*.

(2) Hæc in tractatu de fide latius evolvuntur.

(3) Cfr *Sum. Theol*, II-II, q. 173, a. 2, c. et *Collat. Brugen.*, II, p. 305.

(4) Varios illos modos describit s. THOMAS, *Sum. Theol*, II-II, q. 173, a. 2, c. et *Quæst. disp. de veritate*, q. 12, a. 7; cfr adhuc *Collat. Brugen.*, II, p. 303 s.

4/ Revelatio, *ratione modi quo destinatariis innotescit*, distinguitur :

a/ immediata, quando *sine interventu alterius hominis* recipitur. Revelatio per ministerium angelorum data immediata dici consuevit.

b/ mediata, quando communicatur *per alium hominem* ad hoc a Deo delegatum.

Notandum venit revelationem naturalem, de qua supra, quandoque nominari mediatam, per oppositionem ad revelationem supernaturalem, quæ tunc generice immediata vocatur.

5/ Revelatio *ratione temporis*, quandoquidem « multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio » (1), distingui consuevit :

a/ primæva, quæ protoparentibus et patriarchis facta est.

b/ mosaica, quæ per Moysen et posteriores prophetas obtinuit.

c/ christiana, quæ per Christum et apostolos, ipsius Christi munus exsequentes, allata est.

6/ Revelatio, *ratione personarum quibus destinatur*, dicitur :

a/ privata, quando ad unam aut plures personas *particulares* dirigitur.

b/ publica, quando *ad societatem* qua talem spectat.

Animadvertatur eamdem divisionem, ubi revelatio christiana respicitur, induci posse *ex parte objecti*, sequenti ratione : revelatio privata est ea qua Deus uni vel pluribus personis immediate revelat, etiam in publicam utilitatem hominum, *veritates* quæ tamen *non omnibus tanquam Dei verbum fide divina ad salutem credendum* proponuntur (2). Publica dicitur ea revelatio qua Deus

(1) *Hebr.*, I, 1,-2ª.

(2) Cfr ILL. AC REV. WAFFELAERT, *Medit. Theol.*, apud *Collat. Brugen.*, II, p. 300. — Tales sunt v. g. revelationes ss. Cordis, quæ *fide divina* credi possunt ac debent ab iis, quibus de divina revelatione

manifestat *veritates ad communem generis humani salutem ordinatas* adeoque *fide divina* saltem implicita *ab omnibus credendas* (1). Istæ veritates pertinent ad depositum fidei catholicæ, quod Ecclesiæ custodiendum, prædicandum et explicandum commissum est (2); hæc revelatio christiana publica cum apostolis completa fuit (3).

H. Lamiroy.

III.

De Jure Occupationis I.

Q. *Explica hoc assertum: res nullius fit primi occupantis, nisi tamen obstet lex positiva justa.*

R. *A*/ Verificatis quatuor conditionibus veræ occupationis, quæ definitur: rei capacis dominii et tamen nullius voluntaria et externa apprehensio cum animo eam sibi appropriandi, ex ipso quidem jure naturæ repetitur legitimitas illius occupationis qua primitus determinatio facta est proprietatis. « Etenim Deus, titulo creationis Dominus supremus rerum materialium, ipsas hominibus concessit...., non conjungendo res determinatas determinatis hominibus, sed eas indeterminate hominibus offerendo. Quo posito, hominum erat ut realiter significarent se determinatas res in propriam utilitatem accipere, easdem sibi efficaciter applicando: quod fit per occupationem. Unde ex ipso naturali rerum ordine proponeba-

---

constat, uti exponitur apud *Collat. Brugen.*, VI, p. 520 s. — Attamen, quoniam non omnibus tanquam Dei verbum fide divina credendum ad salutem proponuntur, tales veritates nunquam erunt, nec esse possunt objectum *fidei catholicæ*. Quid faciat judicium Ecclesiæ approbantis tales revelationes vide ibidem p. 524.

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, II, p. 300 et VI, p. 520 s.

(2) Credi debent istæ veritates *fide catholica* quando ab Ecclesia solemni modo aut non solemni modo, i. e. per magisterium ordinarium, definiuntur.

(3) Cfr prop. 21 in decreto *Lamentabili*, 3 julii 1907, apud *Enchir.*, n. 2021.

tur hominibus occupatio tanquam modus primigenius reducendi in actum jus proprietatis a natura concessum » (1).

Verum, in quantum etiam nunc restant res nullius, eodem profecto jure naturæ, si illud solum inspiciatur, fiunt primi occupantis. Ad hoc autem genus rerum referuntur bona mobilia vel immobilia quæ sive *nullius*, sive *derelicta*, sive *vacantia* nunc appellari consueverunt.

Bona quidem nullius vocantur res capaces privati dominii, quæ nondum hucusque appropriatæ sunt. Derelicta dicuntur illa quæ dominus abjecit vel reliquit ea mente ut eas e numero suarum rerum jam esse nolit. Vacantia tandem pronuntiantur quorum dominus mortuus est quin de illis curent hæredes (aut creditores). Quodsi constet nec heredes dari in casu nec creditores, aut tempus reclamandi pro ipsis esse præteritum, dicuntur hæc ultima bona: en déshérence, et quidem definitive; secus, provisorie tantum.

B/ Agedum, in societate culta requiri leges quæ usum juris occupationis regulent, unusquisque intelligit : ne scilicet, dum in bona nullius et similia cives se præcipites tradunt, pax et ordo publicus pessumdentur. Et quidem apud nos articuli C.C. 539 et 713 generaliter ita disponunt: « Tous les biens vacants et sans maître, et ceux des personnes qui décèdent sans héritiers, ou dont les successions sont abandonnées, appartiennent au domaine public. — Les biens qui n'ont pas de maître appartiennent à l'Etat ».

Profecto viderentur præfati articuli, primo saltem aspectu, ipsum exercitium juris occupationis totaliter abolere, omnesque quotquot sunt res nullius aut hujusmodi reipublicæ addicere: eo magis quod ipsa occupatio inter modos acquirendi dominium a Codice nostro non recenseatur.

---

(1) *Coll. Brugen.*, II, p. 23.

Attamen non ea est revera intentio legis, ut apparet tum ex historia illorum articulorum (1), tum ex Codice ipso : nam infra admittit Codex et imo regulat occupationem animalium nullius, thesauri defossi, rerum inventarum etc. ; ita demum ut prohibitio ejus solummodo cadat in bona *immobilia* nullius aut derelicta, et insuper in omnia bona vacantia.

Quæ cum ita sint, quonam nunc sensu dicuntur hæc bona proprietas Status ? Quidam jurisperiti, ut olim Laurent (2), verba legis hic habent ut verum titulum proprietatis ; adeo ut Status, jam antequam dicta bona occupaverit aut simile quid fecerit, verus constituatur dominus : unde etiam injusti forent cives qui ante fiscum res illas præoccupaverint. Verumtamen, quisnam dederit Statui bona ista ? Aut quomodo demonstrabitur tantum jus et tam exclusivum a bono communi revera exigi ?

Ideo verior sententia tenet hanc legem solummodo Statui reservare facultatem occupandi dicta bona ; qua facta occupatione, tunc utique dominium ipsi acquiritur. Interim vero non erit injustus contra rempublicam ille qui ante Statum res illas præoccupaverit ; quamquam inde non continuo fiet illarum definitivus dominus, sed tantum postea : si nempe fiscus infra legitimum præscriptionis tempus his bonis manum non apposuerit, nec jus heredum sive creditorum forsan appropriationem impediverit.

Imo, nec contra obedientiam justæ legi debitam peccabit civis taliter agens : cum mere pœnalis communiter censeatur hujusmodi lex, saltem relate ad bona nullius aut derelicta. Quoad bona vero vacantia, severior sententia docet ob bonum commune requiri obligationem obedientiæ immediatam in conscientia (3) ; quidam tamen

(1) Cf. Ill^mum^ Waffelaert : *De l'obligation en conscience des lois civiles*, p. 222.

(2) Cf. Ill^mum^ Waffelaert, *ibid.*, p. 223.

(3) « Quant aux biens d'une succession vacante, ou en déshérence, il faut distinguer : si la succession est définitivement en déshérence, celui

AA. (1), attenta usuali interpretatione, ex hac etiam parte legem declarant pure pænalem: quæ opinio practice probabilis dici posse videtur.

IV.

De Jure Occupationis II.

Q. *Indica per summa capita quodnam competat Statui, justum bellum gerenti, jus occupationis circa spolia belli.*

R. Spolia belli hic intelligimus tantummodo bona ad ipsos hostes pertinentia, quæ nimirum ab ipsis per exercitum juste pugnantem auferuntur. Quamvis illa quæ jure belli hoc modo capiuntur non sint stricte nullius, nec propriè vacantia nec per se derelicta dici debeant, multi tamen AA. arreptionem hujusmodi ad jus occupationis referunt, ad quod revera propter quamdam similitudinem reduci potest. Itaque:

A/ **De jure naturæ.**

Prout communiter proponunt AA., licet Statui qui bellum *justum* habet, occupare hostium bona, etiamsi ad privatos cives pertineant, in quantum oportet ad compensationem damnorum quæ inimici intulerunt et expensarum belli, ad mensuram quoque justæ vindictæ pro injuria illata et tranquillitatis in posterum obtinendæ. Hæc enim, inter respublicas quæ per se auctoritatem sibi superiorem non habent, non prætergrediuntur limites

---

qui en aurait la certitude ne pècherait pas non plus *contre la justice* en les occupant, puisque en réalité personne n'a le droit de les réclamer; nons disons: contre la *justice*, car nous croyons qu'il pècherait néanmoins contre l'obéissance due à une loi juste, qui réserve ces biens au trésor avec obligation immédiate en conscience et avant prononcé du juge: parce que le péril d'illusion par lequel on s'emparerait trop facilement de biens grevés de dettes, et le danger de voir l'ordre public troublé, s'il était permis de se jeter ainsi sur les biens d'une succession, semblent exiger une pareille obligation de la loi.... » Ill^mum^ Waffelaert, *o. c.*, p. 224.

(1) Cf. Genicot, *Casus Consc.*, ed. 4^a^ p. 283; Genicot-Salsmans, *Theol. Mor.*, I, n. 486 et 667; Salsmans, *Rechtelijke Plichtenleer*, n. 165.

justæ defensionis propriorum bonorum, honoris et pacis, si solum attendatur jus naturale.

Præterea, etiam ultra hanc normam licet omnia bona hostium occupare sive destruere, quibus illi utantur ad prosequendum bellum ex sua parte injustum.

Hæc vero bona quæ sic jure belli e manibus hostium eripiuntur, per se reipublicæ cedunt: quippe quæ sola jure belli pollet, et insuper belli expensas fecit et damna pertulit. Utrum vero privati cives alium legitimum titulum habere possint, durante bello aut statim post inducias, ad compensationem propriorum damnorum aut ad occupationem spoliorum belli, in proximo responso dicemus; interim certe jure belli nulla facultas ipsis competit, nec imo ipsis militibus exercitus deprædantis; nisi per accidens Status ipsis aliquod jus expresse concedat, vel concedere prudenter præsumatur.

Nequeunt autem extranei, ad quos bellum non pertinet, bonis suis exspoliari, nisi ipsi sint in culpa dum injustis hostibus practice favent; aut etiam nisi oporteat eorum bona apprehendere sive destruere ne hostibus inserviant ad urgendum bellum. Quo ultimo casu restitutio postea ipsi Statui deprædanti incumbit pro parte qua inde ditior factus est, et injustis hostibus pro reliquo, quippe qui causa fuerint cur hæc damna inferrentur.

Nec licet monasteria sive Ecclesias spoliare aut lædere cum injuria religionis et Dei, contra quem bellum non est; nisi forte hostes ædificia sacra pro propugnaculis adhibeant.

Tandem ipsi milites qui bellum justum gerunt, si forte ad terras non hostiles pervenerint, nihil propria auctoritate et sine ducum mandato a civibus exigere possunt, præter casum veræ necessitatis: sed legitimæ exactiones ab ipso eorum Statu solvendæ veniunt.

B/ **De jure internationali.**

Plura decursu sæculorum ad explicandum in hac re et imo ad coarctandum jus naturæ introducta sunt per

consuetudines vim legis habentes (1). Insuper ultimis temporibus jus prædandi necnon alia puncta plura per contractus seu conventiones inter varias gentes strictius delimitata fuere (2). Quarum conventionum generalia principia, relate ad præsentem materiam, huc redeunt :

« 1. Ea omnia possunt ex bonis hostis arripi, quæ necessaria sunt pro bello justo gerendo, e. g. arma, nutrimentum, vestes. Tales exactiones solent hodie vocari « contributiones et requisitiones ».

2. Præda facta non pertinet ad singulos milites, sed ad gubernium bellum gerens.

3. Extra casum veræ necessitatis singuli milites nec alimenta ad manducandum propria auctoritate possunt ab hostibus eripere.

4. Cum bellum non geratur contra singulos cives et privatas personas, sed contra totum regnum, bona privatorum sunt inviolabilia, nisi tamen sit urgens necessitas. Ita saltem in bello terrestri; nam in bello navali hac de re statuta internationalia ab omnibus nationibus nondum acceptata sunt » (3). E. HOSTEN.

---

(1) Cf. BERARDI, *Theologia Moralis*, II, p. 693: « Jus gentium consistit præcipue in pactis tacitis fundatis in consuetudine quæ vel semper extitit vel noviter introducta fuit, quibus, etiam in bello, quædam censentur interdicta ».

(2) Notatim per celebrem Conventionem 29 Julii 1899 Hagæ Batavorum initam. Quæ tamen Conventio, quod attinet ad sua decreta circa « leges et mores belli terrestris », reapse per ultimum bellum vim contractus expliciti non habuit: Cfr KEULLER, in: *De Katholiek*, 1919, bl. 17 : « Ook het Verdrag nopens de wetten en gebruiken van den oorlog te land, zou in den wereldoorlog geldig zijn geweest, indien het niet de bepaling van art. 2 had bevat: « De bepalingen vervat in het bij art. 11 bedoelde reglement en in dit Verdrag, zijn slechts van toepassing tusschen de verdragsluitende mogendheden, en slechts indien de oorlogvoerenden allen partijen zijn bij het Verdrag ».

Het laatste is, jammer genoeg, niet het geval geweest.... De zorg echter om den vijand voor eene schenning dezer voorschriften aansprakelijk te stellen, als hadde hij die schennis door zijn miskenning daarvan uitgelokt en tot represaille-maatregelen gedwongen, bewijst dat men van weerszijden er niet gerust op was, dat er, afgezien van eene positieve en uitdrukkelijk contractueele verplichting, niet soms andere gronden waren om die voorschriften na te leven ».

(3) PRÜMMER, O. P. : *Manuale Theologiæ Moralis*, II, p. 45.

V.

Notiones de conscientia scrupulosa.

Q. *Quid est conscientia scrupulosa? Accurate expone hanc notionem* (1).

Etymologia. — Scrupulus etymologice significat vel lapillum acutum qui calcem viatoris subintrando pedes ejus in incedendo molestat, vel ponducculum levissimum æquivalens vigesimæ quartæ parti unciæ, quod bilanci minutissimæ impositum æquilibrium ejus rumpit. Sensu autem translato ad ordinem psychologicum designat inquietam animi sollicitudinem quæ incessum moralem hominis, seu usum libertatis humanæ impedit, aut levissimum dubium quod æquilibrium rationis practicæ perturbat : hoc sensu generali dicitur potius obsessio. Sensu tandem morali, quo hic consideratur, designat timorem inanem et angentem circa moralitatem, qui indebite obligationes extendendo, libertatem restringendo offendiculum spirituale creat, et qui firmitatem et quietem judicii moralis practice certi immerito perturbat.

---

(1) Consuli possunt, præter notos auctores theologiæ moralis, opera sequentia: A. Vermeersch, S. J., *Theologiæ moralis principia, responsa, consilia*, t. I. *Theologia fundamentalis*, Brugis, Beyaert, 1922, p. 338 ss.; E. Leroux, *Le scrupule*, apud *Revue ecclésiastique de Liège*, t. VII, 1911-1912, p. 399 ss.; t. VIII, p. 3 ss., 149 ss.; J. Reuter, S. J., *Neo-Confessarius*, Friburgi-Brisgoviæ, Herder, [1919], p. 425 ss.; R. P. Dubois, S. J., *L'ange conducteur des âmes scrupuleuses, à l'usage des fidèles et confesseurs*, Desclée-De Brouwer, 1901; (il existe aussi un tirage réservé aux fidèles); Abbé Grimes, *Traité des scrupules*, Paris, Téqui, 1915; P. Gillet, O. P., *L'éducation de la conscience*, Desclée-De Brouwer, 1913, p. 201 ss.; V. Raymond, O. P., *Le guide des nerveux et des scrupuleux*, Paris, Beauchesne, 1911; A. Eymieu, S. J., *Le gouvernement de soi-même*, t. II. *L'obsession et le scrupule*, Paris, Perrin, 1910; A. Gemelli, O. M., *De scrupulis*, Florentiæ, 1913; Natale Turco, *Il trattamento morale dello scrupulo et dell'ossessione morbosa*, 2 vol., Roma-Torino, Marietti, 1921. Præcipue commendamus Leroux, Dubois, Eymieu. Cfr *Collat. Brugen.*, t. I, p. 222, t. XIX, p. 581, t. XX, p. 105, t. XXI, p. 505.

Definitio. — Scrupulus est inanis apprehensio peccati quæ appetitum sensibilem irascibilem, timorem scilicet, movet.

Explicatur. — Scrupulus complectitur duplex elementum, alterum intellectuale, alterum emotivum.

Primum, seu intellectuale, est simplex apprehensio seu idea peccati quæ, per modum ideæ fixæ et obsidentis, indeliberate exsurgit, violenter sese ingerit et pertinaciter recurrit in mente deliberante de quadam actione ponenda vel omittenda, aut reflectente super actionem antea positam. Hæc autem idea peccati irrationabiliter excitatur per aliquam actionis circumstantiam objective adiaphoram seu moraliter indifferentem, vel etiam sine ulla ratione ex sola repræsentatione actionis. Non autem determinate copulatur cum conceptu actionis in quodam judicio formato et deliberato quo pronuntiaretur: hæc actio est mihi obligatoria, prohibita, sub gravi, sub levi, aut: hæc actio præterita fuit peccatum (1); sed dubitative juxtaponitur uterque conceptus : hæc actio forsan est obligatoria etc. Unde status mentis scrupulo occupatæ est vel suspensio omnis assensus vel assensus hæsitans et infirmus circa moralitatem actionis propositæ, ubi objective præsto sunt motiva sufficientia ad eliciendum judicium firmum de bonitate actionis : aliis verbis est dubium mere subjectivum, objective imprudens seu irrationabile (2).

Alterum elementum scrupuli et quidem elementum specificum, est emotio, motus appetitus sensibilis irascibilis, nempe timoris, qui excitatur per istam vanam apprehensionem peccati, attentionem tenet defixam in consideratione dubii irrationabilis quadam quasi-fascinatione, voluntatem vero impedit quominus mentem ab

---

(1) Tale judicium immerito scrupulus vocaretur, sed conscientia erronea dicendum est.

(2) « Un *peut-être* absurde et angoissant, sous forme de remords pour le passé, de peur pour l'avenir, de tentation pour le présent ». EYMIEU, *o. c.*, p. 34.

hoc spectro peccati avertat ipsamque ad assensum firmum quem prudentia exigit, determinet.

Ex dictis concludes duplicem defectum in scrupulo occurrere, alterum ex parte rationis, defectum nimirum prudentiæ in æstimandis circumstantiis particularibus vel factis propriis in ordine ad applicandam regulam morum, « ita ut de qualitate motivi (vani, serii), deligentiæ adhibitæ (sufficientis, tenuis), causæ ob quam omittere jejunium, aliena gesta improbare, narrare liceat, et de qualitate status sui (tentationis superatæ, admissæ), pronuntiare ipsis molestum et quandoque impervium omnino sit » (1);

alterum, et quidem præcipuum, ex parte voluntatis, defectum nimirum fortitudinis, pressius constantiæ et perseverantiæ, quibus compesci debent vani illi timores qui sunt impedimenta rectitudinis quatenus tollunt aut minuunt imperium politicum voluntatis in rationem practicam. Hunc defectum dico præcipuum quia pertinet ad essentiam scrupuli et perseverat etiam ubi scrupulosus novit, v. g. ex monitione confessarii, quid sibi prudenter faciendum sit.

Scrupulosus, scrupulositas, conscientia scrupulosa. – *Scrupulosus* vocatur ille qui ex inanibus motivis solet practice timere peccatum, ubi nullum est peccatum et forsitan nullum peccandi periculum, aut timere peccatum majus ubi est minus.

Scrupulositas est habitus ita formidandi.

Conscientia scrupulosa, ait s. Alphonsus (2), ea dicitur « quæ ob levia motiva, absque rationabili fundamento (scrupulus enim est inanis apprehensio), sæpe formidat de peccato ubi revera non adest ».

---

(1) A. Vermeersch, *o. c.*, p. 339.

(2) *Theologia moralis*, editio Gaudé, t. I, n. 11. Adverte quam improprie in hac denominatione terminus conscientia adhibeatur. Proprie etenim conscientia est judicium proxime practicum prælucens voluntati agentis : hic autem supponit pro ipsa ratione practica prouti habitualiter anxietatibus inanibus perturbatur.

Adverte autem diligenter 1° immerito vocari scrupulum judicium deliberatum quo quis ex inani et futili ratione *judicat* aliquid esse peccatum quod revera peccatum non est : hæc vocari debet conscientia erronea præcipiens aut prohibens, contra quam agere numquam licet ; aut quo ultimatim et practice *judicat* aliquid esse dubiæ honestatis quod certo licet: hæc est conscientia erronea practice dubia, quacum iterum agere non licet (1). Talis conscientia a quibusdam vocatur scrupulosa *intrinsecus* (2).

2° Proprie autem scrupulum dici dubium ex futili ratione contra honestatem actionis cum anxietate conjunctum, quod supervenit certo et practico dictamini de liceitate, quod dictamen quis habuit et in confuso saltem retinet, sive ex monitione confessarii, sive ex propria scientia, antecedenter ad hanc monitionem (sæpe enim ipse scrupulosus advertit dubia sua esse inania et stulta (3),

---

(1) Scite notat A. VERMEERSCH, *o. c.*, p. 340 « Homo qui ex apprehensione speculativa etiam in se spernenda, definite judicarit actionem suam vetitam sibi esse aut dubiæ tantum honestatis, laboraverit conscientia erronea vel dubia, quacum agere minime licet. Scrupuli tunc ipsum dictamen conscientiæ ingrediuntur; ex ipsis conscientia formata est. Verum iste non est casus scrupulosi qui ex monitione confessarii scrupulos suos contemnere jubetur. Ipse etiam quando formidolose operatur ultro formale hoc vel virtuale judicium habet scrupulum a se tuto neglegi posse; quare *ad ordinem phantasticum* ascribendi sunt consensus quos dedisse dicat vel in pravam suggestionem interiorem, vel in propositum agendi utcumque se habeat actionis moralitas, vel in hanc conclusionem: « Peccabo et dein cōnfessione peccatum expiabo ». Idest, *phantasia* ipsi assensum hujusmodi repræsentavit, ita ut se sic agentem quasi aspicere ipse sibi visus sit Non secus tamen atque in somnio, istis suggestionibus vel propositis nullum liberum consensum dedit. .. Simili ratione *pro fictitiis* haberi poterunt *promissiones*, *vota*, *blasphemiæ* quæ nonnulli sæpe, imo pene cotidie fecisse vel dixisse somniantur ». Unde non statim credendum est scrupuloso quando dicit se egisse contra conscientiam erroneam vel cum conscientia practice dubia.

(2) Ita SUAREZ, Disp. 12, sect. 2, n. 8; JOANNES A S. THOMA, Disp. 12, a. 1, n. 34. Cfr V. FRINS, *De actibus humanis*, t. III, p. 89.

(3) Cfr EYMIEU, *o. c.*, p. 22, 34, ubi scrupulosus vocatur : « un fou lucide », scrupulositas : « une folie lucide ».

adeoque implicite concludit ea non habere vim ligandi voluntatem liberam). Hæc quæ sola proprie conscientia scrupulosa vocatur, a quibusdam *extrinsecus* scrupulosa dicitur (1).

3° Apprime distinguendam esse conscientiam scrupulosam a conscientia tenera quæ est principium perfectæ puritatis cordis. « Hæc enim secundum normam veram tum ante tum post factum sentit etiam minimos defectus, eosque magni æstimat, retenta tamen recta distinctione inter peccatum veniale et mortale » (2) et inter consilium et præceptum.

Divisio. — Conscientia scrupulosa est vel *antecedens*, vel *consequens*, prout anxietas versatur vel circa obligationes hîc et nunc aut et in posterum servandas, vel circa moralitatem actuum præteritorum (3). — Est vel *generalis* vel *particularis*, prout anxietas sese extendit ad omnem activitatem liberam aut restringitur ad aliquam materiam determinatam v.g. castitatem, justitiam etc. (4).

A. Legrand.

VI.

Notio parochi.

Q. *Interpretare canonem 451 codicis juris canonici.*

R. 1° « Parochus est sacerdos vel persona moralis cui parœcia collata est in titulum cum cura animarum sub Ordinarii loci auctoritate exercenda » (can. 451, § 1).

---

(1) Unde intelligitur definitio : « Conscientia scrupulosa est quæ absolute quidem judicat actionem esse licitam, sed propter leves rationes timet et anxiatur ne forte sit illicita ». *Theologia generalis mechliniensis*, ed. 3ia, n. 113. Cfr Lehmkuhl, *Theologia moralis*, ed. 11, n. 125; Frins, *o. c.*, p. 89, p. 97.

(2) Lehmkuhl, *l. c.*

(3) « Conscientia scrupulosa consequens est, si quis post actionem commissam ex una parte quidem se non peccasse judicat, ex altera tamen parte futili nixus ratione formidat ne forte peccaverit », Lehmkuhl, *l. c.*

(4) Nota aliquando conscientiam scrupulosam quoad unam virtutem esse simultanee laxam quoad aliam.

Proinde parochus, cui jus in officium parœciale ejusque possessio cum omnibus adnexis juribus et obligationibus legitime collata sunt, potest esse :

a/ vel *persona moralis*, v. gr. Capitulum aut Monasterium cui parœcia pleno jure incorporata est, ita ut ipsa persona moralis sit parochus *habitualis*, relicta cura animarum actuali alicui vicario. Parochus habitualis nequaquam tamen est verus parochus, sed ejusmodi qualitas, qua jus habet radicale in parœciam et ad hujus legitimam possessionem, valet dumtaxat quoad deputationem vicarii actualis et quoad certa jura ipsi præservanda (1).

b/ vel *persona physica*, nempe sacerdos qui legitima deputatione alicui parœciæ (2), stabili modo (3), tanquam peculiaris et proprius rector præficitur cum obligatione et potestate exercendi vi officii universam curam animarum erga certum populum seu certam fidelium collectionem, qui vicissim ab eodem sacra salutis auxilia aliquatenus recipere tenentur. Olim non absolute juri repugnabat ut *uni* parœciæ *plures* parochi præessent, qui tamen in solidum exercerent jura et officia parochialia. At hodie oportet ut in eadem parœcia, sive ante codicem constituta sive postea constituenda, *unus* tantum sit parochus qui *actualem* animarum curam gerat, reprobata contraria consuetudine, et revocato quolibet contrario privilegio aut statuto (4).

2° Juxta can. 451, § 2, *parochis æquiparantur* cum omni-

---

(1) Cf. cann. 1415, 415; Wernz, *Jus Decretalium*, t. II, p. II, p. 668; Bouix, *Tractatus de parocho*, p. 186 s.; *causa Salutiarum*, 1 jul. 1913, *Act. Apost. Sedis*, 1914, t. VI, p. 32 ss.; *causa Fesulana*, 9 jul. 1915, *ibid.*, t. VIII, p. 19 ss.; *causa Turritanen.*, 17 mart. 1917, *ibid.*, t. IX, p. 384 ss.

(2) Cf. can. 490.

(3) Cf. can. 454. Ut quis ecclesiam parœcialem habeat in titulum sufficit hodierno jure ut *stabili modo* ei præficiatur, sive ut parochus inamovibilis sive ut amovibilis.

(4) Cf. can. 460, § 2; Resp. Commissionis ad interpret. codicis canones, 14 jul. 1922, ad IV, *Acta Apost. Sed.*, t. XIV, p. 527; *Collat. Brugen.*, supra, p. 441.

bus juribus et obligationibus parœcialibus et parochorum nomine in jure veniunt:

a/ *Quasi-parochi* (1), qui ut rectores peculiares præficiuntur quasi-parœciis seu partibus distinctis et peculiaribus in quas, pro animarum cura, dividuntur vicariatus apostolici et præfecturæ apostolicæ (cann. 451, § 2, 1°; 216).

Attamen parochi et quasi-parochi differunt (2) in jure quoad nonnullos effectus, v. gr., quoad amovibilitatem (can. 454, § 4), quoad nominationem (can. 457), quoad applicationem Missæ pro populo (can. 466, § 1).

b/ *Vicarii parœciales*, si plena potestate parœciali sint præditi (can. 451, § 2, 2°). Inter quos veniunt: *vicarii perpetui seu curati*, qui constituuntur in parœcia alicui personæ morali adnexa, ibique totam curam actualem exercent, remanente cura habituali penes rectorem principalem (can. 471); *vicarii œconomi* (can. 473, § 1); aliquando autem *vicarii substituti* (can. 474) et *vicarii adjutores* (can. 475). Hi tamen omnes nullatenus attingunt perfectam rationem parochi stricte dicti, cum vicariis perpetuis deficiat cura animarum habitualis cum omnibus ejus juribus et oneribus; aliis vero omnibus præfatis, præter alia, qualitas rectoris stabiliter constituti (3).

Parochis non assimilari possunt (4) rectores *vice-parœciarum*, capellaniarum parœcialium, ecclesiarum subsidiarum vel adnexarum, intra fines alicujus parœciæ erectarum, sub cujus ditione et dependentia remanent. Illarum conditio et regimen, plus minusve independens a

---

(1) Rectoribus qui assignantur *parœciis* in diœcesibus S. C. de P. F. subjectis applicanda sunt *quoque* quæ in codice de quasi-parochis peculiariter statuuntur. Cf. Decret. S. C. de P. F., 9 dec. 1920, ap. *Act. Apost. Sed.*, t. XIII, p. 17 s.

(2) Cf. Maroto, *Institutiones jur. can.*, t. II, fasc. 1, p. 139, Romæ, 1919.

(3) Cf. de his omnibus, cap. 10 libri II codicis.

(4) Cf. Maroto, *o. et l. c.*, p. 143 s.; decret. S. C. Consist., 1 aug. 1919, ad 3 et 5, ap. *Act. Apost. Sed.*, t. XI, p. 346 s.

parœcia principali, reguntur non jure communi sed decretis Ordinariorum (1).

3° Utrum *cappellani militum*, aliique uti regiæ stirpis cappellani, æquiparentur parochis, dijudicandum est ex peculiaribus Sanctæ Sedis præscriptis pro unaquaque regione latis (can. 451, § 3).

Communiter traditur milites qui non habent cappellanos seu curiones castrenses, annumerari vagis; ac proinde parochum loci, ubi degunt, esse proprium illorum sacerdotem quoad sacramentorum administrationem et assistentiam Matrimoniis.

Si constituantur cappellani qui suam jurisdictionem a singulis Ordinariis acceperint, uti verificatur in Belgio, tunc eorum potestas quoad loca, materiam et personas pendet a singulorum Ordinariorum delegatione (2).

Non raro recentiore tempore, uti in Germania et Hispania, cura animarum militum a jurisdictione Ordinariorum præscripto Sanctæ Sedis exempta est et commissa Generali Vicario exercitus seu Majori Cappellano, qui gaudet jurisdictione quasi-episcopali, pro facultatibus sibi a S. Sede tributis, in personas militiæ addictas et quibus subsunt sacerdotes seu minores cappellani curam animarum in variis partibus exercitus agentes. Qui prælati in certis statibus in Episcopos titulares consecrantur (3). Hujusmodi organizatio est diversa pro unoquoque exercitu, ideo inspicienda sunt singillatim S. Sedis peculiaria præscripta (4). A. De Meester.

(1) Quoad rectores ecclesiarum simplicium, seu sacerdotes quibus demandatur cura alicujus ecclesiæ quæ nec parœcialis est, nec capitularis, nec stricte religiosa, quales sunt, v. gr., rectores Seminarii, collegii puerorum, hospitalis laicalis, cf. can. 479 ss.

(2) Cf. facultates a Sancta Sede concessas sacerdotibus et civibus Belgii in Germania occupata, 5 apr. 1922, *Collat. Brugen.*, supra, p. 230 s.

(3) Cf. De Meester, *Jur. can. compendium*, t. I, p. 267, nota 2, Brugis, 1921; pro Germania, Freisen, *Das Militär-kirchenrecht im Heer und Marine des deutschen Reiches, nebst Darstellung des ausserdeutschen Militärkirchenwesens*, Paderborn; pro Hispania, Ferreres, *Instituciones canónicas*, 2 ed., t. I, n. 635 ss., Barcelona, 1918; pro Italia, Bernareggi, *I cappellani militari* in *La scuola cattolica*, 1916, ser. 5, t. X, p. 167 ss., 267 ss., 398 ss.

(4) Maroto, *o. et l. c.*, p. 119.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis augusti propositas.

—

I.

De stella Magorum.

Q. *Paucis edissere de* stella *quæ Magos duxit ad præsepe Domini* (Mt., *II, 1-12*).

R. De mirabili illa stella Magorum non una poni solet quæstio: quid ea fuerit, quando comparuerit, ubinam primò visa fuerit, quomodo Magi ex ea didicerint ortum Christi, hujusque tempus et locum, an stellam ducem habuerint itineris in Judæam, cur stella eos recta ad Christum non duxerit, denuoque Hierosolyma egressis comparuerit (1). — Quæ omnes quæstiones satis connexæ sunt ad invicem et omnes suum momentum habent ad solvendam quæstionem illam primam *de natura hujus stellæ*. Hanc quæstionem paucis exponendam, potius quam solvendam assumimus ut quid a variis auctoribus censeatur eluceat: in his autem sententiis non facile patet ad conclusionem undequaque certam posse deveniri.

Una est *sententia,* tum historice tum dogmatice rejicienda, illa nempe qua critici moderni heterodoxi vel rationalistæ totam narrationem evangelicam inter sic dictos mythos et legendas, omni realitate historica destitutos, relegare contendunt, quasi nempe hæc narratio esset unice excogitata in ordine ad nobilitandam originem Jesu, vel fuisset, eodem cæteroquin scopo, desumpta

(1) Cfr Patritius, *De Evangeliis*, 1853, pp. 309 ss.

ex aliis religionibus antiquioribus. — *Alia* est *sententia* plerorumque catholicorum sicut et nonnullorum Protestantium (1) qui stellam fuisse vero et stricto sensu miraculosam autumant; quamvis iidem auctores in determinatione ulteriore non conveniant (2), communius tamen audiunt de lucido quodam meteoro seu igneo phænomeno cœlesti ab omnipotentia divina præter ordinem naturæ suscitato. — *Tertia* tandem est *sententia* quam nonnulli catholici (3) et multi Protestantes sive ut realem sive saltem ut possibilem proponunt, qua nimirum apparitio stellæ ad ordinem naturæ pertinuisse dicatur: stella Magorum fuerit cometes quædam, vel stella nova, de novo nempe apparens vel novo fulgore refulgens, vel meteoron aliquod mere naturale, vel sic dicta conjunctio duarum planetarum. Qui huic explicationi naturali calculum adjiciunt, apparitionem stellæ inter sic dicta facta providentialia (4) relegare debent, quatenus affirment Deum mundum initialem tali præcise modo creasse et ordinasse, ut corpus illud cœleste eo

(1) Fuerit angelus vel angelica virtus, sub forma externa stellæ (ita in evangeliis apocryphis infantiæ); — fuerit stella de novo a Deo creata; — fuerit — quæ est magis ordinaria sententia — meteoron aliquod lucidum a Deo miraculose effectum, pro lubitu divino apparens vel disparens, forte visum a solis Magis, movens se in alto cœlo vel in aëre terræ vicino, ducens Magos, contra omnes leges astronomicas, a Jerusalem in Bethlehem, a septentrione ad meridiem. sistens super civitatem vel super domum aliquam.

(2) Ita potissimum ANGER, *Zeitschrift für historische Theologie*, 1847, pp. 358 ss.; — NÖSGEN, *Die Evangelien...*, München, 1897, p. 22.

(3) Cfr PATRITIUS, *De Evangeliis*, 1853; — ROTH, *De stella a magis conspecta*, 1865; — SEPP, *Das Leben Jesu Christi*, 1854; — GRIMM, *Das Leben Jesu*, 1876; — HONTHEIM, in *Der Katholik*, 1907, 1908; — SCHREIBER, in *Theologie und Glaube*, 1909; — STEINMETZER, *Die Geschichte der Geburt... Christi*, 1910; — ID., *Der stern von Bethlehem*, 1913; — ROSE, *Evangile selon s. Matthieu*, 1911. — HONTHEIM, S. J., *a. c.*, ostendit a. 7 ante Christum per tres vices locum habuisse extraordinariam conjunctionem duarum planetarum, Jovis et Saturni, nim. 28 maii, 3 octobris et 4 decembris. Jesus natus esset paulo ante illas conjunctiones, fuerintque Magi per illas de nativitate ejus edocti.

(4) Cfr supra, pp. 338 ss. — Intellexerit benevolus lector nos p. 346 in definitione facti providentialis dixisse effectum *extraordinarium*, non quatenus ageretur de effectu qui esset *extra ordinem naturæ*, sed sensu: *infrequens* et *insolitus;* vide enim subjecta ibidem in *nota* (1).

præcise loco et tempore et modo appareret sicut pro scopo Dei necesse erat.

A priori et in abstracto loquendo, utrumque apparet possibile: sicut potuit Deus miraculo, ita potuit et providentia et ordine naturali suscitare stellam istam tamquam comitem et symbolum ingressus Illius in mundum qui esset Lux mundi, quemadmodum, transacto diluvio, non miraculo sed ordine naturæ produxit arcum cœli eumque Noë assignavit tamquam symbolum promissionis suæ. — Quæstionis solutio patet pendere imprimis a recta interpretatione eorum quæ Matthæus de illa stella enarrat. — Hæc ergo percurramus.

1. Id quod apparet vocatur, a Mt. et a Magis, *stella*, ἀστήρ ; quum autem supponi non debeat Mt. accuratione et terminologia technica astronomiæ esse locutum, nihil impedit quominus varia phænomena cælestia ab auctoribus proposita (v. supra) hoc vocabulo potius populari designari potuerint.

2. Stella vocatur *stella Messiæ:* « Vidimus stellam ejus »; ex ejus apparitione noverunt Magi *Messiam esse natum* (v. 2). — Mt. non dicit quomodo ex visa stella illud concluserint; ast certum videtur eos ad hoc indiguisse revelatione quadam divina: nudum enim factum apparitionis alicujus phænomeni cœlestis, etiam si fuerit miraculosum, hanc notitiam præstare non potuit (1).

3. Magi videntur *stellam exspeclasse:* « Vidimus stellam ejus... »; imo Judæi quoque et Herodes agunt quasi et ipsi eam exspectassent. — Quod bene intelligitur exinde quod ex una parte hoc tempore exspectabant Messiam, et ex altera parte reputabant magnorum eventuum signa in mundo stellarum posse reperiri; ast potissimum intelligitur si vere, ut voluerunt non pauci Patres aliique scriptores, Magi Judæique prophetiam Balaam (*Num.*, XXIV, 17): *Orietur stella ex Jacob...* etiam hoc

(1) Vide tamen STEINMETZER, *Der Stern von Bethlehem*, 1913, ubi vel hoc ipsum per solam Dei providentiam naturalem explicatur.

sensu materiali intellexerint (1). Attamen, his non obstantibus, necesse erat ut Deus lumine supernaturali eos illuminaret, stellam nunc apparentem esse stellam Messiæ, illam quam Scriptura prædixerat.

4. Magi stellam primo viderant *in Oriente:* cujus sensus non est eos dum ipsi erant in regione ad Orientem Judææ sita, stellam vidisse, — sed: stella, dum ipsis apparebat, eam cæli plagam occupasse ubi mane solem ortum cernimus (2). Exinde venerunt Hierosolymam. Nil autem indicat eos habuisse stellam qua *viæ ductricem ;* contrà. Etenim α/ tali duce opus non habebant ; postquam enim noverant stellam portendere nativitatem regis Judæorum, scire debebant eundum esse Hierosolymam; — β/ notant Magi se vidisse stellam in Oriente; nonne magis notassent se stella fuisse ductos Hierosolymam ? — γ/ nonne Mt. id excludit notando v. 9: « Ecce stella quam viderant in Oriente antecedebat eos », nunc a Jerusalem in Bethlehem ? Quid enim hoc notaret si toto itinere versus Jerusalem eos antecessisset ?

5. Minime patet stellam aliis præter Magos fuisse invisibilem ; Magi minime videntur apparitionem stellæ quasi sibi solis factam proponere; contra videntur de stella loqui quasi etiam Judæi eam exspectassent (v. supra, sub 2°) adeoque videre possint. Id unum inquirit adeoque ignorare apparet Herodes a quonam tempore stella Magis apparuerit; et hoc facile intelligimus: ipsis enim Magis qui habitabant ad orientem Judææ, probabilius in Chaldæa, stella apparuerat in Oriente, potuitque ideo illo tempore primæ suæ apparitionis perfecte latere Judæos. — Quod autem etiam nunc dum Magi versantur Hierosolymis eos lateat, nihil indicat (3).

---

(1) Sensus litteralis hujus textus est quod *stella* sit metaphorice dicta pro ipso Messia.

(2) Flandrice diceres: *Zij zagen de ster zitten in 't Oosten.*

(3) Quod Herodes aut Judæi non aspiciant stellam, aut eam non quærant in firmamento, aut de ea non interrogent Magos, nullo jure affirmares: Matthæus sane neque voluit neque debuit omnia, etiam

6. Nec patet stellam a tempore quo eam primò viderant usque ad tempus quo Hierosolyma egrediuntur Bethlehem versus, ipsis Magis *disparuisse*. Quod tum Magi (v. 2) tum Matthæus (v. 9) notant eos *vidisse stellam in Oriente*, obvium est: fuit enim illud tempus quo stellam primum viderant, ejusque sensum divina illustratione intellexerant et iter in Judæam aggressi fuerant. — Quod nec Magi nec Mt. notant stellam fuisse *visam in via*, non demonstrat eam non fuisse visam de facto, et multo minus eam fuisse invisibilem (1): etiamsi singulis noctibus stella fulsisset in firmamento, poterant iter non de nocte instituere, vel poterat cœlum esse obnubilatum, et certe etiamsi stellam videbant, nihil novi eos docere poterat, nec erat cur Magi vel Mt. ejus apparitionem speciali modo notarent. — Contrà optime intelligitur, quod notat Mt. in v. 10, Magos, egressos de Jerusalem versus Bethlehem, videntes stellam gavisos esse gaudio magno valde: non ita bene fuerant Hierosolymis accepti, nec invenerant ipsos Judæos enthusiasmo præreptos ob egregium nuntium de nato Messia; præterea sunt fere ad terminum sui longi itineris, in eo sunt ut Messiam tam desideratum inveniant et adorent: et tandem eadem illa stella quæ dum primo apparebat in Oriente eos itineri commiserat, ecce fulget nunc in alto cælo lucetque præcise in directione qua eant in Bethlehem: quid mirum si gaudent gaudio magno valde, quantumvis stellam hebdomadis transactis videre potuerint?

---

minora illa referre." — Cæterum an tam *extraordinaria* erat stella illa ut debuerit omnium oculos in se attrahere? Quid si fuerit stella aliis satis similis, sed quæ de novo apparuerit, vel nova luce fulgeret, ita ut Magis utique, astronomia peritis, fuerit extraordinaria, at non aliis communiter hominibus?

(1) Imo in hypothesi stellam revera disparuisse, nondum sequitur miraculo id factum esse: etenim PATRITIUS, *o. c.* astronomice explicat quomodo cometes, si sic intelligitur stella, potuit primo apparere in Oriente, et deinde, modo plane naturali disparere, et iterum, hebdomadis vel mensibus postea, in alto cœlo apparere. — Idem notat HONTHEIM, *a. c.*, in hypothesi stellam de conjunctione planetarum esse intelligendam; v. supra, p. 2, *nota* (3).

7. Tandem Hierosolyma egressos versus Bethlehem stella antecedebat eos usque dum veniens staret supra ubi erat puer (v. 9). — Hoc a plerisque intelligitur quasi stella, nimirum meteoron aliquod, motu locali se moverit per aërem, contra omnes regulas ordinarias stellarum, a septentrione versus meridiem, Magis viam ostendens, et tandem se sistens supra domum ubi erat puer, sic manifeste domum indicans. — Cui interpretationi alii opponunt textum Matthæi hoc non exigere: Magi enim qui absque hujusmodi duce ab Oriente in Jerusalem securi pervenerant, ad breve et facile iter in Bethlehem instituendum minime illo ductu stellæ indigebant, et certe, textus dicit eos gaudere quia vident stellam, non autem, quod majus fuisset, quia stella eos ducit; præterea verbum *antecedere*, gr. προαγειν, ex usu biblico nullibi significat actum illius qui alios præcedit eosque ducit, sicut dux aciem aut aries gregem ovium, sed optime potest significare Magos itinerantes versus Bethlehem stellam ante se vidisse, quemadmodum nautæ vident astra ante se, eisque antecedi dicuntur. — Unde hi auctores æstimant Matthæum in descriptione sua minime intendisse accurationem scientificam sub respectu astronomico, sed modo simplici et populari illud phænomenon descripsisse quod cuilibet nostrum apparet dum de nocte iter instituentes, coram nobis, in eadem directione qua pergimus, habemus lunam puta vel stellam, nostris utique oculis immobilem: nobis progredientibus, etiam stella progredi, illaque ratione nos *antecedere* videtur; nobis autem stantibus, etiam stella stare videtur. — Quod autem auctores defensores miraculi dicunt Magos situ stellæ detegisse domum Jesu, hoc alii negant; textus enim Mt. — sic reponunt illi — non dicit stellam stetisse *supra domum*, sed *supra ubi erat puer*, i. e. supra civitatem, vel supra regionem; quomodo autem Magi domum invenerint, an v. g. inquirendo apud incolas, an revelatione divina interna stellæ superaddita, an

fulgentioribus radiis a stella emissis, an forte ipso situ stellæ, Matthæus non dicit (1).

Ex dictis desumi posse videtur sequens *conclusio:* missa *revelatione* qua Deus Magis sensum stellæ significavit — quæ revelatio omnino videtur ad ordinem præternaturalem pertinuisse — ; de *indole ipsius stellæ*, utrum inter stricte dicta miracula, an potius inter facta providentialia eaque naturalia, sit reponenda, res non ita patet : si quid in hujusmodi rebus, ad fidem moresque non pertinentibus, valet traditio auctoritasque doctorum, hæc sine dubio indoli miraculosæ favet : textus vero evangelicus sane etiam ipse optime intelligi potest de stella miraculosa hic tamen sensus non videtur manifeste exigi.

A. Vander Heeren.

II.

De mysterio.

Q *Quid audit mysterium sensu theologico ? Quid mysterium simpliciter et secundum quid ? Explica responsum.*

R. *A.* Definitiones. — 1/ Mysterium *sensu theologico* dicitur veritas, quæ humanam rationem *per se* et *absolute* excedit (2).

2/ Mysterium *simpliciter*, vel *stricte dictum*, vel *primi*

---

(1) Imo non incongrue textum et mentem Matthæi sic interpretareris: dum Magi veniunt sistuntque *coram* civitate Bethlehem — quæ utique non est cogitanda ad modum nostrarum civitatum cum domibus suis acervatim congregatis, sed potius constituta ex habitationibus satis dispersis ab invicem — stellam habent coram se in cœlo positam, apparetque imminere non super totam civitatem, sed super partem ipsius ; lumine divino adjuti, hanc directionem sequuntur Magi tenduntque ad domum in hac directione inventam, in eaque puerum inveniunt. Stella jugiter progrediens, veniens, stetit supra ubi erat puer; eo tendunt Magi et intrant domum ibi inventam et puerum inveniunt.

(2) Cfr Van Noort, *o. c.*, n. 14, p. 33 s. ; Pesch, *o. c.*, n. 161 s., p. 120 s.

ordinis est veritas quæ mentem humanam per se et absolute superat, tum *quoad existentiam*, quum *quoad essentiam ;* quæ scilicet nullatenus ratione inveniri potest et quæ deinde quoad essentiam, quoad internam possibilitatem sive notarum consociabilitatem, nequidem post revelationem, *positive* intelligi valet ; ita v. g. mysterium ss. Trinitatis.

3/ Mysterium *secundum quid*, vel *late dictum*, vel *secundi ordinis* dicitur ea veritas, quæ quoad existentiam absque revelatione certo cognosci nequit, sed cujus interna possibilitas, saltem post revelationem, positive intelligi potest ; ita v. g. existentia angelorum.

Mysteriis late dictis æquiparanda sunt instituta et præcepta, quæ libera Dei voluntate præter ordinem naturæ fuerunt inducta, uti determinatio temporis, celebratio nimirum Sabbati, in tertio decalogi præcepto.

B. Explicatio. — 1/ Mysterium, a verbo græco μύω = claudere, significat ex etymo quamlibet veritatem absconditam, vel quia *a/* potentiæ cognoscitivæ non sufficienter proponitur, quamquam vires naturæ per se nequaquam superat, et hoc sensu dicuntur multa esse mysteria in natura ; vel quia *b/* quum etiam existentiam rei ratione noverimus, modus tamen quo res secundum propriam suam rationem se habet, nos latet, et ita attributa Dei naturaliter cognoscere possumus, sed modum proprium eorum nequaquam assequi valemus.

Hæc quandoquæ vocantur *mysteria naturalia* et opponuntur *mysteriis supernaturalibus* (1) sive *sensu theologico*, quæ *a/ non tantum per accidens*, propter impedimenta extrinseca, cognitionem nostram superant, uti nos fugit v. g. numerus stellarum, quod est mysterium naturæ ; neque etiam *b/ secundum quid* mentem nostram excedunt, uti nos latent attributa divina quoad modum proprium ; sed *a/ per se* et *b/ absolute* superant rationem humanam,

(1) Pesch, *o. c.*, n. 161, p. 121, mysteria late dicta vocat præternaturalia ; stricte dicta supernaturalia nominat sola.

et ideo sola revelatione supernaturali, uti s. vaticana synodus definivit (1), nobis innotescere possunt.

2/ Quomodo mysterium *simpliciter* et *secundum quid* ab invicem differant, ex definitione satis apparet.

3/ Notandum venit, quoad mysterium stricte dictum, nos talem veritatem, nequidem post revelationem, *positive* intelligere. Non videmus scilicet internam consociabilitatem notarum, ut puta esse unam naturam divinam et tres personas divinas ; *negative* tamen intelligimus, quatenus non videmus pariter earum intrinsecam inconsociabilitatem (2). Aliis verbis, mysterium est *supra* rationem sed *non* est *contra* rationem; non videmus intrinsecam notarum repugnantiam, quo casu non res mysteriosa sed absurda haberetur.

H. Lamiroy.

III.

De Jure Occupationis III.

Q. *An privatis civibus illius Status qui bellum justum gerit, competat aliquod jus occupationis relate ad spolia belli.*

R. Nemo est qui ignoret concives nostros, eos dico qui nulla ratione milites erant, sæviente magno bello plura frequenter sustulisse eorum quæ pertinebant sive ad Germanorum exercitum sive etiam ad privatos hostes (3): et a die præsertim qua deflicti inimici loco cedere inceperunt, eos adhuc multo magis derelicta hostium spolia sibi occupavisse, antequam exercitus Sociorum res illas

(1) *Conc. Vatic.*, sess. III, *Const. dogm. de fide cath.*, cap. 4 (*Enchir.*, n. 1795) et can. 1 de fide et ratione (*Enchir.*, n. 1816). Ideo etiam mysterium st. dictum nullatenus demonstrari potest ratione, *argumentis* scil. *necessariis;* aliud enim est, uti scite notat Van Noort, *o. c.*, p. 35, nota 1, illud *congruentiis* aut *similitudinibus* suadere et illustrare.

(2) Imo non possumus videre earum notarum inconsociabilitatem, quatenus auctoritate Dei summe veracis certum est rem ita esse, puta esse unam naturam divinam et tres personas divinas.

(3) Nondum hic loquimur de rebus ad privatos concives nostros pertinentibus, quas Germani frequenter hic inde circumferebant, et denique post se dereliquerunt.

nomine reipublicæ apprehendere potuerint. Porro, ad quæstionem juris solvendam quæ inde exsurgit, consideremus oportet utrum quoddam jus occupationis hic concivibus nostris usuvenire potuerit, aut alius forte legitimus titulus.

1/ Jamvero, *jure belli* sane, prout in præcedenti responso statuimus, nulla facultas privatis civibus per se competebat; adeoque nec aperta nec occulta sumptio bonorum hostilium hoc capite ipsis concedenda videbatur.

2/ Verum, *jure compensationis* pro damnis sibi illatis, sæpe sæpius ipsis licuit quædam a Germanis apprehendere. Dum enim bellum nobis indictum injustum erat, injusta pariter fiebant omnia damna inde concivibus nostris vere causata (1): quorum potior pars directe ab exercitu Germanorum inferebatur, pars etiam ab eorum militibus præter auctoritatem suorum ducum quandoque deprædantibus, pars tandem a nostris exercitibus propter necessitates belli. Jamvero, de his omnibus responsabiles erant hostes, Status nempe germanicus aut respective privati milites; adeoque jure fecerunt concives nostri qui, nulla alia via sibi tunc patente, adversus ipsos reos occulta compensatione usi sunt usque ad mensuram illati damni (2).

Quodsi quidam absque propriis damnis idem egerint v. g. intentione pietatis in patriam, ut nempe robur et facultates inimicorum pro posse extenuarentur, hi quidem concorditer cum puro jure naturæ, sed forsan contra jus internationale quandoque fecerunt; verum res ita surreptas, nisi alium titulum habuerint de quo statim,

(1) Jus naturæ restitutionem imponit pro damnis quorum injusta formaliter posita est causa, non vero occasio tantum.

(2) Certe non tenebantur damnificati nostri concives, si secus facere valebant, ad exspectandum usquedum finito bello Status belgicus forsitan reparationem damnorum in se sumeret. Modo tamen nunc sua damna non computent bis: prius nempe sibi compensando, et postea pro iisdem a nostro Statu reclamando restitutionem in integrum.

sibi non acquisiverunt, sed per se (1) nostro Statui aut etiam illis qui vera damna fuerant passi.

3/ Ulterius *de jure occupationis*, nonobstante trito axiomate juris etiam internationalis : spolia belli ad Statum pertinent, nobis dicendum videtur illum titulum sæpe sæpius privatis concivibus legitime usuvenire potuisse, præsertim vero a momento quo deflicti Germani proficisci cœperunt. Nostra enim sententia, bona hostium quæ ipsi, jam loco cedentes, ubique post se relinquebant, pro vere derelictis in sensu theologico haberi poterant; adeoque, secundum superius dicta, fiebant primi occupantis (2). Reipublicæ sane juste vincenti reservabatur, et etiamnunc per totum tempus præscriptionis adhuc reservatur facultas prosequendi et occupandi hujusmodi bona; sed nec lex, prout supra disputavimus, nec magis jus belli ipso facto Statum constituunt dominum eorum quæ nondum apprehenderit; adeoque absque injustitia concives nostri has res præoccupare potuerunt.

Quod autem bona de quibus agitur practice ut derelicta considerari potuerint, hoc modo ostendi posse videtur :

Sane non libenter nec volenti animo repulsi Germani res suas a se abjecerunt, sed tantum necessitate coacti. Verum, non desunt casus analogi in quibus Auctores varia objecta a dominis involuntarie perdita, sub certis conditionibus, ceu derelicta considerant, ita ut proprietarius dominium eorum a se abdicasse censeatur. Sic de nummo perdito in via publica decernunt ipsum statim per se assimilari rebus derelictis, quia moraliter impossibile est ut dominus illum recognoscat. De aliis autem rebus amissis pariter admittunt eas jure naturæ fieri inventoris, postquam ille pro posse debitas fecerit

---

(1) Per se dico; nam per accidens consensus pro præda non momentosa frequenter præsumi poterat.

(2) Idem dicendum venit, sicubi ante hunc recessum quædam bona hostium ceu derelicta haberi potuerint.

investigationes, simulque tempus sufficiens effluxerit ut ex cursu rerum ordinario spes rationabilis evanuerit dominum detegendi. Ubi enim priori domino moralis possibilitas rei reperiendæ dempta est, quomodo maneret adhuc de jure naturæ dominium ejus? « Hac spe dimissa, non jam potest res manere in patrimonio illius qui omni spe dejicitur illam recuperandi. Nequit enim concipi dominium proprietatis, ubi nulla est nec in spe quidem facultas utendi vel disponendi. Itaque res illa non jam merito præsumitur adhuc habere dominum, nec jam stricte verificat notionem rei amissæ; sed contra merito jam præsumitur nullum habere dominum, seu æquiparatur rebus derelictis, et proinde fit res inventoris per occupationem » (1).

Jamvero, similem apparet fuisse conditionem spoliorum de quibus loquimur. Nam, quod primum ad res privatorum Germanorum attinet, hic inde relictas, illæ regula generali confestim amiserunt dominum suum, jam propter moralem impossibilitatem statim apparentem faciendi postea inquisitiones in Germania, præsertim cum successu. Quod autem res spectat hostilis exercitus, hæc propter aliam rationem (sed præcedenti casui pariter applicabilem) continuo et definitive domino periere : nempe propter impossibilitatem legitime remeandi ad priorem proprietarium : jure enim belli dabatur Statui prospere et juste pugnanti facultas legitima necnon voluntas practica illa omnia occupandi. Quod cum hostes optime scirent, res nempe hujusmodi sibi irreparabiliter periisse, non sane erga illas servaverunt animum domini, sed ipsis potius renuntiavere ; aut saltem illis renuntiasse legitime censeri potuerunt (2).

---

(1) *Coll. Brugen.*, t. XIX, p. 177.

(2) Cf. De Lugo : *De Jure et Justitia*, disp. 6_a, n. 100 : « Ego autem consequenter ad ea, quæ communiter dicuntur, existimo in primis non ita requiri temporis longinquitatem, ut absque ea res non possit extrahi a dominio domini sui ac in nullius bonis manere ; unde regula

Unde statim illa spolia rebus derelictis assimilabantur ; quare etiam, secundum dicta, a concivibus nostris ante Statum jure præoccupari potuerunt. Quam sententiam solide saltem probabilem, et in praxi tutam esse autumamus.

4/ Tandem, si quis titulum occupationis in casu non admittat, omniaque spolia belli reipublicæ ipso facto adjudicet, præsto adhuc manet, prout in sequenti responso determinabimus, *consensus præsumptus Status*, saltem quoad plura.

Interim tamen contra vindicatam a nobis sententiam proponi posset hæc objectio: inde saltem a momento induciarum (Armistice du 11 Novembre 1918) omnia quæ Germani adhuc dereliquerint, ratione *contractus* facta fuisse proprietatem Sociorum. Una enim ex clausulis induciarum pronuntiabat nullas hinc jam destructiones propriorum apparatuum a Germanis peragi posse ; sed intacta in loco consistere debere omnia quæ ad usum exercitus eorum pertinebant, necnon commeatus et alimentorum copias, verbo omnia quæ Germani infra 15 dies extra territoria Sociorum efferre non valuissent.

Quæ utique objectio non spernenda apparet. Interim tamen, cum earum rerum dominium Sociis per hunc contractum expresse non concedatur, nec omnia ipsis derelinquantur sed tantum ea quæ hostes salvare non potuissent; cumque ex alia parte obligatio non destruendi et derelinquendi potius imponatur quam dandi, inde probabile adhuc videtur hanc contractus clausulam titulum proprietatis spoliorum reliquisse sicut antea, nempe sub ditione juris internationalis universaliter pronuntiantis ea ad gubernium pertinere : immutato permanente jure naturæ.

---

generalis ea esse videtur, ut quando sive ratione temporis longinqui, sivè aliarum causarum æquivalentium res sit jam extra potestatem domini, ita ut ab illo non possit ullo modo recuperari, eo ipso jam censeatur domino carere ».

IV.

De Jure occupationis IV.

Q. *An in ipsas res exercitus nostri vel Sociorum habuerint nostri milites aut privati concives aliquod jus occupationis, vel quid simile, occasione magni belli.*

R. Præsens statuitur quæstio, nec sine causa, de rebus pertinentibus ad ipsos Status qui bellum justum gerebant: nam frequenter eorum milites alimenta et cetera hujusmodi concivibus nostris gratuito dabant aut infimo vendebant pretio, quæ tamen ad exercitum pertinebant; insuper privati cives haud raro ipsi talia auferebant; et denique spolia belli, quæ Status ut res suas considerat, tum a militibus tum a concivibus nostris magno sæpe impetu in proprium commodum occupata sunt.

Multum quidem abest quin omnia quæ hisce modis peracta sunt commendabilia aut imo licita pronuntiemus: etenim, præter peccata sæpe commissa, hæc agendi ratio suas profecto partes habuit in deflenda extenuatione sensus justitiæ et honestatis quæ ubique comperitur (1). Interim tamen, ne æquo citius omnia condemnemus, prælucentibus principiis juris libremus proposita.

1/ Primo quidem, reflectenti patebit *consensum præsumptum Status* his in causis frequenter usuvenisse, non tamen relate ad omnia. Jam enim tempore pacis valet axioma: de minimis non curat prætor; atque aliquam saltem in parvis dissipationem suorum bonorum nōn quidem approbare, sed tamen tolerare videtur respublica: dum

---

(1) Ad rem SALSMANS, *Ons Geloof*, 1920, bl. 471: « De oorlog heeft bij velen het eerlijkheidsgevoel en den eerbied voor andermansgoed omgewoeld. Plunderen en vernietigen, opeischingen, pakken wat men krijgen kon, moratorium en vrijstelling van huurprijs, smokkelarij, uitbuiting van 's naasten nood en wraakroepende winzucht in den prijs der waren, overdreven aangiften van geleden schade, steeds grooter dagloon en stijgende belastingen, bolchevistische strekking tot nationalisatie van alierhande goederen, enz. enz.: zoo komt het eigendomsrecht deerlijk gehavend uit het afgeloopen werelddrama te voorschijn ».

modica plura quæ sæpius reprimere valeret impunita relinquit, atque per suos viros officiales, qui eam repræsentant, oculos voluntarie claudit.

Quæ cum ita sint in tempestate tranquilla, hæc eadem tempore belli, quo omnia susdeque vertuntur, adhuc multo magis practica esse quis diffitebitur? Itaque frequenter milites aut nostri aut socii munera civibus offerebant aut ipsis viliore pretio vendebant alimenta, vestes sive calceamenta, aut cetera hujusmodi quæ erant proprietas Status. Verum, ut modo diximus, absque temeritate sæpius præsumere licuit consensum reipublicæ, in modicis scilicet rebus: cum insuper amici essent illi concives quibus sic favebatur, et tales quidem qui jam multa sæpe propter bellum passi, et pluribus rebus orbati viderentur. Et sane coram oculis ducum suorum hæc nonnunquam agebant milites, quin isti reclamarent, saltem in parvis donis. Quodsi tamen valor rerum sic dissipatarum, prout quis de vestibus v. g. aut calceamentis facile conjiceret, consensum reipublicæ rationabiliter præsumptum aliquatenus superaverit, quoad restitutionem saltem poterit censeri Status rem condonare.

Aliud omnino de rebus momentosis aut numero copiosis dicendum, aut de commercio habituali rerum ad exercitum pertinentium, aut etiam de notabili summa pecuniæ a republica ablata: circa quæ nec ullus tacitus domini consensus, nec plerumque apud recipientes bona fides ulla supponi poterat. Hæc profecto furta fuere, quæ ad restitutionem obligant; et insuper privati cives qui milites precibus aut consiliis ad talia impulerunt, scandalo directo peccavere.

Porro, quæ de ipsis militibus valent, eadem fere, quoad consensum reipublicæ præsumptum vel saltem quoad obligationem restituendi, applicari possunt ipsis privatis concivibus, qui aliquando proprio marte res ad exercitum pertinentes auferebant, quamvis illæ nullatenus derelictæ viderentur.

De spoliis autem Germanorum a nostris militibus nec-

non a privatis concivibus sibi occupatis, jam in præcedentibus disputavimus. Quodsi quis sententiam tunc propositam de jure occupationis non admittat, iterum ad consensum præsumptum Status recurrere licebit, et quidem largius adhuc quam in casu præcedente (1), prout ceteroquin communis sensus etiam proborum rem intellexit. Nam sane de propriis bonis suis strictius curat respublica quam de istis: insuper hujusmodi spolia ubique videmus in domibus et imo in officinis publice exposita quin Status ea sibi vindicet. Hæc præterea, quæ plerumque nunc ornamento inserviunt, simul constituunt, ut ita dicam, quædam monumenta belli, quæ amorem patriæ nata sunt extollere; quare libentius adhuc appropriationem eorum a civibus respublica tolerat. Hujusmodi tantum spolia belli sibi vindicat et practice repetit quæ sint magni valoris; de ceteris vero absque dubio se præbet facillimam.

2/ Quoad *jus occupationis*, utrum nempe circa res exercitus nostri usuvenerit, profecto negative per se respondendum est, deficientibus conditionibus legitimæ occupationis. Per accidens tamen potuit fieri, et aliquando certe factum est, ut quædam res ad Statum pertinentes derelictæ fuerint, vel ut tales haberi potuerint : cogita hic inde projectas res plures plus minusve quassatas sive corruptas, aut post transitum exercitus objecta in loco relicta, ita simul ut appareret nullatenus verisimile esse Statum postea viros suos missurum ad illa colligenda. Circa hæc utique potuit jus occupationis

(1) « Théoriquement le butin de guerre enlevé à l'ennemi appartient à l'Etat conquérant. Mais celui-ci volontiers ferme l'œil et facilement abandonne son droit, au moins quant aux détails et aux menus objets sans notable valeur qu'il laisse « occuper » par ses soldats, et même par des civils non belligérants. Il montre, au contraire, sa volonté de faire respecter son droit quant aux prises importantes comme masse ou valeur (les canons p. ex., les stocks de munitions, etc.). Il n'y a donc pas lieu d'inquiéter sur ce point-là la conscience des collectionneurs de panoplies allemandes et organisateurs des petits musées militaires dont vous parlez ». *L'Ami du Clergé*, 1919, p. 1276.

legitime exerceri: non autem circa reliqua, utpote non derelicta. Quodsi tamen factum fuerit, recurrunt dicta supra.

3/ *Jus vero compensationis*, durante bello, contra Socios nequaquam dabatur, quippe qui nec injusta causa erant damnorum a civibus passorum (1), necdum obligationem ea compensandi in se assumpserant. Nunc vero, postquam Status noster illud onus in gratiam concivium acceperit, si quis erga rempublicam ad aliquam restitutionem teneatur, ille poterit hanc summam a pretio deducere ad quod jus habet pro damnis a bello illatis: modo tamen vere deducat illam, et regulas a Statu definitas pro compensatione damnorum non prætergrediatur (2).

4/ Tandem, si quis rogaverit an idem ac sub 1° judicandum sit de donis frequenter ab ipsis germanicis militibus, durante bello, concessis concivibus nostris, respondebimus quoad consensum præsumptum hostilis reipublicæ: affirmative sed in mensura deminuta, ideo quod Status eorum erga nostros concives sane non fuerit bene dispositus. Sed ex alia parte a fortiori loquendum est: nam illi concives nostri qui *damna* erant passi, jus habebant illo etiam compensationis modo contra reum utendi, modo tamen scandalo directo non peccarent.

Scilicet si talia dona, ad quæ consensus germanici exercitus præsumi non poterat, simpliciter ab offerentibus militibus acceptabant, hoc ipsis ratione compensa-

---

(1) Per accidens tamen fieri potuit ut Status juste pugnans, erga privatos quosdam cives veram injustitiam committeret, daritem locum compensationi; vel etiam ut alio adhuc modo, v. g. ratione contractus inter Statum illum et concivem aliquem, conditiones ad legitimam compensationem fuerint verificatæ.

(2) « De aangifte der geleden schade mag in den regel niet overdreven worden, vooral daar ze bij eede geschiedt. De Staat schijnt niet bij machte te zijn alles te vergoeden: men mag dus niet hem meer ontfutselen dan hij in bepaalde omstandigheden billijkerwijze geven wil, bizonder als het luxe-artikelen geldt ». SALSMANS, *Ons Geloof*, 1920, bl. 473.

tionis (aut nonnunquam omnimodæ necessitatis) licere videbatur. Si vero ipsi concives a militibus talia rogabant, ea nempe quæ isti pro sua conscientia absque peccato formali facere nequibant, tunc de facto ab istis rogabant peccatum, et sic scandali directi malitiam incurrebant. Quapropter in hoc ultimo casu objective oportebat milites de licentia suæ actionis præmonere, qua cooperationis v. g. ad justam compensationem.

E. Hosten.

V.

De origine scrupulorum.

Q. *Quænam sunt causæ conscientiæ scrupulosæ?* (1)

Antequam causas illas, sensu lato vocis, exponamus, utiliter pauca de natura et effectibus scrupulositatis prænotabimus.

Natura. — Scrupulositas, in quantum moralistam respicit (2), est quædam ægritudo animi de genere affectionum quæ vocantur « phobiæ », in qua scilicet timor et anxietas sensibilis et inanis peccati rectum usum rationis perturbat, contra voluntatem exsurgit et recurrit eamque impedit in exercendo imperio suo politico in phantasiam et in rationem practicam, atque tandem ad hoc tendit ut se substituat ipsi rationi deliberatæ tamquam regulam activitatis humanæ. Brevi : est substitutio, in gradu minori vel majori, instinctus cæci in locum sanæ rationis (3).

Effectus. — Morbus ille animi plurimum nocet scrupuloso sub multiplici respectu :

---

(1) Vide bibliographiam citatam supra p. 473.

(2) Etenim sæpe conjuncta est cum quadam ægritudine corporis, dicta « neurasthenia, quæ ad medicum pertinet.

(3) A. Eymieu, *o. c.*, p. 19: « Ce qui distingue l'obsédé [ou le scrupuleux] du normal, c'est que celui-ci, à la lumière de son bon sens, fait s'évanouir le fantôme ou le méprise, tandis que l'autre en subit la hantise et s'en affole ».

1. in vita sua corporali, vires exhaurit, nervos exasperat;

2. in vita sua intellectuali, rectitudinem judicii perturbat, imo ad amentiam ducit;

3. in vita sua sociali, considerationem proximi imminuit, aptitudinem ad relationes sociales sive auctoritatis sive misericordiæ exercendæ tollit;

4. maxime in vita spirituali, causat temporis deperditionem in impugnandis vanis phantasmatibus et negligentiam vel et imparitatem ad officia status implenda, devotionem exsiccat atque ab oratione et sacramentorum susceptione avertit, excitat diffidentiam a Domino et pusillanimitatem spiritus, unde enascitur tristitia et animi dejectio, imo et desperatio quæ aliquando ad suicidium, aliquando ad effrenatam libidinem ducit.

Causæ scrupulositatis (1). — *Deus* non est causa efficiens scrupulorum utpote qui sunt malum aliquod naturæ, eversio scilicet ordinis a Deo statuti inter facultates animæ, et simul radix multiplicis mali moralis ut supra ostendimus. Deus autem permissive se habet relate ad hoc malum; quatenus multa etiam bona ex eo oriri possunt, ut sunt purificatio animi, exercitatio in fiducia, horror omnis peccati, humilitas, excussio teporis, aptitudo ad ducendas alias animas hoc morbo affectas (2).

Diabolus sæpe est causa efficiens scrupulorum : habet enim potestatem in phantasiam et in appetitum sensibilem et ita indirecte in facultates spirituales. Semper autem utitur scrupulo aliunde provocato ad fines suos,

---

(1) Cfr LEHMKUHL, *Theologia moralis*, n. 126; *Theologia mechliniensis*, n. 115; A. EYMIEU, *o. c.*, p. 125 ss.

(2) Multos legimus sanctos aliquando scrupulis fuisse agitatos, ita s. Augustinum, s. Bonaventuram, s. Franciscum Salesium, s. Ignatium de Loyola, s. Aloysium de Gonzagua, s. Alphonsum de Ligorio. Inter probationes quæ proxime præparant ad orationes mysticas superiores et quæ vocantur nox obscura, numeratur « spiritus vertiginis », « geest van duizeling », qui est anxietas scrupulosa. Deus sinit causas creatas producere hunc effectum; nec tribuit lumen rationis et vigorem voluntatis quibus efficaciter excluderetur.

perdendi aut retardandi animam, maxime nutriendo tristitiam quæ est maximum malum infra peccatum.

Causæ naturales. — Ordinarie tamen scrupuli originem ducunt e pluribus causis naturalibus plus minus propinquis, aliis externis, aliis internis quæ subjectum proxime disponunt ad has morbidas animæ anxietates (1).

Externæ : hæreditas et degenerescentia, ortus nimirum a progenitore scrupuloso aut quadam nervorum ægritudine affecto; educatio nimis coarctata et dura aut et nimis mollis; conversatio cum scrupulosis; directio confessarii scrupulosi ; auditio concionum rigidiorum ; lectio librorum æquo severiorum.

Internæ : excessus activitatis intellectualis, austeritatis et macerationum, unde systema nerveum nimium exhauritur ; intemperantia quæ voluntatem debilitat ; item habitus somniandi (la rêverie) ; temperamentum morale, sive nimis intellectuale (2), ut apud scrupulosos « intel lectuales » qui studiis metaphysicis aut mathematicis assueti in certitudine morali late dicta, quæ sola in moralibus obtineri potest, quiescere non possunt, sive melancholicum, ut apud scrupulosos « sensibiles » qui agitantur continuo timore peccati, judicii, inferni (3); ignorantia, peculiaris imbecillitas mentis, aut subtilitas ingenii conjuncta cum occulta superbia et pertinacia in proprio sensu ; nimia quædam sollicitudo cavendi omnem speciem mali ; consuetudo eligendi semper sententias rigidiores. Causa autem proxima scrupuli est defectus

---

(1) Adverte scrupulosos esse quidem ut plurimum « prædispositos » uti in textu describitur. Sunt tamen etiam scrupulosi « occasionales » qui sine ulla ex his causis dispositivis, occasione cujusdam difficultatis peculiaris aut depressionis nervosæ, subito scrupulis arripiuntur. Cfr A. Eymieu, *o. c.*, p. 120 ss.

(2) Cfr L. Sempé, S. J., *Les caractères à base d'intellectualité*, apud Messager du Cœur de Jésus, 1921, p. 612 ss.; *Les caractères à base de sensibilité*, ibidem p. 235 ss.

(3) Quoad hanc distinctionem inter scrupulosos vide E. Leroux, *Le scrupule*, apud *Rev. eccl. de Liège*, t. VII, p. 398 ; P. Gillet, *L'éducation de la conscience*, p. 210 ss.

fortitudinis in voluntate tum ad imponendum assensum firmum ubi adest moralis certitudo, tum ad moderandam phantasiam et appetitum sensibilem (1).

Occasio autem proxima primæ manifestationis hujus insufficientiæ voluntatis et ortûs aut reviviscentiæ scrupulorum est habitualiter quædam difficultas specialis vincenda per aliquem conatum extraordinarium, qualis est v. g. crisis pubertatis, electio alicujus status vitæ, examen subeundum, etc. (2).

« En résumé, ait Eymieu (3), toutes les causes physiques ou morales qui débilitent le système nerveux et diminuent l'énergie du caractère, surtout quand elles s'ajoutent à l'hérédité, paraissent dans les antécédents des obsédés [des scrupuleux] jouer un rôle néfaste et préparer le terrain de l'obsession [du scrupule]. Viennent les circonstances qui jetteront, dans ce terrain favorable, la graine morbide, et l'obsession s'épanouira ».

A. Legrand.

VI.

Servanda in ecclesiis ædificandis.

Q. *Quænam sunt præcipua quæ sub respectu liturgico, ad tramitem canonis 1164 servanda sunt « in ecclesiarum ædificatione vel refectione » ?*

R. Can. 1164 § 1 statuit: « Curent Ordinarii, audito « etiam, si opus fuerit, peritorum consilio, ut in ecclesia- « rum ædificatione vel refectione serventur formæ a tra- « ditione christiana receptæ et artis sacræ leges ».

I. Per verba « *formæ a traditione christiana receptæ et artis sacræ leges* » non indicantur formæ et leges cujusvis *styli* architectonici determinati.

(1) Cfr supra p. 475.

(2) Cfr A. Eymieu, *o. c.*, p. 129 ss. Hæc insufficientia voluntatis, quæ venit apud modernos sub nomine psychastheniæ, explicatur apud Eymieu, *o. c.*, p. 161 et passim, per disproportionem inter « tensionem vitalem » quæ subjecto præsto est, et difficultatem quorumdam actuum.

(3) *O. c.*, p. 128.

Nomine enim styli architectonici intelligi solet complexus formarum ad cohæsionem et pulchritudinem totius ordinatarum, quibus ædificium sub respectu constructivo et æsthetico characterizatur et quæ propriæ sunt non uni architectæ aut uni structuræ, sed communiter adhibentur in aliqua regione et epocha. Ex usu autem construendi et ornandi ædificia iisdem aut similibus formis propriis oriuntur quædam normæ practicæ quæ *leges* artis talis styli dici solent. Præfatæ autem formæ et leges nascuntur ex eo quod ædificia, in casu ecclesiæ, adaptandæ sunt ex una parte fini suo proprio, h. e. cultui catholico exercendo juxta vigentes ordinationes ecclesiasticas, et, ex alia parte, ingenio, ideis, tendentiis et usibus populi christiani talis regionis et temporis. Jamvero lente sed continuo mutantur tum modus quo Ecclesia ordinat cultum publicum exercendum, tum ideæ, mores et cultura populi. Unde etiam in ecclesiis ædificandis et in stylo christiano habetur evolutio; et « traditio christiana » decursu temporis recepit et agnovit stylos diversos seu varias formas et leges artis particulares.

Unde apparet canonem 1164, § 1, nec imponere unum stylum, v. g. gothicum, quamvis hic interdum vocetur ars christiana; nec reprobare stylum aliquem, puta stylum a renascentia nuncupatum, quamvis a nonnullis dicatur stylus paganus ; nec etiam velle damnare per se formas novas v. g. styli moderni, modo tamen ex pruritu quærendi novum propter novitatem, non rejiciantur formæ et leges fundamentales quas traditio christiana et ars sacra semper recepit et servavit.

Nam præter formas et leges accidentales, diversis stylis historicis proprias, sunt quædam fundamentalia quibus ecclesia aptari debet essentiali suæ destinationi et principiis permanentibus liturgiæ catholicæ et religionis christianæ, ut ecclesia semper sit « ecclesia », h. e. ædes sacra divino cultui dicata et apte destinata religiosis conventibus omnium christifidelium, orationi publicæ ad Deum fundendæ, sacrificio altaris offerendo, diversis-

que functionibus liturgicis digne exercendis. Unde oriuntur formæ et leges quas traditio christiana semper et in quovis stylo olim recepit et hodie etiam servari vult.

II. Has autem in specie ad amussim determinare valde difficile, ne dicamus impossibile est. Nonnulla tamen indicari possunt quæ vel ex præceptis liturgicis vel ex natura ipsius ædis sacræ aut cultus liturgici exigentiis sponte sequuntur. Hæc igitur ut, pro vario momento rei et pro possibilitate serventur, curare debent Ordinarii (1).

1° Sit ecclesia ædes sacra divino cultui dedicanda (can. 1161) *per se stans* nec domui laicorum nec usibus mere profanis aperta. Hoc postulant ecclesiæ natura, finis et dignitas. Quare statuit canon 1164, § 2 : « In ecclesia nullus aperiatur aditus vel fenestra ad laicorum domos, locaque, si adsint, subter ecclesiæ pavimentum (2) aut supra ecclesiam (3) ad usum profanum ne adhibeantur ». Et Pontificale : « Provideatur quod ecclesia [consecranda] possit exterius libere circumiri » (4).

2° Ad *materiam* constructionis quod spectat, regula est ut adhibeantur lapides naturales aut cocti, prout supponunt preces consecrationis et symbolismus ecclesiæ dedicatæ (5). Si adhibeatur cœmentum (béton) armatum,

---

(1) *Statu. diœc. Brugens.*, t. X, art. 1, agit de ecclesiis earumque supellectili et bonis : § 1 statuit ut « nemo de nova ecclesia vel de novo sacello publico ædificando, aut vetere novis constructionibus amplificando vel ornando aliquid statuat vel moliatur absque licentia nostra ». Delineationes (plans) ideo ad aulam episcopalem mittendæ sunt antequam auctoritati civili submittantur.

« Licentia autem hæc non concedetur, nisi nova ædificia juxta regulas artis construenda sint, et partes quæ alicui ædificio adduntur, cum stylo hujus ædificii concordent ». § 2 Stylus architecturæ gothicus commendatur. § 3 Ecclesiæ novæ fornicibus lapideis tegantur. § 4 Spiracula, refrigerandi causa, in ecclesiis construantur.

(2) Cf. D. S. R. C. *Mechlinien.*, 31 aug. 1867, n. 3157, 5.

(3) Pluribus decretis (nn. 756; 2812; 3460,1; 3525,2; 4213, 3) prohibetur quominus etiam super *sacellis* in quibus asservatur SS. Sacramentum, habeatur dormitorium supra altare.

(4) *De ecclesiæ dedic.*, in rubrica prævia.

(5) Vide officium et missam Dedicationis, v. g. postcommunionem missæ, hymnum *Cœlestis urbs*, lectiones II nocturni secundæ et tertiæ diei infra octavam.

oportet saltem ut « duodecim crucium loca, et postes januæ principalis sint ex lapide » (1). Ceterum « ecclesia ex ligno vel ferro aliove metallo benedici potest, non autem consecrari » (2).

3° Servetur *orientatio*, qua chorus adeoque celebrans et fideles ad Orientem, locum nascentis luminis convertuntur et evangelium contra aquilonem, tenebrarum regionem, cantatur. Hanc supponunt rubricæ (3), hanc servavit fere ab initio traditio christiana constans, innixa symbolismo fundamentali et antiquissimo (4).

4° Ecclesia construitur maxime *propter altare*, cujus est quasi scrinium et ad quod omnia ordinari debent. Unde convenit ut, quantum fieri potest, ex omni ecclesiæ parte, altare majus non solum conspici valeat sed et oculos in se attrahat. Quem in finem chorus, in quo stat altare, sit potius latus quam profundus et aliquatenus elevetur suprà pavimentum navis ; ipsum altare elevetur pluribus gradibus ; non apponatur muro quasi esset hujus ornamentum, sed sit solida structura per se stans et omnino independens, non solum ut circumiri possit, sed ut magis per se valeat. Si chorus sit profundus et angustus, non removeatur altare ad extremam hujus partem. Debite illuminetur, potissimum fenestris lateralibus, quum fenestra in medio post altare soleat partem anteriorem altaris in umbra ponere. Ipsum altare ita ornetur ut aspectus et attentio attrahantur non in partes accessorias, notatim in retabulum, sed in ipsam sacram mensam, quod optime obtineri potest decenti et pulchro ciborio.

5° Eumdem in finem conveniens videtur ut *navis* media sit valde lata, et columnæ maxime anteriores non sint

(1) Decr. S. R. C. *Portus Principis*, 12 nov. 1909, n. 4240. Loca indicata sunt specialiter unctione consecranda, aut cruce signanda.

(2) Codicis can. 1165, § 4; S. R. C. n. 4094.

(3) V. g. *Cærem. Episcop.* II, VIII, 44 indicat aquilonem pro loco cantandi evangelii, ubi non adsunt ambones.

(4) Cf. J. A. ALBERDINGH THYM, *De heilige linie*, Amsterdam, 1858. J. SAUER, *Symbolik des Kirchengebaüdes und seiner Auffassung*, Herder, 1902; M. C. NIEUWBARN, O. P. *Het roomsche kerkgebouw*, Nymegen, 1908; *Liturgisch Tijdschrift*, III, De oosting, blz. 309-321.

nimis graves quæ conspectum altaris impediant. Conveniens etiam est forma crucis latinæ, quæ conformis est antiquæ traditioni, venerabilem astruit symbolismum et populum propius ad altare invitat.

6° Presbyterium a navi fidelium separetur *cancellis*, aut scamno communionis, quibus separatio clerum inter et laicos indicetur (1), non autem chorus occludatur (2) aut altaris et cæremoniarum aspectus impediatur. Ad ingressum chori in alto convenientissime appenditur aut erigitur « crux triumphalis » seu major imago Christi crucifixi cui adstant B. Maria Virgo et S. Joannes.

7° Locus conveniens *baptisterio* est extra ecclesiam, prope ingressum a parte septentrionali, ita ut baptizandus induci possit quin transeat per ecclesiam et, recepto baptismo, directe ipsam ecclesiam ingrediatur. *Sacristia* melius construitur ad meridiem, ut supellex facilius ab humiditate præservetur. *Odeum* cum organo poni solet ad ingressum navis : rectius erigeretur propius ad chorum et sacristiam, signanter in locis ubi sacrista idem est ac organista. *Turris* convenientissime erigeretur in medio, quasi fastigium totius structuræ, si graviora turris sustentacula non nimis impedirent altaris aspectum. Potest exstrui vel ad ingressum, nisi ecclesia forte postea esset extendenda, vel ad angulum crucis ; si erigatur prope odeum, cantor facilius poterit etiam campanam pulsare (3).

C. Callewaert.

---

(1) Ut tota traditio docet, ad inculcandam distinctionem cleri et laicorum.

(2) Olim non raro cancellis occludebantur chorus ecclesiarum collegiatarum, ad commoditatem canonicorum, necnon sacella lateralia quæ erant quibusdam familiis vel confraternitatibus unice reservata, ad manifestandum earum jus exclusivum. Sed hæc nec ad alia extendere convenit, nec nostri temporis sunt.

(3) Cf. X. Barbier de Montault, *Traité pratique de la construction et de l'ameublement des églises*, 2 vol. Paris 1877; J. Gerhardy, *Praktische Ratschläge über kirchliche Gebäude, Kirchengeräte und Paramente*, Paderborn, 1913.

De distinctione inter justitiam originalem et gratiam sanctificantem.

(*Sequitur*. — V. supra, pp. 424 ss.).

B. De mente s Thomæ prout illa exprimitur in posterioribus operibus (1).

1° De *formali ratione* tum justitiæ originalis tum justitiæ gratuitæ nihil occurrit specialiter notandum : eadem est quam exposuimus suprà.

2° De eo in quo a parte rei verificantur illæ formales rationes notandum est quod *a*/ s. Thomas non explicite loquitur de physica entitate qua obtinetur naturæ integritas, nempe non explicat quonam habitu vel quibusnam habitibus adjunctis a Deo *naturæ* humanæ obtineatur perfecta immunitas ab omni inordinato motu in voluntate et in appetitu sensitivo, et immunitas ab omni morbo in corpore; *b*/ justitia gratuita consistit in gratia gratum faciente (2), quæ complectitur tum gratiam sanctificantem, in essentia animæ subjectatam, tum charitatem, in voluntate subjectatam, tum alias virtutes et dona Spiritus Sancti (3).

3° De *connexione* inter *justitiam originalem* et *gratiam gratum facientem*.

Hæc est præcipua quæstio nobis exponenda.

In QQ. dd. *de Malo* docet s. Thomas quod *justitia originalis* INCLUDIT *gratiam gratum facientem* et quod hæc est *præcipuum elementum* illius.

Prænotemus oportet quod, ut suprà exposuimus, tempore s. Thomæ vigebat controversia circa momentum quo Adamo fuerat infusa gratia gratum faciens et quod ex responsione illi quæstioni data dependebat apud auctores ipsa notio de justitia originali.

---

(1) Inquiremus quid docuerit s. Thomas opere cujus titulus *Quæstiones disputatæ de Malo* : et præsertim in *Summa Theologiæ Prima Secundæ*.

(2) *Sum. theol.*, I, Q. XCV, a. 1 ; Q. C, a. 1, ad 2.

(3) *Sum. theol.*, I-II, Q. X, a. 3 et 4 ; II-II, Q. XXIII, a. 2 ; Q. XXIV, a. 1 et 2.

Porro s. Thomas dicit: « originalis justitia includit gratiam gratum facientem nec credo verum esse quod homo sit creatus in naturalibus puris » (1).

« Ratio illa procedit secundum opinionem ponentium quod gratia gratum faciens non includatur in ratione justitiæ originalis : quod tamen credo esse falsum ; quia cum originalis justitia primordialiter consistat in subjectione humanæ mentis ad Deum quæ firma esse non potest nisi per gratiam [gratum facientem] justitia originalis sine gratia [gratum faciente] esse non potuit. Et ideo habenti originalem justitiam debebatur visio divina » (2). Tenet igitur s. Thomas quod gratia gratum faciens includitur *in ratione* justitiæ originalis, ergo quod gratia gratum faciens est elementum *intrinsecum* justitiæ originalis. Cur hoc tenet s. Thomas? Quia justitia originalis *primordialiter consistit* in *subjectione humanæ mentis* ad Deum, quæ firma esse non potest sine gratia. Jam pluries, in aliis suis scriptis, dixerat s. Thomas quod justitia originalis præcipue consistit in *subjectione mentis* (h. e. rationis et præsertim voluntatis) ad Deum, nunc autem affirmat quod illa subjectio esse nequit sicut oportet ut sit, nempe *firma*, sine gratia gratum faciente : agitur nempe de *habituali* subjectione mentis et illa subjectio nequit esse firma sine *habitu supernaturali* qui est gratia gratum faciens ; inde recte concludit s. Thomas quod habenti originalem justitiam debebatur intuitiva Dei visio, quum habens originalem justitiam sit *supernaturaliter* subjectus ad Deum. Illa igitur s. Thomæ verba eo sensu intelligenda sunt quod gratia gratum faciens est *formalis causa* subjectionis mentis ad Deum in justitia originali (3).

---

(1) *De Malo*, Q. IV, a. 3, ad 1 e tertia serie object.

(2) *De Malo*, Q. V, a. 1, ad 13.

(3) Post citatum textum s. Thomæ, scribit cl. P. Kors : « On ne voit pas clairement cependant en quel sens il [s. Thomas] entend ici le rapport de la grâce et de la justice originelle : la grâce en constitue-t-elle la partie formelle, comme les expressions peuvent le faire croire, ou bien en est-elle la cause efficiente ou seulement une condition sine qua non ? D'après l'argument proposé, on dirait qu'elle n'est qu'une condition pour la stabilité de la justice originelle ». *O. c.*, p. 93. Imprimis notamus quod P. Kors concedit verba s. Thomæ posse explicari de causa formali ; deinde quod absque fundamento asseritur gratiam gratum facientem esse tantum conditionem sine qua non *firmitatis* subjectionis : nam, in subjecta materia, vocabulo *firma* describit

Quod confirmatur alio textu : « Justitia originalis restituitur in baptismo quantum ad hoc quod superior pars animæ conjungitur Deo, per cujus privationem inerat reatus culpæ, sed non quantum ad hoc quod rationi subjicianter inferiores vires: ex hujusmodi enim defectu est concupiscentia quæ manet post baptismum » (1).

Quum per baptismum *restituatur justitia originalis* quantum ad conjunctionem superioris partis cum Deo, oportet ut illa conjunctio sit elementum *intrinsecum* justitiæ originalis, et quum illa conjunctio cum Deo obtineatur *per baptismum* oportet ut illa conjunctio consistat in *gratia gratum faciente* infusa per baptismum. Iterum igitur docet s. Thomas quod gratia gratum faciens, utpote formalis causa conjunctionis partis superioris cum Deo, includitur in ratione justitiæ originalis (2).

---

s. Thomas ipsam essentiam rei de qua agitur : agitur nempe de firma subjectione quæ non obtinetur nisi habitu supernaturali quo anima *firmiter* ac supernaturaliter inhæret Deo: hic habitus est tantum gratia gratum faciens : quæ est formalis causa subjectionis debitæ in præsenti Providentiæ ordine.

(1) *De Malo*, Q. IV, a. 3, ad 2 e tertia serie object.

(2) Bene notemus quod in citato textu duo elementa *intrinseca* justitiæ originalis indicantur: conjunctio superioris partis cum Deo et subjectio virium inferiorum rationi : per baptismum *restituitur* justitia originalis quantum ad primum elementum, non quantum ad secundum. — Porro illa responsio s. Thomæ opponebatur huic objectioni : « Originalis justitia non restituitur per baptismum : quia adhuc vires inferiores rationi resistunt. Si ergo peccatum originale esset carentia justitiæ originalis, sequeretur quod peccatum originale non solveretur per baptismum, quod est hæreticum ». Respondet s. Thomas concedendo quod peccatum originale est carentia justitiæ originalis et docendo quod nihilominus per baptismum remittitur: quia per baptismum restituitur justitia originalis quantum ad conjunctionem superioris partis cum Deo: ergo tenet s. Thomas quod privatio conjunctionis superioris partis cum Deo est *intrinsecum* elementum ipsius peccati originalis et consequenter quod illa conjunctio est elementum intrinsecum justitiæ originalis, cujus peccatum originale est carentia. Eadem sententia exprimitur his verbis: « Peccatum originale opponitur justitiæ originali, per quam superior pars animæ et Deo conjungebatur et inferioribus viribus imperabat et etiam corpus absque corruptione poterat conservare. Per baptismum ergo tollitur peccatum originale quantum ad hoc quod datur gratia per quam superior pars animæ Deo conjungitur. *De Malo*, Q. IV, a. 6, ad 4.

Ad *doctrinam* quod attinet, s. Thomas in QQ. dd. *de Malo* sicut in anterioribus operibus, tenet quod justitia originalis essentialiter consistit in subjectione mentis ad Deum, in subjectione virium inferiorum ad rationem et in subjectione corporis ad animam : nunc docet quod subjectio mentis ad Deum consistit in *supernaturali conjunctione* mentis ad Deum per gratiam gratum facientem et consequenter quod gratia gratum faciens includitur in ratione justitiæ originalis seu pertinet ad ejusdem essentiam, imo quod est præcipuum elementum justitiæ originalis quum hæc consistat *primordialiter* in subjectione mentis ad Deum.

Nihilominus, quoad *modum loquendi*, s. Thomas in opere citato et etiam alibi sæpe nomen *justitia originales* adhibet ad designandam tantum *integritatem naturæ* (1), nec mirum est hoc, quia tempore s. Thomæ non pauci theologi docebant justitiam originalem nihil aliud esse quam *integritatem naturæ*.

---

(1) V. gr. *De Malo*, Q. v, a. 1. Loquens de auxilio necessario ad visionem beatificam, dicit s. Thomas : « Aliquod auxilium divinum necessarium est communiter omni creaturæ rationali, scilicet auxilium gratiæ gratum facientis... Sed præter hoc auxilium necessarium fuit homini aliud supernaturale auxilium ratione suæ compositionis. Est enim homo compositus ex anima et corpore, et ex natura intellectuali et sensibili; quæ quodammodo si suæ naturæ relinquantur, intellectum aggravant et impediunt, ne libere ad summum fastigium contemplationis pervenire possit. Hoc autem auxilium fuit *originalis justitia* per quam, mens hominis si subderetur Deo, ei subderentur totaliter inferiores vires et ipsum corpus, neque ratio impediretur quominus posset in Deum tendere ». In ipsa *integritate naturæ* includitur mentis subjectio ad Deum, quatenus dicit immunitatem ab omni motu inordinato in intellectu et in voluntate. — Deinde exponit s. Thomas quod justitia originalis, quatenus est integritas naturæ, est *quasi dispositio* quædam ad gratiam gratum facientem quatenus nempe integritas naturæ est propter gratiam gratum facientem. Hæc assertio non est contra doctrinam quam attribuimus sancto Thomæ : licet enim integritas naturæ sit realiter et adæquate distincta a gratia gratum faciente, licet integritas naturæ sit quasi dispositio quædam ad gratiam gratum facientem, utrumque tamen auxilium pertinere potest ad essentiam illius perfectæ justitiæ quam homini, ab ipsa origine ejus, contulit Deus. Ita etiam corpus, quod est quasi dispositio ad animam, est pars essentiæ humanæ. In *Summa Theologiæ*, ut infrà videbimus, clarius exponit s. Thomas quomodo se habeat justitia originalis ad gratiam sanctificantem.

b/ In *Summa Theologiæ*, clarius et majori persuasione connexionem inter justitiam originalem et gratiam gratum facientem exponit s. Thoma, qui ex professo propugnat quod Adam creatus fuit in gratia gratum faciente.

Sic ratiocinatur: « Erat rectitudo [primi status] secundum hoc quod ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires et animæ corpus. Prima autem subjectio erat causa secundæ et tertiæ... Manifestum est autem quod subjectio corporis ad animam et inferiorum virium non erat naturalis... Unde manifestum est quod et illa prima subjectio, qua ratio Deo subdebatur, non erat solum secundum naturam, sed secundum supernaturale donum gratiæ: non enim potest esse quod effectus sit potior quam causa » (1).

Ergo, secundum s. Thomam, integritas naturæ est effectus gratiæ sanctificantis, et ubi est effectus, ibi est causa: quum igitur, secundum omnes, creatus fuit primus homo in integritate naturæ, oportet ut etiam creatus fuerit in gratia gratum faciente. Hæc autem verba sunt notanda: « illa prima subjectio, qua ratio Deo subdebatur, non erat solum secundum naturam sed secundum supernaturale donum gratiæ »: ergo in mente primi hominis, in intellectu scilicet et in voluntate, non erat tantum subjectio pertinens ad integritatem naturæ sed subjectio quæ obtinebatur gratia gratum faciente; et hæc subjectio pertinebat ad *ipsam rectitudinem* primi status. — Porro illa subjectio mentis ad Deum et ejusdem inclusio in *rectitudine* primi status explicatur ulterius a s. Thoma his verbis: « Sed cum radix justitiæ originalis, in cujus rectitudine factus est homo, consistat in subjectione supernaturali rationis ad Deum, quæ est per gratiam gratum facientem, ut suprà dictum est (Q. xcv, a. 1), necesse est dicere quod si pueri nati fuissent in originali justitia etiam nati fuissent cum gratia » (2). Ergo originalis justitiæ *radix* est subjectio supernaturalis rationis ad Deum et hæc subjectio *est* per gratiam sanctificantem: quod significat gratia gratum faciens est *causa formalis* prædictæ subjectionis (3).

---

(1) *Sum. theol.*, I, Q. xcv, a. 1.

(2) *Sum. theol.*, I, Q. c, a. 1 ad 3.

(3) Eadem interpretatio datur a Cajetano, in *h. l.*, dicente quod gratia gratum faciens *subdit* supremum hominis Deo.

Uti suprà exposuimus, s. Thomas in QQ. dd. *de Malo*, explicite docuit quod gratia gratum faciens includitur in ratione justitiæ originalis, et hoc explicuit docendo quod subjectio mentis ad Deum habebatur per gratiam gratum facientem. Idem docet s. Thomas in *Summa Theologiæ*: licet non explicite dicat quod gratia gratum faciens includitur in ratione justitiæ originalis, hoc tamen implicite profitetur asserendo gratiam gratum facientem esse *radicem* justitiæ originalis: radix est *intrinsecum* elementum plantæ et in ratione plantæ includitur; præterea docet s. Thomas quod gratia gratum faciens est id quo *formaliter* habetur *supernaturalis subjectio mentis ad Deum*.

Eamdem sententiam de mente s. Thomæ exponunt præcipui ejusdem interpretes, ut Capreolus (1), Sylvester Ferrariensis (2), Cajetanus (3).

4° *De ratione qua, ex divina intentione, collata est primo homini gratia gratum faciens.*

Uti ex dictis constat, s. Thomas in posterioribus suis operibus docuit quod primus homo in primo instanti ipsius creationis donatus fuit tum gratia gratum faciente, tum integritate naturæ et, postquam scripserat de iis quæ pertinent ad statum primi hominis, egit de *conditione prolis generandæ*, et nominatim quantum ad justitiam. Circa hoc propugnat *primo* quod pueri nati fuissent cum justitia originali quia hæc est *accidens naturæ specici* (4):

---

(1) *In II Sent.*, Dist. XXXI, a. 3, ubi nominatim hoc animadvertit contra Durandi argumentum: « non sola gratia gratum faciens erat justitia originalis, sed ultra eam aliud includebat: unde quia baptismus restituit gratiam hujusmodi, et non illa alia quæ erant de ratione talis justitiæ; ideo non restituit integre justitiam originalem sed ejus partem... » Edit. Turonibus, 1903, t. II, p. 353.

(2) *In Sum. contra Gentiles*, L. IV, c. 52: « Ex hoc autem haberi potest quod justitia originalis gratiam includebat tamquam videlicet sui radicem, quia sicut subjectio corporis ad animam et virium inferiorum ad rationem erat supernaturalis, per justitiam scilicet originalem, quæ erat gratia gratis data; ita et subjectionem rationis ad Deum oportebat esse supernaturalem, et consequenter per gratiam gratum facientem, cujus est animam supernaturaliter subjicere ».

(3) *In Sum. theol.*, I. Q. XCV, a. 1, Q. c., a. 1, I-II, Q. CIX, a. 2, n. IX, ubi dicit: « Tum quia apud ipsum [auctorem] de ratione originalis justitiæ erat gratia gratum faciens... ».

(4) *Sum. theol.*, I, Q. c., a. 1, c., sic ratiocinatur s. Thomas: « Naturaliter homo generat sibi simile secundum speciem. Unde quæcumque

deinde quod pueri nati fuissent etiam in justitia gratuita, nempe cum gratia gratum faciente, quia hæc constituit supernaturalem mentis subjectionem ad Deum, quæ est *radix justitiæ originalis* (1). Ergo, secundum s. Thomam, ex intentione divina, integritas naturæ et gratia gratum faciens erant omnino ad invicem ligatæ et simul conferendæ omnibus hominibus qui et quatenus nascerentur ex Adamo : integritas naturæ, formaliter ut *naturæ* accidens (supernaturaliter adjunctum naturæ,) erat transmittenda cum natura, et gratia gratum faciens, formaliter ut radix illius integritatis, erat infundenda singulis hominibus naturaliter ex Adamo nascituris: ergo, ex intentione divina, tum integritas naturæ, tum gratia gratum faciens fuit a Deo collata Adamo formaliter ut *principio* humanæ naturæ propagandæ et utrumque donum fuit in Adamo collatum *toti generi humano*. Ergo gratia gratum faciens non fuit hoc sensu *personale* donum, quod soli individuo Adamo collatum fuit, sed fuit donum a Deo destinatum toti humano generi nascituro ex Adamo (2).

---

accidentia consequuntur naturam speciei, in his necesse est quod filii parentibus similentur... Justitia autem originalis, in qua primus homo conditus fuit, fuit accidens naturæ speciei, non quasi ex principiis speciei causatum, sed tantum sicut quoddam donum divinitus datum toti naturæ ».

(1) L. c., ad 2, sic ratiocinatur s. Thomas : « Cum radia originalis justitiæ, in cujus rectitudine factus est homo, consistat in subjectione supernaturali rationis ad Deum, quæ est per gratiam gratum facientem... necesse est dicere quod si pueri nati fuissent in originali justitia, etiam nati fuissent cum gratia... Non tamen fuisset propter hoc gratia naturalis ; quia non fuisset transfusa per virtutem seminis, sed fuisset collata homini statim cum habuisset animam rationalem ».

(2) Nec opstat quod s. Thomas, *Sum. theol.*, I, Q. XCV, a. 1, ad 5 dicat: « Cum motus voluntatis non sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suæ creationis primum hominem gratiæ consensisse ».

Hic consensus, illa libera cooperatio, non impedit quominus gratia gratum faciens simul cum naturæ integritate, fuerit Adamo collata a Deo ea intentione ut cum transmissione naturæ integræ perveniret omnibus hominibus : illa cooperatio potuerit exigi a Deo quia Adam jam *adultus* erat. Cæteroquin hîc non docet s. Thomas quod illa cooperatio est conditio prærequisita ad infusioneus gratiæ sed respondet objectioni propositæ contra sententiam asserentem *in ipso instanti* creationis collatum fuisse gratiam. Objecto est hæc : « Ad hoc quod aliquis accipiat gratiam, requiritur consensus ex parte recipientis. Sed consensus in gratiam esse non potest nisi prius existentis. Ergo homo

5° *De essentia justitiæ originalis.*

Eamdem ubique tradit s. Thomas notionem de justitia originali quæ definiri potest : rectitudo ordinis in ipsa interiori dispositione hominis prout scilicet supremum hominis subditur Deo et inferiores vires animæ subduntur suprimæ, scilicet rationi, et corpus subditur animæ (1). Illa justitia, quæ est formaliter una, quatenus dicit ipsam *rectitudinem totalem* hominis ad Deum, est tamen composita quatenus importat diversarum facultatum ordinem et nominatim tres subjectiones, quarum prima, nempe subjectio rationis ad Deum est *causa* secundæ et tertiæ (2).

Illa subjectio rationis proprie consistit in subjectione *voluntatis* ad Deum, et in hac habetur *formale* elementum in ratione justitiæ originalis ; subjectio autem virium inferiorum ad rationem et corporis ad animam se habent ut *materiale* elementum in ratione justitiæ originalis (3).

Jamvero illa rectitudo seu triplex subjectio obtinetur realiter et physice per dona positive indebita naturæ humanæ et infusa a Deo vel soli animæ vel composito humano.

Subjectio *rationis* ad Deum importat quidem immunitatem ab omni motu inordinato in intellectu et in voluntate et secundum hoc illa pertinet ad integritatem naturæ (4), sed importat etiam et quidem præcipue positivam et supernaturalem conjunctionem voluntatis cum Deo : hæc porro conjunctio obtinetur *charitate* quæ

---

non accepit gratiam in primo instanti suæ creationis ». Respondet s. Thomas quod etiamsi requiratur consensus in gratiam, illi consensus non impedit quominus primo instanti creationis Adami fuerit ipsi infusa gratia.

(1) Cf. S. Thomas, *In II Sent.*, Dist. xx, Q. ii, a. 3 ; *Summa cont. Gent.*, L. iv, c. 52; *De Malo*, Q. iv, a. 2 ; *Sum. theol.*, I, Q. xcv, a. 1, i-ii, Q. cxiii, a. 1.

(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, I, Q. xcv, a. 1.

(3) S. Thomas, *In II Sent.*, Dist. xxxii, Q. i, a. 1 ad 1 ; i-ii, Q. lxxxii, a. 3.

(4) Integritatis naturæ requirit certo aliquod donum in composito humano subjectatum, quo ipsum corpus a morte redditur immune et donum quo vires sensitivæ redduntur immunes ab omni motu inordinato ; utrum præter illa etiam requiratur donum in ipsa voluntate subjectatum quo voluntas immunis reddatur ab omni motu inordinato non liquet.

infunditur voluntati et quæ radicatur in *gratia sanctificante* infusa essentiæ animæ (1).

Ex dictis igitur constat quod, secundum s. Thomam, essentia *metaphysica*, ut sic loquar, justitiæ originalis est rectitudo, naturæ positive indebita, totius hominis ad Deum: hæc autem rectitudo consistit in triplici subjectione, nempe voluntatis ad Deum et hoc est *formale* in ratione justitiæ originalis, deinde in subjectione virium inferiorum ad rationem et corporis ad animam, et hoc est *materiale* in ratione justitiæ originalis. Essentia autem *physica* justitiæ originalis est *gratia gratum faciens* (quæ complectitur gratiam sanctificantem et charitatem) qua obtinetur a parte rei *formale* elementum justitiæ originalis et donum (vel complexus donorum), quo obtinetur subjectio virium inferiorum ad rationem et corporis ad animam, seu integritas naturæ: hoc est *materiale* elementum justitiæ originalis (2).

Igitur justitia originalis distinguitur realiter quidem, sed *inadæquate* a gratia gratum faciente.

Conclusio. Quoad *modum loquendi* s. Thomas differt a posterioribus theologis in hoc quod

a nomine *justitia originali* sæpe designat solam integritatem naturæ; *b*/ nomine dono *naturæ* designat illud quo humana natura obtinet perfectam harmoniam facultatum naturalium et quod *proinde* formaliter *naturæ* tribuitur tamquam accidens ei superadditum et tamquam accidens *ideo* cum natura transmittendum.

Quoad *doctrinam* s. Thomas non differt a posterioribus theologis in re de qua agitur: signanter quia, saltem implicite, docet quod

---

(1) Cf. S. Thomas, *Sum. theol.*, I, Q. xcv, a. 1, Q. c, a. 1; I-II Q. cx; I-II, Q. xxiv, a. 2-5, Q. xxv, a. 1. — Quando s. Thomas docet quod subjectio voluntatis est *formale* in justitia originali intendit quod illa subjectio se habet ut *forma*; h. e. ut id quo in suo proprio esse constituitur justitia: igitur absque illa subjectione non verificatur ratio *justitiæ*, nec est in elemento quod dicitur materiale, nempe in subjectione virium inferiorum ad rationem. — Præterea, ex natura rei intelligitur quod *subjectio voluntatis* ad Deum consistit formaliter, non in mera immunitate a motibus inordinatis, sed in positiva adhæsione (sive actuali, sive habituali) ad Deum; hæc porro positiva adhæsio habitualis, in ordine præsenti Providentiæ, obtinetur per gratiam gratum facientem, qua voluntas, charitate infusa, positive conjungitur Deo.

(2) Cf. Cajetanus, *In Sum. theol.*, I-II, Q. lxxxii, a. 3.

a/ in ratione rectitudinis adequate spectatæ, in qua constitutus est a Deo primus homo, continetur *gratia gratum faciens* et ita quidem ut per hanc obtineatur *formale* pradictæ rectitudinis;

b/ illa rectitudo, adæquate spectata, ita fuit a Deo collata primo homini ut ab ipso, per generationem et transmissionem naturæ. *pervenire deberet ad omnes qui et quatenus ex Adamo naturaliter nascerentur.*

II.

Adnotationes.

1° In suprà dictis exposuimus quomodo *de facto*, ex divina Providentia, colligata fuerit integritas naturæ cum gratia sanctificante (1) sed illa connexio non est ex natura rei necessaria: nempe potuisset homo donari integritate naturæ absque gratia gratum faciente et, vice versa, gratia sanctificante absque integritate naturæ.

Bene autem notandum est quod, in divina ordinatione, integritas naturæ fuit *dispositio consequens gratiam gratum facientem:* sicut enim consequenter ad gratiam sanctificantem habentur virtutes infusæ (2), ita, proportione servata, consequenter ad gratiam gratum facientem (h. e. gratiam sanctificantem et virtutes infusas) habebatur integritas naturæ, tamquam *dispositio* per quam posset homo perfecte uti gratia gratum faciente, uti suprà vidimus; igitur in *rectitudine adæquata*, qua donatus fuit primus homo, *prius* et *excellentius* elementum est gratia gratum faciens; posterius autem et minus dignum elementum est integritas naturæ: quapropter inepta est

---

(1) Cf. Pègues, *o. c.*, p. t. V, p. 125.

(2) « Ex quo patet quod virtus uniuscujusque rei dicitur in ordine ad aliquam naturam præexistentem, quando scilicet unumquodque sic est dispositum secundum quod congruit suæ naturæ. Manifestum est autem quod virtutes acquisitæ per actus humanos... sunt dispositiones, quibus homo convenienter disponitur in ordine ad naturam qua homo est. Virtutes autem infusæ disponunt hominem altiori modo et ad altiorem finem; unde etiam oportet quod [disponant] in ordine ad aliquam altiorem naturam. Hoc autem est in ordine ad naturam divinam participatam... ». S. Thomas, *Sum. Theol.*, I-II, Q. cx, a. 3. — « Sicut ab essentia animæ effluunt ejus potentiæ, quæ sunt operum principia; ita etiam ab ipsa gratia effluunt virtutes [infusæ] in potentiis animæ... L. c., a. 4 ad 1.

metaphora qua gratia gratum faciens exhibetur ut *corona* justitiæ originalis: nam gratia gratum faciens est *a/ intrinseca* justitiæ originali ejusque *formale* elementum; *b/* deinde nedum sit complementum integritatis naturæ, est *ratio ejusdem exigitiva*. Licet integritas naturæ sit dispositio consequens gratiam gratum facientem, tamen si *seorsim consideratur ut existens in homine absque gratia*, dici potest quasi dispositio ad gratiam, quemadmodum loquebatur s. Thomas, *De Malo*, Q V, a. 1: ita etiam, licet fides et spes infusæ sint dispositiones consequentes gratiam sanctificantem, tamen si in homine, propter ejus peccatum mortale, inveniuntur absque gratia sanctificante, dici possunt quædam dispositio ad gratiam.

2° Tota ratio existentiæ justitiæ originalis consistit in elevatione hominis ad finem *supernaturalem*: etenim quia homo fuit destinatus ad supernaturalem Dei possessionem per intuitivam divinæ essentiæ visionem, ideo voluit Deus ut jam in terra homo agere possit *supernaturaliter*, nempe ut possit ad suum finem tendere *modo proportionato* illi fini: propter hoc, primo homini contulit Deus supernaturalem rectitudinem, quæ complectitur et gratiam gratum facientem et integritatem naturæ (1): inde plenius intelligitur cur s. Thomas doceat quod in primitiva hominis rectitudine elementum *formale* sit voluntatis subjectio supernaturalis quæ habetur per gratiam gratum facientem: nam per charitatem *formaliter* conjungitur voluntas cum ultimo fine.

3° S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, Q. LXXXII, a. 3, agendo de peccato originali dicit: « Sic ergo privatio originalis justitiæ, per quam voluntas subdebatur Deo, est *formale* in peccato originali: omnis autem alia inordinatio virium animæ se habet in peccato originali sicut quiddam materiale ». Quum s. Thomas antea, uti suprà exposuimus, docuerit quod, in justitia originali, subjectio voluntatis ad Deum habebatur per supernaturalem conjunctionem voluntatis cum Deo, nemo potest rationabiliter negare quod s. Thomas intenderit *formale* peccati originalis consistere in privatione illius conjunctionis et proinde in privatione charitatis (2).

---

(1) Cf. s. THOMAS, *De Malo*, Q. V, a. 1; *De virtutibus in communi*, Q. 1, a. 10.

(2) Legatur omnino CAJETANUS, *in Sum. Theol.*, I-II, Q. LXXXII-LXXXIV; PÈGUES, *o. c.*, t. VIII, p. 690-698.

4° Cacteroquin peccatum in genere morum nihil aliud est quam privatio rectitudinis voluntatis circa ultimum finem, scilicet circa Deum (1): igitur ut id quod vocatur peccatum originale possit habere *veram et propriam rationem peccati* requiritur ut consistat formaliter in carentia *debitæ rectitudinis voluntatis* ad Deum (2): talis autem privatio in voluntate, quæ incapax est omnis actus humani, verificari nequit nisi in carentia *debiti habitus*, quo voluntas formaliter subjectatur Deo et ad Deum convertitur sicut oportet: talis autem habitus nequit esse nisi supernaturalis charitas. Igitur ut id quod vocatur peccatum originale possit habere veram et propriam rationem peccati oportet ut ejus formale elementum sit privatio charitatis supernaturalis.

Nec dicatur quod peccatum originale consistit formaliter in privatione *integritatis*, quatenus hæc *voluntatem* reddebat immunem ab omni motu inordinato: nam immunitas illa non est formaliter positiva rectitudo vel debita conversio voluntatis ad ultimum finem, sed est tantum immunitas ab omni motu inordinato inclinante ad peccatum. Igitur sola privatio integritatis, quatenus hæc afficit voluntatem, nequit esse formale elementum in ratione peccati proprie dicti.

Inde sicut *essentia* rectitudinis adæquate spectatæ, qua donatus fuit primus homo, duo complectitur elementa, unum scilicit formale quod est gratia gratum faciens, alterum vero materiale, quod est integritas naturæ; ita *essentia* peccati originalis duo complectitur elementa, unum scilicet formale, quod est privatio gratiæ gratum facientis, alterum vero materiale, quod est privatio integritatis naturæ. Et propter hoc elementum, originale peccatum proprie dicitur a s. Thoma, *naturæ* peccatum.

JOS. VAN DER MEERSCH.

---

(1) Cf. s. THOMAS, *Sum. Theol.*, I-II, Q. XXI, a. 2, ad 2.

(2) Supponimus admissum quod peccatum originale non nisi *habituale* esse potest.

Acta SS. Congregationum

Ex S. Congr. Rituum

I.

DUBIUM (1).

DE NON APPONENDIS TEMPLIS TABULIS CUM NOMINIBUS DEFUNCTORUM IBIDEM NON SEPULTORUM.

Sacræ Rituum Congregationi pro opportuna declaratione sequens dubium expositum fuit ; nimirum :

« Utrum in ecclesiis earumque cryptis divino cultui « destinatis apponere liceat tabulas cum inscriptionibus « et nominibus fidelium defunctorum quorum corpora « inibi tumulata non sunt nec tumulari possunt iuxta « canonem 1205 § 2 Cod. I. C. ».

Et Sacra Rituum Congregatio, omnibus accurate perpensis, proposito dubio respondendum censuit :

« *Non licere*, iuxta alias resolutiones et ad tramitem « decreti S. R. C. n. 733 et can. 1450 § 1 Cod. I. C. ».

Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 20 octobris 1922.

II.

ROMANA (2).

CIRCA CAMPANULAM PULSANDAM IN CELEBRATIONE MISSÆ

Occasionem nacti Congressus Eucharistici Internationalis hoc anno Romæ habiti et prospero felicique progressu probati, quidam Sacrorum Antistites aliique viri dignitate ac pietate conspicui, ad decorem divini cultus erga ipsum ineffabile Eucharistiæ mysterium, etiam per uniformitatem ritus et ædificationem christifidelium, provehendum, Sacram Rituum Congregationem adierunt, reverenter postulantes :

« Utrum Rubricæ quæ in *Ritu celebrandi Missam*, tit. « VII, n. 8, et tit. VIII, n. 6, præscribunt ministro pulsare « campanulam ad *Sanctus* et *ad elevationem Hostiæ et* « *Calicis*, post consecrationem, applicandæ sint etiam ad « Missas solemnes seu cantatas et pontificales, de quibus

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIV, 1922, p. 556.
(2) *Acta Apost. Sedis*, XIV, 1922, p. 557.

« tamen circa campanulam pulsandam *Missale Romanum* « in citatis titulis et *Cæremoniale Episcoporum*, lib. II, « cap. 8, silent? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, quibusdam casibus a communi regula iam exceptis per decreta edita nn. 3157, *Mechlinien.*, ad 10 (5 septembris 1867), 3448, *Societatis Iesu*, ad 2 (11 maii 1878) et 3814, *Dubiorum* (21 novembris 1893) (1), inspecta praxi communi et antiqua, perpensis rationibus quæ in casu æque militant pro Missis privatis et aliis solemnioribus; nempe: Christifidelium attentio, lætitia, devotio, fidei catholicæ professio in veram ac realem Iesu Christi præsentiam in SSma Eucharistia, eorumque consociatio angelicis choris ad laudandum Deum et adorandum; quum neque obstet prænotatum silentium, quod, sicut in in aliis cæremoniis, suppletur in casu per expressas Rubricas quæ non distinguunt inter Missas privatas et Missas solemniores, neque has excludunt, proposito dubio ita respondendum censuit: *Affirmative, et ad mentem.*

Mens autem est: « Si usus, ex toto vel ex parte con- « trarius, in aliqua ecclesia Conlegiata, Cathedrali et « Patriarchali, aliisque ecclesiis seu oratoriis hucusque « viguerit, eadem ecclesia seu oratorium, amodo se con- « formet communi praxi et enuntiatæ Rubricarum inter- « pretationi; nisi, loco campanulæ, alterum et congruum « signum adhibeat. Insuper ad removendum, quantum « fieri potest, inconveniens quo aliqui de longinquo vel « de propinquo in templo sistunt sine attentione ac reve- « rentia etiam ad præcipuas divinorum mysteriorum « actiones, maxime expedit, ut paulo ante consecrationem « aliquod campanulæ detur signum, iuxta communem « ecclesiarum praxim ».

Quam resolutionem et mentem Sanctissimo Domino nostro Pio Papæ XI, per infrascriptum Cardinalem Sacræ Rituum Congregationi Præfectum, relatas, Sanctitas Sua ratas habuit, approbavit et servari mandavit. Die 25 octobris 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
R. S. C. Præfectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

---

(1) Quibus prohibetur quominus pulsetur campanula in missa quæ, exposito SS. Sacramento, celebratur etiam ad altare quod non est altare expositionis.

Adnotationes. 1. Ex præscripto rubricarum oportet pulsare campanulam tantum ad *Sanctus* et ad utramque elevationem.

2. Ex præsenti decreto oportet insuper eam pulsare « paulo ante consecrationem » ut apud nos habet immemorialis consuetudo.

3. Censemus non reprobari similem consuetudinem apud nos vigentem pulsandi campanulam in fine canonis ad minorem elevationem et paulo ante communionem, nempe ad *Domine non sum dignus.*

4. Omnino curandum est ut campanulæ pulsus *sit modestus et brevis:* si hoc ab acolythis obtineatur, magna ex parte evanescet incommodum propter quod nonnulli his ultimis temporibus invehere solent contra campanulas earumque usum restringere cupiunt.

C. Callewaert.

III.

ROMANA (1).

DE LAMPADIBUS SUPRA SEPULCRA DEFUNCTORUM ELUCENTIBUS IN CŒMETERIIS.

Propositio dubio: « An aliquid obstet quominus lampa-
« des etiam electricæ ardeant supra sepulcra defunctorum
« in Christo quiescentium in cœmeteriis rite benedictis »,
« Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commis-
« sionis voto, respondendum censuit:

« Non obstare in casu, *et ad mentem. Mens est*, ut hæc
« lux, sicut ornatus florum sepulcris appositus, non sit
« tantum officium humanitatis et solatium vivorum, sed
« horum in carnis resurrectionem et vitam æternam, fidei
« catholicæ testimonium et professio. Insuper nullum
« afferri debet detrimentum supplicationibus, quæ, iuxta
« dogma catholicum, præcipue prosunt fidelibus defunc-
« tis nempe sive altaris, sive orationum, sive eleemosy-
« narum sacrificia ».

Atque ita rescripsit ac declaravit die 30 octobris 1922.

† A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinæ,
S. R. C. Præfectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

(1) *Acta Apost. Sedis*, XIV, 1922, 598.

Notæ Bibliographicæ

Decoene. A. *Kerkelijke opvoeding.* Vlaamsche Boekenhalle, 1922. — In 8, 286 bl. — Pr. 7.50 fr.

Hoe dikwijls werd in de laatste tijden geklaagd, en met reden, dat ons volk, dat onze ontwikkelde katholicken zelf, veel te weinig afweten van hun godsdienst; dat katholiek-zijn daarbij nog door menigen; die het ook best meenen, veel te levensvreemd wordt opgevat. Dit schoon boek van Dr A. Decoene, bestuurder van de normaalschool te Thorhout, is allerbest geschikt, zooals Z. D. H. Mgr Waffelaert het in zijn goedkeuring van het werk terecht zegt: « om aan de geloovigen eene *grondige overtuiging* te geven omtrent hunne weerdigheid van christen menschen en om in hunne harten eene *vurige liefde* te verwekken tot onze moeder de h. Kerk ».

Het doel van den schrijver was ook « *dieper bewustmaking* van de groote kerkgedachte, opdat we als beter leden van onze katholieke Kerk zouden *denken*, *gevoelen* en *handelen* ». Met dit inzicht wordt in een eerste deel *de Kerk op haar zelf beschouwd*, haar zending, haar beschavingswerk en eerste moeilijkheden, haar voornaamste eigenschappen en kenteekenen, haar noodzakelijkheid en haar recht. Daaruit worden onmiddelijk de *eerste gevolgtrekkingen en plichten* afgeleid: geluk harer leden; men moet logisch zijn; noch slenter noch dilettantisme; het goddelijk gezag in de Kerk en de vrijheid van haar leden; ijver voor de Kerk door gebed, gemeenschapsgevoel, godsdienststudie en katholieke actie.

In zijn tweede deel ontwikkelt de schrijver *ons lidmaatschap in de R. K. Kerk:* hoe wij lid worden; wat de gemeenschap der heiligen is en hoe verdere ontplooiing van ons kerkelijk leven moet bewerkt worden; daarna handelt hij over niet-christenen, over degenen die de Kerk verlieten of er uit gebannen werden, over allen die het lidmaatschap in de Kerk niet, of niet méer bezitten.

Eindelijk in zijn derde deel beschouwt de schrijver *Christus in de Kerk:* namelijk hoe hij haar bruidegom, haar meester, haar leven is; daar maar één Christus is, kan ook maar ééne Kerk Christi zijn; afgescheurde kerken verminderen Christus in zijn verlossingswerk; zijn in opstand tegen hem; zijn verre van zijn geest verwijderd. Wij die Christus erkennen in zijn Kerk moeten dan ook daar naar leven: hem navolgen alle dagen, opdat hij leve in ons, bijzonder door de Eucharistie waar hij eeuwigdurend aanwezig blijft.

Zooals uit deze korte samenvatting duidelijk blijkt, geeft de schrijver niet alleen de gewone apologetische bewijsredenen, die pleiten voor de goddelijkheid der ééne, ware Kerk van Rome, maar hij haalt

daarbij nog gevoelsgronden en psychologische beschouwingen aan, benevens klaarsprekende getuigenissen, die allen samen van aard zijn om ons in ons geloof en in ons geluk te bevestigen.

De sterke overtuiging, de vaste zekerheid en warme liefde tot de h. Kerk, waarmede de schrijver in kernachtige taal en boeiende voorstelling zijn studie heeft geschreven, werken oprecht aanstekelijk. Mochte zijn boek, zooals het onze bisschop in zijn goedkeuring vraagt, alom verspreid worden. « Kerkelijke opvoeding » verscheen als IXe deel der Pædagogische Studiën, doch niet enkel aan onze katholieke onderwijzers, maar aan alle ontwikkelde katholieken zal het werk veel goed doen; de priesters kunnen het gerust te lezen geven en het aanprijzen.

Uccello. S. *Philosophia scholastica ad mentem sancti Thomæ*, Augustæ Taurinorum, 1921-1922. — Vol. 2 in 12, XX, 411 et 459 p.

In his duobus voluminibus A. completum tractatum philosophicum habet, complectentem scil. logicam, criticam, metaphysicam, cosmologiam, psychologiam, theodiceam et ethicam; additur epitome historica philosophiæ et utile lexicon scholasticorum verborum.

Præsertim præ oculis habet A. seminariorum alumnos, in eorumque utilitatem hanc summulam conscripsit « elementari methodo confectam, novisque scientiarum inventis auctam, contra veteres (tamen) illos qui sub nova forma.... serpent errores satis instructam (et) vestigiis et doctrinæ D. Thomæ quam maxime inhærentem ». Hanc doctrinam itaque, quam Romani Pontifices sæpius commendaverunt, pressius sequitur A. et ad litteram hinc inde tradit; in quæstionibus disputatis auctoritatem Em. Card. Mercier libenter invocat.

Omissis longioribus disceptationibus, quæ potius tædium et sæpius obscuritatem gignunt, prætermissis etiam innumeris divisionibus quæ attentionem defatigant, A. præcipue ea clare exponit et accurate probat, quæ magis intentionem mentis exigunt; cetera vero problemata breviter indicata magistri solertiæ ulterius evolvenda relinquit. Hæc sapienter statuit A. et bene exsequitur; hinc inde tamen quasdam quæstiones penitius penetrare oporteret. Magnam utilitatem afferet summula cl. A. omnibus seminariorum alumnis, utpote quæ illos ad s. theologiam optime præparabit. H. Lamiroy.

U. Van Eygen, C. SS. R. *Meer volmaaktheid.* Nieuwe herziene uitgaaf. Boekhandel S. Alphonsus, Esschen.

Wij zijn gelukkig deze tweede uitgaaf zoo spoedig na de eerste te mogen aankondigen. 't Is het beste bewijs dat 't boek in den smaak gevallen is en dit verwondert ons geenszins (1).

(1) Zie onze beoordeeling over de eerste uitgaaf in dit tijdschrift, t. XXI. bl. 59. Een enkel woordje ter inleiding had ons 't afsterven van den betreurden schrijver mogen melden.

A. Huonder, S. J. *Aan 's Meesters voeten.* Naar de 10e uitg. uit het duitsch vertaald door J. B. Poukens S. J. — Leuven, Vlaamsche Boekenhalle, 1921.

« Ik houd dit boekje, schreef Mgr Keppler, voor een gave der Goddelijke Voorzienigheid aan onze priesters, die des te meer behoefte hebben aan geestelijke concentratie en krachtige opwekking, naarmate ze met drukker bezigheden overladen zijn ». Deze overwegingen werden ingegeven door 't woord van de H. Schrift « *Jesus Christus heri et hodie: ipse et in sæcula* » (1). Eenerzijds in korte woorden tafereelen uit 't Evangelie waarin we den « Christus van gisteren » zien leven: daartegenover onze hedendaagsche toestanden, en er midden in « de Christus van vandaag », de priester, en de Eerste overal aangesteld als toonbeeld voor den tweede : ziedaar de verhevene opvatting van 't werkje. Lees het, overweeg het, gebruik het om uw geweten te onderzoeken, en ge zult ondervinden hoe doelmatig dit ideaal voor iederen priester erin wordt voorgesteld.

A. Vergnes, C. SS. R. *De maandelijksche conferentie aan kloosterlingen en religieuzen.* Instituut van Doofstommen, St Michielsgestel (Nederland), [1921]. — In-8, 191 bl. Pr. 3 gld. 25 ct.

Een bundel van maandelijksche conferentiën voor kloosterlingen en religieuzen, bevattend drie jaargangen van ieder 12 conferentiën. De toon is eenvoudig en hertelijk; de leering ernstig en duidelijk, gaat eenerzijds over de kloosterlijke roeping over 't algemeen, anderzijds over de deugden en godvruchtige oefeningen van 't kloosterleven in 't bijzonder. Een volgende bundel zal, hopen we, meer *ex professo* handelen over de heiligheid en 't inwendig leven der godgewijde ziel. Deze bundel zal veel bestuurders van kloosters uit de verlegenheid helpen waarin de verplichting maandelijks conferentie te geven ze soms kan brengen (2). Op 't einde eenige nuttige wenken over de biecht der kloosterlingen: 't aangehaalde voorbeeld n. 12 schijnt ons nochtans geen ideaal van geestelijke leiding te bevatten.

F. P. Adolphus, O. M. C. *Compendium theologiæ asceticæ.* Hongkong, Typis societatis missionum ad exteros. [Couvent des Capucins, Herenthals]. 2 vol. in-12, xv-950, ix-877 p. Fr. 20.

Compendium optimum universæ doctrinæ asceticæ, breviter exponens ea omnia quæ in tractatibus de ascetica ex aliis disciplinis præsupponuntur et totam dein vitam spiritualem ad amussim, inclusis præscriptionibus civilitatis religiosæ. Est proprie codex vitæ franciscanæ: at plurima omnibus sacerdotibus conveniunt, ea autem quæ

(1) Ep. ad Hebræos, XIII, 8.

(2) 'T boek is alleen voor priesters verkrijgbaar op 't aangegeven adres.

asterisco notantur utpote specifice franciscalia, proficua sunt valde et jucunda etiam pro clero sæculari, præprimis pro fratribus Tertii-Ordinis s. Francisci. Haud paucis displicebit longa tractatio circa omnia præambula sive ex philosophia, de passionibus animi, t. I, p. 171 ss., de intellectu, p. 200 ss., de voluntate, p. 210 ss., sive ex theologia dogmatica de variis statibus naturæ, t. I, p. 28 ss.; de peccato originali, p. 34 ss., de gratia, p. 571 ss., de actibus supernaturalibus et meritoriis, p. 908 ss.; sive ex morali decalogali, de virtute pœnitentiæ, t. I, p. 58 ss., obedientiæ, t. II, p. 447 ss., de virtutibus theologalibus et moralibus, de donis, fructibus, charismatibus Spiritus sancti, t. I, p. 597 ss.; sive ex morali sacramentali, de sacramentis et sacramentalibus, t. I, p. 939 ss.; sive ex morali fundamentali, de fine, p. 40 ss., de peccato, p. 53 ss., 89 ss., de passionibus, p. 171 ss. Utilius fuisset ea compendiose recapitulare, remittendo ulterius ad tractatus speciales. Ipsa vero doctrina ascetica in triplicem partem dividitur: 1. De reformatione deformatorum per vitiorum expugnationem. — 2. De reformatorum confirmatione et conformatione ad Christum per virtutum exercitationem. — 3. De confirmatorum consummatione per perfectam s. Evangelii observationem, quæ divisio ceterum coincidit cum trita partitione incipientium, proficientium et perfectorum.

Auctor, vir doctus et studio et experientia, sapienter, humiliter et suaviter, ad instar colloquii cum lectore instituti, placido et classico progressu doctrinam suam evolvit. In fine adjunxit abundantem bibliographiam juxta divisionem ipsiusmet operis sui distributam. Utilis sane est hic catalogus operum, imperfectus tamen valde tum per excessum: opera tantum præcipua citari meruissent, tum per defectum, omissis pluribus operibus primi valoris. Cum jucunditate vidimus auctorem speciali diligentia studio scriptorum Rev^mi Waffelaert de donis Spiritus sancti, de contemplatione activa et passiva incubuisse, atque ex his præsertim suam de illis materiis doctrinam hausisse.

Dom Idesbald Van Houtryve, O. S. B. *La vie dans la paix.* Louvain, Abbaye du Mont-César, 1921. IX-102 p. Fr. 4.

Nous signalons volontiers à l'attention de nos lecteurs cet ouvrage sur la vie spirituelle, c.-a-d. la vie dans l'Esprit du Christ Jésus. Ce n'est pas un manuel d'étude, mais un livre de méditation écrit dans le ton intime et suave de Dom Bruno Destrée, en brèves sentences qui découlent paisiblement d'une âme débordante et qui s'infiltrent doucement dans l'esprit et le cœur du lecteur. Puissent beaucoup d'âmes à lire et à méditer ces pages comprendre que « l'intensité de la vie n'est pas liée à l'agitation ni au mouvement extérieur. Les excitations extérieures vont souvent de pair avec le vide intérieur. Les vraies richesses sont intérieures; l'activité de l'âme la plus intense naît du recueillement. La vraie vie est dans la Paix » (1).

A. Legrand.

(1) Introduction, p. IX.

INDICES

I

INDEX ARTICULORUM

Documenta romana

Pag.

Acta Benedicti XV.

1921 apr. 17. Litteræ apostolicæ de unione apostolica cleri sæcularis 68

Acta Pii XI.

1922 febr. 21. Pio XI in summum pontificem electo — Epistola Episcoporum Belgii 97
» mart. 7. Pius XI ad Episcopos Belgii 99
» maii 3. *Motu Proprio* de pio opere a propagatione fidei amplificando. 257
Dicti pii operis statuta generalia 261
Statuta pro concilio generali ejusdem operis . . 263
» aug. 1. *Epistola* de studiis ecclesiasticis 353

E. Secretaria Status.

1922 apr. 5. Facultés accordées aux prêtres et aux nationaux belges en Allemagne occupée 230

E S. Congregatione S. Officii.

1921 jan. 14. Reprobatio librorum 230
1922 jan. 16. » » . . . . . »
» mart. 17. » » . . . . . »
» maii 19. » » 332
» jun. 2. » » . . . . . »

E S. Pœnitentiaria apostolica.

1922 junii 14. *Dubium* circa indulgentias apostolicas . . . 336

E S. Congregatione Rituum.

1921 apr. 9. Dubia de cantu solemniori ad libitum . . . 65
» maii 25. *Causa beatificationis* servæ Dei Mariæ a Jesu Deluil-Martigny 61

Pag.

1921 aug. 14. *Causa beatificationis* vener. servæ Dei sororis Theresiæ a Jesu infante 62
» nov. 9. *Romana* approbatio officii et missæ de SS. Corde Jesu eucharistico 63
» » 10. *Dubia* de Litaniis Lauretanis 64
1922 febr. 18. *Dubium* de collecta imperata pro pace (*adn.*) . . 334
» mart. 11. *Meten.* De collecta pro defunctis (*adn.*) . . . 233
» » 22. *Romana* de additione Litaniis Sanctorum . . 232
» » » *Romana* de missa votiva pro fidei propagatione 232, 334
» apr. 29. *Decretum* de evangeliis stricte propriis in fine missæ legendis 233
» » » *Dubium* circa missas de requie in translatione cadaveris olim humati (*adn.*) 332
» » 30. *Aquen.* De cineribus benedictis imponendis extra feriam IV Cinerum 432
» » » *Dubium* de novis quibusdam calicis formis (*adn.*) . 432
» jul. 8. *Dubium* de missis infra octavam privilegiatam III ordinis 434
» aug. 4. *Dubia* de cœtu fidelium sacro adstantium, respondentium pro ministro aut legentium alta voce quæ sunt canonis (*adn.*) 435
» » 9. Additiones faciendæ in Rituali Romano . . . 438
» oct. 22. *Dubium* de tabulis cum nominibus defunctorum . 518
» » 25 *Romana* de campanula pulsanda (*adn.*) . . . »
» » 30. *Romana* de lampadibus supra sepulcra defunctorum elucentibus in cœmeteriis 520

E S. Congregatione de religiosis.

1922 mart. 25. De numismate pro scapulari Tertii Ordinis . . . 335

E Commissione ad codicis canones interpretandos.

1922 jul. 14. *Dubia* 440

—

Documenta episcopalia

Canonica erectio unionis apostolicæ 73
Acta congregationis prosynodalis 30 maii 1922:
Oratio reverendissimi D. Episcopi 267
Decreta 272

—

Conferentiarum quæstiones et responsa

Ex S. Scriptura N. T.

Explicatur epistola s. Jacobi, IV, 1-13 17
» » » , IV, 5-6 36

Pag.
Schema Iae epistolæ s. Petri 117
Explicatur I Petri, 1, 1-2; hujus epistolæ lectores 142
Partes Silvani in scribenda Ia Petri 183
Locus compositionis Iae Petri. 207
Explicatur epistola II Petri, 1, 14 275
» » » , 1, 20 s. 303
» » » , III, 15-16; — de inspiratione scriptorum N. T. 369
Relationes IIam Petri inter et ep. Judæ 392
Ordo chronologicus in Evangelio infantiæ 458
De stella Magorum. 481

Ex theologia dogmatica.

Ex tractatu de B. M. V.

De maternitate spirituali B. M. V. 21
De immunitate B. M. V. a peccato actuali 39

Ex tractatu de gratia.

De dono supernaturali gratiæ sanctificantis 120
De causa formali justificationis 144
Gratia sanctificans ut qualitas 187
De habitu gratiæ sanctificantis 210
De inefficacia orationis naturalis 279
De utilitate ejusdem orationis 306
De certitudine fidei quoad justificationem 372
De certitudine humana justificationis 397

Ex tractatu de vera religione.

De revelatione supernaturali 462
De mysterio sensu theologico. 487

Ex theologia ascetica.

De examine conscientiæ generali 56
De lectione spirituali 150
De examine conscientiæ particulari 219
De materia examinis particularis 318
De modo et tempore exercitationis in eadem materia examinis particularis. 406

Ex theologia morali fundamentali.

Notiones de conscientia scrupulosa 473
Origo conscientiæ scrupulosæ 498

Ex theologia morali.

Ex tractatu de ss. Eucharistia.

De ministro s. communionis 24
De ministro viatici 41

Pag.
De ritu s. communionis 47
De divino præcepto communionis 122
De lotione stomachi relate ad s. communionem 147
De materia valida sacramenti Eucharistiæ 188
De materia licita sacramenti Eucharistiæ 214
De communione sacramentali et fructuosa 284
De communione puerorum 309
De prima communione puerorum 315
De stipendio Missæ 376
De stipendio illicito. 401
De variis stipendiorum speciebus 404

Ex tractatu de justitia.

De Jure occupationis I-IV 467, 470, 489, 494

Ex Jure canonico.

Notio parochi 477

Ex Jure canonico-civili.

Lieu de l'exonération des fondations 29
Désignation du célébrant des fondations 32
Importance des réunions trimestrielles du bureau des marguilliers 138
La régularité des mandats de paiement 202
Les dons anonymes faits aux fabriques 298
Causes de la déchéance des fabriques 388

Ex s. Liturgia.

De throno expositionis 155
De cantu et precibus coram SSmo exposito 226
De Missa coram SSmo exposito 325
De absolutione pro defunctis 410
Servanda in ecclesiis ædificandis 501

Kerkgeschiedenis.

Het ontstaan van het bisdom Terenburg 49
Grenzen van het oud bisdom Doornik 130
De H. Amandus, apostel van Vlaanderen 194
Kloosters in Vlaanderen vóór de IXe eeuw 292
Geleidelijke uitbreiding van het christendom in Vlaanderen . 382

—

Dissertationes.

De eucharistische kruistocht der kinderen 79
Les associations sans but lucratif. Modèle des statuts . . . 160
De indole factorum mirabilium in S.S. relatorum. . . 338, 414
De distinctione inter justitiam originalem et gratiam sanctificantem 424, 506

Miscellanea.

Pag.
Geloofsonderricht 85
De oratione « obsecro te » 89
Formula brevior ad benedicenda rosaria B. M. V. 337
Bericht aan de kerkbesturen over de begrootingen 337
Associations sans but lucratif. 445

Analecta ascetica et mystica.

Manuductio ad contemplationem SS. Trinitatis et Verbi incarnati . 1
Quatuor sermones G. Bibauci de assumptione B. Mariæ Virg. . . 101
De recta notione et indole propria divinæ contemplationis . . 177
Episcopi Brugensis conferentiæ quatuor. 361, 449

Consultationes.

De subjectione operariorum heris suis 239
De casu onanismi reservato: quid « recidivus »? 245
De monitione requisita in eodem casu 247
L'assurance des employés d'église contre les accidents. . . 445

Documents de jurisprudence civile.

1922 jan. 9. *Arrêté royal.* Nouveau tarif des services fondés . 75
» fevr. 23. *Circ. min.* Tarif des services fondés 235

Libri dijudicati.

Adolphus (O. M. C.). Compendium theologiæ asceticæ . . 523
Bernard Maréchaux (D.). Les charismes du S. Esprit . . 252
Bessières (S. J.). Naar een zonniger toekomst 176
Bogaerts, C. SS. R. Examen hermeneuticum et juridicum de versiculo « Benedictus » in Missa cantata 91
Cantus divini officii præcipui 90
Chants principaux de l'office paroissial . . . . . »
Cazalès (Abbé de). Vie de la s. Vierge d'après les méditations d'Anne-Cathérine Emmerich 448
Decoene. A. Kerkelijke opvoeding 521
Feige (P.). Sanctifions le moment présent 351
Fey (Moeder Clara). De oefening van de godvruchtige moeder Clara Fey 351
Grou (S. J.). Retraite spirituelle sur la connaissance et l'amour de Jésus-Christ 254
Hoornaert (S. J.). Vos lectures 92
Huonder (S. J.). Aan 's meesters voeten 523
Janssens (Mgr). Summa Theologica. T. VII. VIII et IX. . . 349

Pag.
JEAUROY (P. V.). Petit mois du Sacré-Cœur 256
KIRSH (B.) et ROMAN (H. S.). Pèlerinages Dominicains. . . 352
» » » Pèlerinages Franciscains . . 352
LACAU (S. C. I.). De tempore. 256
MAES (BONIFACIUS). Mystieke theologie 351
MAHIEU (KAN. J.). Over geestelijk leven 255
Manuale divini officii ad usum parœciarum 90
Manuel de l'office divin à l'usage des paroisses . . . . . »
Manuale Missæ et Officiorum . . . . . »
Manuel de la Messe et des Offices . . . . . »
MATHEO CRAWLEY (SS. CC.). Notes et souvenirs de retraite . 253
» » » Aanteekeningen en herinneringen der geestelijke afzondering. 253
MERCIER (CARDINAL D. J.). Où en sommes-nous 253
MILLOT (J.). Plans de sermons pour les fêtes de l'année . . 254
MINK-JULLIEN (H.). Appuyé sur l'autel 176
MORICE (ABBÉ H.). Retraite d'enfants 255
Officium vespertinum 91
L'office du soir . . . . . »
PASCAL. Pensées choisies 350
PÈGUES (O. P.). Commentaire français littéral de la Somme Theologique. T. IX. La loi et la grâce 95
» » La Somme Théologique de s. Thomas en forme de catéchisme 249
PESCH (CHR.). Institutiones propedeuticæ ad sacram theologiam Ed. 5. 250
» » De gratia. De lege divina positiva. Ed. 4. . . . 251
QUADRUPANI. Direction pratique et morale pour vivre chrétiennement 254
» Direction pour rassurer dans leurs doutes les âmes timorées 254
RICHÉ (J.). Capitalisme et Communisme 93
SALSMANS (S. J.). De Index en de kerkelijke boekenwetten . . 91
SERTILLANGES (A. D.). La vie catholique 252
TISSIER (MGR J.). Tentations et tâches de femmes. 253
TOBAC (E.). Les prophètes d'Israël. 94
UCCELLO (S.). Philosophia scholastica 522
VAN CROMBRUGGHE (C.) Tractatus de Verbo incarnato. Ed. 2 . 176
» » De Godheid van Jezus-Christus . . 447
VAN DER MEERSCH (J.). Over onafhankelijke zedeleer . . . 256
VAN EYGEN (C. SS. R.). Meer volmaaktheid Nieuwe uitgaaf . 522
VAN HOUTRYVE (O. S. B.). La vie dans la paix 524
VAN NOORT (G.). Tractatus de vera religione 447
VAN SANTE (C. M.). Psalmi 93
VAUDON (CHANOINE J.). Retraites de communion solennelle. . 255
VERGNES (C. SS. R.). De maandelijksche conferentie aan kloosterlingen en religieuzen 524
VERMEERSCH-CREUSEN. Epitome juris canonici. T. I. . . . 92
VEUILLOT (L.). Pages choisies 91

II

INDEX ALPHABETICUS

Absolutio pro defunctis, quid sit, 410 ; est de præcepto in exsequiis, 411 ; post aliam missam *Requiem* permittitur, ut appendix missæ, 412, non vero post missam de die aut votivam, 413 ; sed permittitur absque relatione ad missam, 412.

Adoptionis divinæ in filios causa formalis est unio personæ humanæ cum persona Spiritus Sancti, 5 ; actio uniendi est opus commune totius Trinitatis et per appropriationem tribuitur Spiritui Sancto, sed unio passiva ponit relationem specialem cum Spiritu Sancto, cui unimur, 6.

Agresta est materia invalida Eucharistiæ consecrandæ, 193.

Amandus, v. Christendom.

Associations sans but lucratif. Modèle français et flamand des statuts, 161 ss. — Nécessité de leur concordance avec le droit canonique, 174 s. — Droit de timbre et d'enregistrement, 445.

Assumptio B. M. V. De hujus solemnitate sermones quatuor D. Bibauci, 102-116.

Audomarus, v. Christendom.

Baptismus. De testimonio recepti baptismi, 272.

De adnotatione collati baptismi, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 442.

Beatificatio. Causæ servæ Dei Mariæ a Jesu Deluil-Martiny, 61 et Venerabilis Servæ Dei Sororis Theresiæ a Jesu Infante, 62.

Benedictio apostolica in articulo mortis : pluribus simul danda, 438 ; formula pro casu necessitatis, 439.

Bibaucus Thiletanus, 101. Ejus quatuor sermones de Assumptione B. M. V., 102-116.

Bona nullius, derelicta, vacantia, v. Occupatio.

Calices « a formis traditionalibus ne differant » S. R. C., 30 jun. 1922, 432. Quid hoc importet, 433.

Campanulæ quandonam pulsandæ in missæ celebratione, S. C. R., 25 oct. 1922. 518.

Canones novi codicis explicantur: can. 93, 130, p. 440; cc. 189, 191, p. 441; c. 397, p. 44; c. 447, p. 46; cc. 460, 465, p. 441; cc. 466, 473, p. 442; c. 514, p. 44; c. 590, p. 440; cc. 634, 777, p. 442; c. 815, p. 214; c. 816, p. 215; c. 824, p. 377; c. 825, p. 401: c. 826, p. 404; c. 829, p. 38:; cc. 834, 835, p. 379: c. 836, p. 381; c. 845, p. 28; c. 846, p. 26, 28; c. 848, p. 43: c. 850, p. 41; c. 851, p. 47; c. 854, p. 310: c. 869, p. 27; c. 933, p. 336; cc. 987, 1274, p. 443; c. 1368, p. 46; cc. 1517, 1551, 1565, 1874, 1894, p. 443; cc. 1964, 2233, p. 444.

Cantus ecclesiasticus, v. Musica sacra.

Caracteres seu variæ indoles, 321.

Casus reservati, v. Onanismus conjugalis.

Censura. De monitione ante censuram, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 444.

Certitudo, quænam obtineri potest de justificatione *propria;* non fidei, 372; sed late dicta, 397.

Christendom in Vlaanderen.

Bij de Morienen werd het eerst bloeiend met den H. Audomarus, *eersten* bisschop van *Terenburg*, 49 vlg. Zie grenzen van dit bisdom in ons Vlaanderen, benevens de grenzen van het oud bisdom *Doornik*, 130 vlg.

Onze eerste zendelingen, waaronder de bijzonderste de *H. Amandus* was, 194 vlg., gebruikten om hunne overwinningen op het heidendom bestendig te maken de gewone middelen: het stichten van *kloosters*, 192 vlg., en het oprichten van *kapellen* en *kerken* middenpunten onzer latere parochiën, 382 vgl.

Cineres benedicti feria IV imponi possunt Dominica I Quadragesimæ, S. R. C., 30 jun. 1922, 432.

Clerici. Usus rotæ (*velo*), cong. prosyn., 1922, 5°. Decentia vestitus pro personis feminei sexus cum clericis habitantibus, *ibid.*, 6°. Usus tabaci fumici, *ibid.*, 8°, 273 s. — Studia clericorum, epist. Pii XI, 1 aug. 1922, 353. — de examine doctrinali, expleto curriculo studiorum, a parochis vel vicariis *religiosis* subeundo, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 440.

Communio distribui nequit coram SS^mo exposito, 325.

Minister ut *licite* eam ministret debet esse in statu gratiæ, 24, et immunis a censura, irregularitate aliove impedimento, 25, oportetque ut sacramenti administratio in casu ab Ecclesia ei commissa sit. Hæc committitur: in suo territorio, Ordinario loci et parocho; in domo propria, rectori seminarii, et superiori religionis clericalis; in domo monialium, confessario ordinario, 25; in alia religione clericali, cappellano; in ecclesia sibi commissa, omni rectori ecclesiæ, 26.

Præterea, in ecclesia quilibet *sacerdos* intra Missam, 26, et si privatim celebret, etiam proxime ante et statim post, s. communionem ministrare potest, salvo præscripto can. 869, 27. Extra Missam quilibet sacerdos eadem facultate pollet, ex licentia saltem præsumpta rectoris ecclesiæ, si sit extraneus, 28.

Ut *diaconus* Eucharistiam licite distribuat, postulatur Ordinarii loci vel parochi licentia et gravis causa, 28.

Ritum quod spectat, de regula generali, sacerdos s. communionem distribuat azymo pane vel fermentato, secundum proprium ritum, 47.

Exceptionaliter, ubi necessitas urgeat nec sacerdos diversi ritus adsit, licet sacerdoti orientali qui fermento utitur ministrare Eucharistiam in azymo, vicissim latino aut orientali qui utitur azymo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum ministrandi servare debet, 48.

Ex parte subjecti ut communio sit vere *sacramentalis*, 284, oportet ut suscipiens homo viator sit, baptismum aquæ susceperit, 285, intentionem habeat, si ad usum rationis pervenerit, suscipiendi hoc instrumentum salutis, panem eucharisticum manducet aut vinum eucharisticum bibat, 286.

Ut communio *simpliciter fructuosa* sit, 285, probabiliter non obstat ipse status peccati mortalis, 288, sed voluntas actu vel habitu mala necnon defectus debitæ intentionis, 289.

Ut communio sit *totaliter fructuosa*, 285, requiritur absentia actualis adhærentiæ voluntatis ad peccatum veniale, 290, intentio pura, mentis recollectio, sedula præparatio et congrua gratiarum actio, 291.

Pueris, qui propter ætatis imbecillitatem, nondum hujus sacramenti cognitionem et gustum habent,

Eucharistia ne ministretur, 310. In periculo mortis, satis est ut sciant Corpus Christi a communi cibo discernere illudque reverenter adorare, 312. Extra periculum mortis oportet ut fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem pro suo captu percipiant, 314, et devote pro suæ ætatis modulo ad ss. Eucharistiam accedant, 315.

Parentes et confessarium spectat judicare de idoneitate pueri ad s. communionem suscipiendam, 316. Parochus potest puerum examinare sed, si privatim accedit, in casu peculiari tantum, 317. Parochus curet ut pueri rite disponantur et rite dispositi quamprimum communicent, 318.

Præcepti communionis *objectum* est sacramentalis et fructuosa susceptio Eucharistiæ. Non est utriusque speciei communio, 122. *Subjectum* præcepti est solus baptizatus, 127, qui præcepti capax sit, 128. Urget præceptum pluries in vita et juxta communem sententiam in periculo mortis, 129 et 314; v. etiam Viaticum et Lotio stomachi.

Confessio puerorum curanda, ne per plures horas continuas audiatur, 274; v. Moniales.

Conscientia scrupulosa quid sit 473, quænam sint causæ ejus 498.

Examinis conscientiæ generalis notio, 56, praxis, 58; examinis particularis notio, 219, praxis, 223, examen prævisionis, 223, examen habituale, 224, industriæ, 225; materia examinis particularis, 318, varii caracteres, 321, varii defectus, 323, quomodo exercitatio in materia particulari facienda, 406, quousque ei immorandum, 408.

Contemplatio.

Per naturam habemus aliquam similitudinem cum Deo et quadamtenus imitamur vitam ejus, in quantum Deus unus est essentia et qua talis principium et finis omnis creaturæ, 2; donis autem supernaturalibus et adoptione participes sumus vitæ Dei, quatenus divina natura est in se fœcunda ad intra, 3; generationem Filii et processionem Spiritus Sancti imitabimur unione intima cogitatus nostri omnisque affectus cum Deo, ex divina gratia, 12.

Christus fastigium summum occupat totius ordinis naturæ et gratiæ, 8; et omnia relative ad Christum

sunt quodammodo summa : Beata Maria Virgo, regnum Christi in terra, regnumque ejus æternum in cœlo, 10.

Alia contemplatio est mere naturalis, alia supernaturalis, 177. Hæc supernaturalis fit vel modo ordinario et vocatur activa aut acquisita, vel modo extraordinario et dicitur passiva aut infusa, 178 ; hic modus extraordinarius duplici ratione diversa contingere potest, quare contemplationem infusam dispescere licet in infusam latiore, 178, et stricto sensu, 179.

Studium theologiæ pium complectitur varios actus, actui contemplandi prævios, 301.

Sacerdotes etiam sæculares possunt et debent niti ad vitam contemplativam, 363.

Principium fundamentale omnis religionis et vitæ spiritualis, 448 ; sub alia forma propositum apud s. Augustinum, s. Catharinam senensem, s. Catharinam alexandrinam, b. Angelam de Foligno, 450.

Exercitium contemplationis : *a*/ circa dispositiones prævias, 451 ; *b*/ quid præsupponat, 451 ; quomodo faciendum sit, 452.

Monita quædam pratica *a*/ de ordine servando inter opera ministerii sacri, 454 ; *b*/ circa modum agendi in collegiis, 456 ; *c*/ monita duo generalia, 457.

CONTRACTUS LABORIS, v. OPERARII.

Cor (SS. Cor Jesu Eucharisticum) — Ejus officium approbatur ; festi ratio et finis, S. R. C., 9 Nov. 1921, 63.

Defectus morales passim occurrentes, 323.

Domicilium uxoris a marito desertæ, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 440.

DONS ET LEGS, v. FABRIQUES D'ÉGLISES.

DOORNIK (bisdom), v. CHRISTENDOM.

Ecclesia. In ea ædificanda servandæ sunt formæ a traditione receptæ, non stylus determinatus, 501. Sit ædes per se stans, 503; de constructionis materia et orientatione, 504; omnia ordinanda ut præemineat altare, 504; quid de navi, cancellis, baptisterio, sacristia odeo et turri, 505. Ne apponantur tabulæ cum nominibus defunctorum inibi non sepultorum, S. R. C., 20 oct. 1922, 518.

Episcopi Belgii. Eorum epistola congratulatoria ad Pium XI, 97, hujusque responsum 99.

Eucharistia.

Quod spectat MATERIAM sacramenti, ad *valorem* postutur ut Eucharistia pane triticeo et vino de vite conficiatur, 188. Quid veniat nomine panis triticei, 190, quid nomine vini de vite, 192.

Ad *liceitatem*, panis debet esse mere triticeus et recenter confectus, 214, azymus vel fermentatus secundum ritum celebrantis, non fractus nec maculatus, 215, in Ecclesia latina rotundus et tenuis, major pro celebrante, minor pro populo, 216. Vinum debet esse fermentatum et defæcatum, sincerum et normaliter compositum, 216, eique modicissima aqua admisceatur, quod urget sub gravi, 219.

EXPOSITIO. Coram *SSmo exposito* recitare aut cantare licet *textus* approbatos aut usitatos ab Ecclesia 226, etiam in honorem Sanctorum, 227; quid pro defunctis, quomodo *Te Deum* et Litaniæ, 227. Quid recitare et cantare liceat lingua vernacula, 228. Quid liceat pro *benedictione* SS. Sacramenti, 229. — Coram SSmo exposito non licet distribuere s. communionem, 525; v. MISSA. — Thronus expositionis, quid importet, 155. An requiritur in Oratione XL Horarum, 156; ad omnem expositionem cum ostensorio, non ad expositionem privatam, 157. Qualis debeat esse thronus, 158.

De custodia et cultu SS. Eucharistiæ, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 443.

Eucharistische kruistocht der kinderen, practische hulpmiddelen, 79, algemeene inrichting, 82, rol van de parochiegeestelijkheid, 82.

EXAMEN CONSCIENTIÆ, v. CONSCIENTIA.

Fabriques d'églises. Importance des réunions trimestrielles du bureau des marguilliers, 138 ss. — Assurance des employés d'église contre les accidents, 445. — Conditions requises pour la régularité des mandats de paiement, 202 ss. — Les dons anonymes n'exigent aucune autorisation administrative spéciale, 298 ss. Règles pratiques quant à cette autorisation, 301 s. — Observations sur la confection des budgets, 337. — Causes de la déchéance des fabriques, 388, v. FONDATIONS.

Facultates impertitæ indulto Secretariæ Status, 5 apr. 1922, sacerdotibus et civibus Belgii in Germania occupata, 230 s.

Fondations. *Lieu de l'exonération*, en droit canonique, 29 s., decret. Cong. prosyn., 1922, 10°, 274; en droit civil-ecclésiastique, 30 ss. — *Désignation du célébrant* chargé d'exonérer les fondations, en droit canonique, 32; en droit civil-ecclésiastique, 33 ss. — *Tarif* des services fondés, ar. roy. 9 jan. 1922, 75, circul. minist., 23 févr. 1922, 235. — Ce tarif est applicable aux anciennes fondations, 237. — Avis des réductions à transmettre à la Députation permanente, 237. — Modifications au tableau justificatif de l'art 43 des dépenses du compte, 238. — Capital exigé par les fondations nouvelles, 238.

Geloofsonderricht. Conspectus historicus hujus operis Brugensis, 85.

Gratia capitis. Christus est caput Ecclesiæ secundum præeminentiam dignitatis, secundum potestatem dominationis, secundum virtutem sanctificationis, 9.

Gratia sanctificans est donum supernaturale animæ infusum et ipsi permanenter inhærens, 120; est accidens et quidem qualitas, 187. — Explicatur *quomodo* gratia dicatur accidens et qualitas, 210 ; v. etiam ORIGINALIS JUSTITIA.

HERUS, v. OPERARII.

Immunitas B. M. V. a peccato actuali, 39.

Impeccabilitas Mariæ Virginis, quonam sensu intelligenda, 39.

Impeccantia Mariæ Virginis, 39.

Indulgentiæ apostolicæ possunt cumulative cum aliis lucrifieri, 336 ; v. UNIO APOSTOLICA.

INSPIRATIO, v. SCRIPTURA SACRA.

Irregularitates. Interpretatur nomen *filiorum* in can. 987, 1°, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 443.

JEJUNIUM NATURALE, v. LOTIO STOMACHI.

Joseph S. Invocationes in ejus honorem Rituali insertæ 438 ss.

Judicia. Forum competens ratione contractus, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 443. — Nullitas sententiæ, *ibid.*, 443. — Forum competens in causa matrimoniali, *ibid.*, 444.

Justificatio non est per Deum, causam *formalem*, 144: non potest impetrari per preces naturales, 279; attamen non est vanum adhortari peccatores ad orandum, 306. — Nunquam certa est certitudine fidei justificatio *propria*, excepta revelatione privata, 372; sed certa potest esse certitudine late dicta, 397.

JUSTITIA ORIGINALIS, v. ORIGINALIS JUSTITIA.

Lampades supra sepulcra defunctorum in cœmeteriis, S. C. R., 30 oct. 1922, 520.

Lectio spiritualis, materia, 150, modus legendi, 153.

Libri prohibiti, decretis 14 jan. 1921, 16 jan., 17 mart. 1922, 230; 19 maii et 2 jun. 1922, 332.

Litaniæ. In Litaniis Lauretanis servandus est integer ordo tam in initio quam in fine, S. R. C., 10 nov. 1921, 64. — Additio facienda in Litaniis Sanctorum, S. R. C., 22 mart. 1922, 232; v. EUCHARISTIA, et MUSICA SACRA.

Lora est materia invalida Eucharistiæ consecrandæ, 193.

Lotio stomachi. Non obstat lex jejunii lotioni stomachi *ante* s. communionem, 147, neque siphonis gastrici inunctioni, 148. At *post* communionem, ob reverentiam erga SS. Sacramentum, 149, non possunt qui stomacho laborant eam lotionem peragere nisi, de judicio timorati medici, post plures horas, attento casu concreto, absque probabili periculo id fieri possit, 150.

Maria a Jesu Deluil-Martiny, signatur commissio introductionis causæ ejus, 61; curriculum vitæ, 62.

Maternitas spiritualis B. M. V. explicatur, 21.

Matrimonium. Impedimenta mixtæ religionis et disparitatis cultus, quid exprimendum de cautionibus, 272. De juramento suppletorio, 273; v. VICARII, JUDICIA.

MIRACULA, v. SCRIPTURA SACRA.

Missa *(liturgice)*.

Quod conjunctim repondeat cœtus fidelium loco ministri aut cum ipso per se licet, sed generatim non expedit ob inconvenientia, qua de re judicet Ordinarius, S. R. C., 4 aug. 1922, 434 ss. — Canonem elata voce

legere prohibetur, *ibid.* — Cantus solemnior præfationum et intonationes *Gloria*, *Credo* et *Ite missa* e novo Missali exulantes, adhiberi et in appendice exhiberi possunt, S. R. C., 9 apr. 1921, 65. — *Imperata* pro defunctis tanquam pro re gravi nequit præscribi, S. R. C., 11 mart. 1922, 233 ; nec imperari potest collecta sine secreta et postcommunione, S. R. C., 18 febr. 1922, 334. — Quænam sint evangelia stricte propria in fine missæ legenda, S. R. C. 29 apr. 1922, 233. — Quandonam pulsanda campanula, 518.

Missæ de octava non prohibentur in semiduplicibus infra octavam privilegiatam III ordinis, S. R. C., 8 jul. 1922, 434. — *Votiva* pro fidei propagatione quotannis celebrari potest, S. R. C., 22 mart. 1922, 334. — Missa *Requiem* in translatione cadaveris olim humati gaudet privilegiis missæ anniversarii, S. R. C., 16 jun. 1922, 332; qualis missa celebranda, 333. *Coram SSmo exposito* non licet sine necessitate vel gravi causa vel de speciali indulto, 325 ss. Historia hujus usus 325; S. Congr. semper tenuit regulam non licere, 326, sed admisit exceptiones, 327, ita etiam auctores, 328; quum conjunctio expositionis et missæ nata sit aliquatenus inducere perturbationem in devotione et ritibus et conflictum missam inter et expositionem, favendum est potius regulæ quam exceptionibus, 329 ss.

Stipendium missarum manualium 5 francorum, 273. Missæ fundatæ in una ecclesia ad aliam ne mittantur sine licentia Episcopi, 274. Si ad aulam episcopalem mittantur stipendia, summa integra est danda, 274.

De *reductione* onerum Missarum, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 443; v. STIPENDIUM.

Moniales. Confessio hebdomadaria et conferentia menstrua, 273.

Musica sacra. Decret. S. C. Rit. de cantu solemniori præfationum et de intonationibus cantu « Gloria », « Credo et Ite missa est », 9 apr. 1921, 65. — Decret. ejusd. Congr., 10 nov. 1921, de ratione recitandi vel cantandi litanias lauretanas, 64. — Bibliographia, 90 s. — Cantus liciti coram SS. Sacramento exposito, 226 ss. — Additio Litaniis Sanctorum, 232.

Mustum est materia valida Eucharistiæ consecrandæ, 192, non autem sapa seu mustum densatum, 193. Mustum non est materia licita, 216.

Mysterium sensu theologico, simpliciter aut secundum quid, definitur, 487, explicatur, 488.

Numisma quando substitui potest scapulari Tertii Ordinis, 335.

OBSECRO TE, v. ORATIO.

Occupatio.

Est modus primigenius reducendi in actum jus proprietatis a natura concessum, 467. Quid veniat sub nomine rei nullius, derelictæ, vacantis, 468. Lex civilis reservat Statui immobilia nullius aut derelicta, et omnia bona vacantia ; sed probabilius ita ut non ipso facto fiat Status proprietarius, sed tantum per apprehensionem, 469. Inde non sunt injusti cives qui hæc bona ante Statum præoccupaverint ; imo nec probabilius contra obedientiam sic agendo peccant, 470.

Jure naturæ, licetne Statui justum bellum gerenti occupare hostium bona, 470. Hæc bona cuinam tunc competunt, 471. Quid non liceat huic Statui ejusque militibus, 471. Jus vero internationale quomodo in hoc restringat jus naturæ, 472.

Privatis civibus illius Status qui bellum justum gerit, nullum per se competit jus spoliorum, 490. Secus est de jure compensationis pro damnis ab injusto hoste sibi illatis, 490. Secus etiam de jure occupationis bonorum ab hoste derelictorum, antequam Status illa apprehendat, 491. Nec obstat probabiliter contractus induciarum, 493.

Quod attinet ad res ipsius exercitus juste bellantis et sociorum, si a privatis civibus capiantur vel a militibus vendantur aut donentur, in modicis rebus potest admitti consensus præsumptus Status, præsertim quoad restitutionem ; sed non in rebus momentosis, 495. Quod a fortiori de spoliis inimici valet, 496. Sed tunc non usuvenit jus compensationis et occupationis circa res illius Status, nisi per accidens, 496. Applicantur dicta rebus exercitus hostilis, ab ipsis militibus istius exercitus dono datis aut venditis privatis civibus, 497.

Officia ecclesiastica. Renuntiatio, resp. Com. ad interpr. cod. can., 14 jul. 1922, 441.

Onanismus conjugalis. *Recidivus* in casu reservato onanismi conjugalis supponit pro peccatore qui recidit

in peccatum, quod jam est confessus, 246. Ex voluntate legislatoris, non autem ex notione reservationis, *scientia reservationis* est conditio ad casum incurrendum, 247. Requiritur ad reservationem ut *monitio* reservationis data sit in anteriore *confessione*, *in qua* pœnitens confessus est peccatum onanismi conjugalis, 248.

Operarii. Per contractum salarii non fiunt stricte subditi relate ad herum suum, sed tamen ipsius æquales non manent sicut ante contractum, 239. Etenim directio laboris penes herum manet, nec per se jus habent opifices ad partem in fructibus negotii, 240. Nec æqualitas vindicatur eo quod per accidens partem in beneficiis vel in directione obtineant, 241. Insuper potestati herili correspondet a parte opificum debitum observantiæ erga digniorem, 242; a parte vero heri, debitum quasi-pietatis, 243. Non tamen habet herus stricte dictam auctoritatem, nec est stricte superior, sed quodammodo tantum; nec ex obedientia, sed ex justitia ipsi obedire debent operarii, 244.

Oratio. Necessitas, 267; pro quibus orandum, 268 et quibus dispositionibus, 269, orationes Missalis aut Breviarii et Sanctorum, 270; fiducia, 271.

Quid et quomodo valeat ad justificationem obtinendam, 279, 306.

« Obsecro te » post missam recitata habet eamdem efficaciam ac « Sacrosanctæ » post officium, 89.

Originalis justitia distinguitur *realiter* sed *inadæquate* a gratia sanctificante juxta s. Thomam, 424 s. — Exponitur mens Aquinatis, secundum doctrinam ipsius in *Comm. sent.* et *Sum. c. gent.*, de *notione* justitiæ originalis, 425; de justitia *originali* et *gratuita*, 426; de dono *intregritatis* et gratia *gratum faciente*, 429; de dono *naturæ* et personæ, 429. — In *Quæst. disp.* et in *Sum. theol.*, s. Thomas eadem docet de *formali ratione* tum justitiæ originalis quum justitiæ gratuitæ, 506; notanda de eo in quo illæ formales rationes verificantur juxta Aquinatem, 506. — Doctrina ipsius de connexione inter justitiam *originalem* et gratiam *gratum facientem* in quæst. disp. *de malo*, 506-509, in *Sum. theol.*, 510 s. — De ratione qua ex divina intentione collata est primo homini gratia gratum faciens, 511. — De essentia justitiæ originalis, 513. — Conclusio: quomodo *quoad modum loquendi* differat s. Thomas a posterioribus theologis, 514. — Adnotationes, 515.

PAROCHIËN (oorsprong), v. CHRISTENDOM.

Parochus. *Notio* parochi, 477 ; quinam parochis æquiparantur, 478. — *Examen* parochi religiosi, resp. Com. ad interpr. cod. can., 14 jul. 1922, 440. — De *unicitate* parochi, *ibid.*, 441. — Historia parœciarum in Flandria, 382 ss. ; v. COMMUNIO, VIATICUM.

Propagationis fidei opus amplificatur a Pio IX, ejusque sedes Romam transfertur, 257. Operis statuta generalia, 261 ; statuta concilii superioris, 263.

Religiosi. De transitu in aliam religionem, resp. Com. ad interp. cod. can., 14 jul. 1922, 442 ; v. CLERICI.

Revelatio supernaturalis definitur, 462 ; explicatur, 464; præcipuæ divisiones ejusdem indicantur, 464.

Rituali Romano inserendæ additiones, S. R. C., 9 aug. 1922, 438.

Rosaria. Formula brevior ad benedicenda rosaria B. M. V., 337.

Sanctitas B. M. V. positiva et negativa. 39.

SCAPULARE TERTII ORDINIS, v. NUMISMA.

Scriptura sacra.

Interpretatio locorum.

Exod., XIV	414	*Ep. I s. Petri*, I, 1-2	142
Ev. s. Matthæi, I-II	458	» , V, 12	183
Ev. s. Lucæ, I-II	»	» , V, 13	207
Ep. s. Jacobi, IV, 1-13	17	*Ep. II s. Petri*, I, 14	275
» , IV, 5-6	36	» , I, 20 s.	303
Ep. s. Petri, schematice	117	» , III, 15, s.	369

Evangelium infantiæ (*Mt.*, I-II ; *Lc.*, I-II) : quonam ordine chronologico varia facta sint ordinanda, 458 ss. — De stella Magorum, *Matth.*, II, 1-12, 481 ss.

I Petri : schema, 117 ; lectores, 142 ; partes Silvani, 183 ; locus compositionis, 207.

II Petri et ep. Judæ : mira inter utramque viget affinitas, 392 s. ; videtur explicanda eo quod II Petri dependeat ab ep. Judæ, 393 ss.

Inspiratio scriptorum N. T., quousque demonstretur ex *II Petri*, III, 15 s.

Miracula in Scripturis relata, 339. Methodus generalis tenenda in illis indagandis, 339 ss. ; notio miraculi,

341 ss. ; in illis elucet divina potentia, 343 ; — notio facti providentialis, 344 s. ; in illis elucet divina sapientia, 345. — Notanda quoad terminologiam, 346 ss. — Applicatio : *de transitu maris rubri*, 414 ss. Certe hic transitus insigni et speciali interventui Dei est adscribendus, 414 s. ; — unde rejiciendæ sententiæ incredulorum, 415 s. ; quid præcise locum habuerit et cujus indolis illud fuerit : *a/* quoad factum substantiale, 416 ss. : non probatur fuisse miraculosum, 418 s. ; sed certe fuerit factum providentiale, 419 s. ; — *b/* plura accidentalia fuere certe miraculosa, 421 ss. Unde liberatio Hebræorum per mare rubrum integra sumpta fuit stricto sensu miraculosa, 422 s. — Alia applicatio : *de stella Magorum* : variæ sententiæ de indole ipsius, 481 ss. ; quæritur quid, testibus evangeliis, præcise locum habuerit, 483 ss. ; miraculosa revelatione cognoverint Magi sensum stellæ, 484 ss. ; ipsa vero stella, quamvis bene possit esse miraculosa, tamquam talis non omnino demonstratur, 484 ss.

SEMINARIUM, v. STUDIA.

SPOLIA BELLI, v. OCCUPATIO.

STELLA MAGORUM, v. SCRIPTURA SACRA.

Stipendium Missæ. Ejus *liceitas*, 376; *obligatio* ex eo orta quoad applicationem sacrificii, 378, quoad tempus, 379, et locum celebrationis, 380, necnon quoad qualitatem Missæ, 381.

Non licet 1/ Missam applicare ad intentionem illius qui applicationem, oblata eleemosyna, petiturus est et eleemosynam postea datam retinere, 401 ; 2/ eleemosynam recipere pro Missa quæ alio titulo debetur et applicatur ; 3/ duplicem eleemosynam pro ejusdem Missæ applicatione accipere, 403 ; alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteram pro applicatione ejusdem Missæ, nisi constet unam stipem datam esse pro sola celebratione, 404. Quid sit stipendium *manuale*, 404, *ad instar manualis, fundatum* seu Missæ fundatæ, 405.

Studia ecclesiastica. Epistola apostolica Pii XI, 353 Ratio Seminariorum, 355. Studium linguæ latinæ, 355 : philosophia ac dogmatica scholastica ad mentem s. Thomæ non solum positive exponenda, 357; theologia pastoralis, 359. Seminaria interdiœcesana, 359. — Studium sit pium, 361.

Tabaci fumici usus prohibitus in locis publicis, 274.
TERENBURG, v. CHRISTENDOM.
Theresia a Jesu Infante, decretum de heroicitate virtutum ejus, 62.

Velo. Licentia obtinenda a decanis, 273.
Viaticum, 41, sive publice sive privatim ad infirmos deferre pertinet ad *parochum* intra suum territorium, ceterique sacerdotes id possunt in casu tantum necessitatis, 43, aut de licentia parochi vel Ordinarii, 44.
At, viaticum ministrare debent episcopo *dignitates* et canonici; item in religione clericali, 44, professis, novitiis, aliisve in domo religiosa diu noctuque degentibus, *superiores*, 45; in monialium domo, *confessarius* ordinarius; in alia religione laïcali, *parochus* loci vel *cappellanus* eidem suffectus; in seminario, *rector* domus, 46. Apud nos, ex consuetudine, *præses capituli* viaticum ministrat canonicis et, jure diœcesano, *superior minoris seminarii* discipulis in domo ægrotantibus; decanus rectoribus sui districtus, 46.
Ablata est excommunicatio lata contra regulares qui, omissa debita licentia, viaticum sæcularibus ministrarent, 47.
Vicarii. De vicariis substitutis vel supplentibus quoad assistentiam matrimoniis, resp. Com. ad interpr. cod. can., 14 jul. 1922, 441 s. — De vicariis œconomis quoad applicationem Missæ pro populo, *ibid.*, 442; v. CLERICI.
Vocationis ecclesiasticæ germen excolendum, 274, 354. Opus vocationum commendatur a Pio XI, 355.

Unio apostolica. Brevis historia unionis, 69; litteræ apostolicæ quibus unio parisiensis in primariam erigitur et indulgentiis ac privilegiis ditatur, 68; canonica erectio unionis in diœcesi brugensi et licentia petendi aggregationem, 73.



QUÆSTIONES PRO CONFERENTIIS

mensis julii

I. — Ordine chronologico enumera varia facta quæ enarrantur in sic dicto Evangelio infantiæ, opportuna addita demonstratione ordinis assumpti (*Mt.*, I-II ; *Lc.*, I-II).

II. — Quid intelligitur per revelationem supernaturalem ? Explica responsum et indica præcipuas divisiones revelationis.

III. — Explica hoc assertum : Res nullius fit primi occupantis, nisi tamen obstet lex positiva justa.

IV. — Indica per summa capita quodnam competat Statui, justum bellum gerenti, jus occupationis circa *spolia belli*.

V. — Quid est conscientia scrupulosa ? Accurate expone hanc notionem.

VI. — Interpretare canonem 451 codicis juris canonici.

---

mensis Augusti-Septembris

I. — Paucis edissere de *stella* quæ magos duxit ad præsepe Domini (*Mt.*, II, 1-12).

II. — Quid audit mysterium sensu theologico ? Quid mysterium simpliciter et secundum quid ? Explica responsum.

III. — An *privatis civibus* illius Status qui bellum justum gerit, competat aliquod jus occupationis relate ad spolia belli.

IV. — An *in ipsas res exercitus nostri vel Sociorum* habuerint nostri milites aut privati concives aliquod jus occupationis, vel quid simile, occasione magni belli.

V. — Quænam sunt causæ conscientiæ scrupulosæ ?

VI. — Quænam sunt præcipua quæ sub respectu liturgico, ad tramitem canonis 1164 servanda sint « in ecclesiarum ædificatione vel refectione ».

Pia Unio Cleri pro Missionibus. Enixe rogantur omnes sodales ut suam annuam subscriptionem (1922) solvant debite implendo huic fasciculo inclusam solutionis schedulam (Postrek. 48.908 — R. a. D. De Meester). Sat multi sodales subscriptionem anni præteriti (1921) nondum solverunt ; ultro velint hanc suam omissionem reparare.

..., S. I. D et M., Evêque de Bruges, *Méditations théologiques*. Nouvelle édition, Bruges, Beyaert, 1919. Deux vol. in-12. Fr. 8.

J. Van der Meersch. *Tractatus de Gratia*, Brugis, Beyaert, 1910. In-8, XVI-407 p. Fr. 6.

Id. *Tractatus de Deo uno et trino*, Brugis, Beyaert, 1917. In-8, XIX-658 p. Fr. 8.

A. De Smet. *De Sponsalibus et Matrimonio*. Editio tertia Brugis, Beyaert, 1920. Duo vol. in-8, XL-420 et VIII-398 p. Fr. 25

Id. *Praxis matrimonialis ad usum parochi et confessarii*. Ed altera, Brugis, Beyaert, 1920. In-12, XIII-189 p. Fr. 4.50.

Id. *Het christelijk huwelijk*. Tweede druk, Brugge, Beyaert 1920. In-16, VIII-176 bl. Fr. 3.

Id. *Le mariage chrétien*. Trad. de la 2e éd. flamande par Mgr Sentroul, Bruges, Beyaert, 1920. In-12, XII-179 p. Fr. 3.50.

Id. *De absolutione complicis et sollicitatione*, Brugis, Beyaert Ed. altera. 1921. In-8. XI-129 p. Fr.

Id. *De Sacramentis in genere, de Baptismo et Confirmatione*, continens variationes in novo Jure Canonico, Brugis, Beyaert. In-8, XX-355 p. Fr. 6.

A. Vander Heeren. *Psalmi et cantica Breviarii*, Brugis, Beyaert, 1 editio, 1913. In-8, LXXXIV-376 p. Fr. 7.20. — 2 editio, 1916. In-12, VIII-514 p. Fr. 4.20.

R. De Schepper. *Inleiding tot de studie der kerkgeschiedenis*, Brugge, Beyaert, herziene druk, 1922. In-8, 154 bl. Fr. 6.

C. Callewaert. *Liturgicæ institutiones. Tractatus I : De S. Liturgia universim*. Brugis, Beyaert, 1919. Majus in-8, VIII-160 Fr. 5.

Id. *La durée et le caractère du Carême ancien dans l'Église latine* Bruges, Maertens-Matthys, 1913-1920. In-8, 96 p. Fr. 2.

Van Coillie-De Meester. *La sépulture et les fabriques glise en droit civil-ecclésiastique*, Bruges, Desclée, De Brouw et Cie, 1916. In-8, X-590 p. Fr. 6.

A. De Meester. *Compendium juris canonici et canonico-civ* olim a Revmo D. De Brabandere et Rev. adm. D. Van Coill editum. Nova editio ad normam codicis. T. I (Introd.; Lib. fun *de Ecclesia* ; Lib. I, *Normæ Generales* ; Lib. II, tit. 1-6). Brugis Desclée et Soc., 1921. In-8, 340 p. Fr. 15.

J. Mahieu. *Het inwendig gebed*. (*Het Geestelijk Leven* n° 5) Brugge, Sint Michiel, 1920. In-16, 200 bl. Fr. 3.

H. Lamiroy. *De essentia ss. Missæ sacrificii*. 1919. In-8, XV-536 p. Fr. 10.

A. Camerlynck. *Evangeliorum secundum Matthæum, Marcum et Lucam Synopsis*. Brugis, Beyaert, 3 ed., 1921. In-8, LXXXV-206 p. Fr. 12.

Opus periodicum Collationes Brugenses constat pretio 12 francorum (pro regionibus exteris, 15 fr.).

Typis G. BARBIAUX-DE GHESELLE,
BRUGIS.